GEORGII CALIXTI
S. THEOL. D. ET IN ACAD. JULIA PROF.

DE CONJUGIO CLERICORUM
TRACTATUS:

QVO OSTENDITUR,

Pontificiam legem, quâ ſacris miniſtris conjugium univerſim & ſimpliciter interdicitur,

Sacræ Scripturæ,

Rectæ rationi juſtarumque legum naturæ, & Eccleſiaſticæ primævæ antiquitati

prorſus adverſari;

INPRIMIS AUTEM

Quod Baronius, Bellarminus & ſocii adſerunt

Apoſtolos eam ſanciviſſe,

abſurdam novitatem eſſe.

Sub finem agitur de hæreſi Hildebrandinâ: & additur APPENDIX nonnihil ſcriptorum ad rem facientium complexa.

Juxta impreſsionem Helmſtadienſem,

FRANCOFURTI,

Apud Sim. Beckenſtein, & Chriſtianum Gerlach.

M DC LIII.

AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS ET PRUDENTISSIMIS VIRIS,

DOMINIS

COSS. SYNDICIS, EQVITUM MAGISTRIS ET SENATORIBUS REIPUBLICÆ HILDESHEIMENSIS

S. D.

GEORGIUS CALIXTUS.

BIENNIUM nunc fere eſt, quum ſancti patris & doctoris Auguſtini de doctrinâ Chriſtianâ libros, unâ cum Vincentii Lerinenſis adverſus profanas hæreſeon novationes Commonitorio, in gratiam & uſum ſtudioſæ juventutis è meo recens inſtituto typographéo prodire volui; præmiſſo procemio, quo doctrinam Vincentii explicare conatus ſum, modumque oſtendere, juxta quem in contro-

verſiis neque paucis, prô dolor! neque levibus, quæ eccleſiæ reformatæ cùm pontificia hodie intercedunt, ad uſum transferri & poſſit & debeat. *Certum enim eſt, proximo à Sacrâ Scripturâ loco legitimam eſſe traditionem, eam præcipuè, quæ conſenſu primævæ antiquitatis, quam quinque prioribus à nato Servatore ſeculis definiendam eſſe ibi oſtendimus, continetur.* Hac ipsâ contra profanas & pernicioſas novitates utiliſſimè pugnatur, *non quia canon ſolus*, ut Vincentius loquitur, *non ſibi ad univerſa ſufficiat:* ſed quia unus & alter locus, quamvis perſpicui, à vafris & fallacibus ingeniis torqueri poſſunt; teſtimonia verò à bene multis, & diverſis quidem locis diverſiſque temporibus, unanimiter nihilominus dicta, vitilitigatorem etiam pertinacem & impudentem ſolent convincere. Adde, hanc ipſam traditionem non modò in teſtimonio clarè prolato, ſed in ſilentio quoque conſtanter ſervato ſitam eſſe. Quî enim à Chriſto inſtitutum vel ab Apoſtolis ortum eſſe poſſit, quod primis quinque poſt Chriſtum & Apoſtolos ſeculis nemo noviſſe deprehenditur? Quid autem manifeſtius, quàm quod nuſquam eſt, nuſquam inveniri? Qui alicubi eſſe pertenderit, ubi tandem ſit, oſtendat. Per hanc itaque demonſtrandi rationem Romanus pontifex ſupremus catholicæ eccleſiæ princeps, dogmatum infallibilis judex & conditor, imperiorum & regnorum arbiter eſſe deſinit; improbatur publica ſubtractio calicis

Domi-

Dominici; ceſſat iteratio ſacrificii, quo in redemtionem generis humani ſemel oblato perpetua conſummatio facta eſt; evaneſcit, quæ beatiſſimæ virgini [illegible] perperam tribuitur conceptio peccati expers, reviviſcentia & adſcenſio in cœlos; exſpirant indulgentiæ; proſternitur adoratio ſtatuarum & imaginum; corruit neceſſitas enumerandi in confeſſione ſingula cum circumſtantiis peccata, credendi purgatorium, ſeptem ſacramenta & à tribus impreſſum characterem, & quæcumque ſimilis monetæ ſuperſtitiones & corruptelæ ſequioribus ſeculis ſunt invectæ. Exemplum unius hic adfero, nempe legis, quâ univerſo ſacrorum miniſtrorum ordini conjugium adimitur, enervatæ. Poſtquam enim oſtendi eam cum Sacrâ ſcripturâ, quæ epiſcopum, presbyterum, diaconum maritos probet, pugnâre; pugnare etiam cum rectâ ratione, quæ leges non niſi ab habentibus poteſtatem ferri, easque non niſi honeſtas, juſtas, æquas, utiles ferri præcipiat: tandem ad traditionem ſive ad antiquitatem deſcendo, & quomodo usque ad quingentos propemodum annos ſine ejusmodi lege mundus Chriſtianus fuerit, demonſtro. Illi enim, qui ab Apoſtolis profectam volunt, commiſeratione ſi per ſimplicitatem, riſu ſi per ſtultitiam, exſecratione ſi per malitiam peccant, digniores ſunt, quam refutatione. Inde quomodo in oriente repudiata, paullatim in occidente invaluerit, & tandem alterâ magis

neceſſariâ de mulierculis-non-conjugibus abigendis prorſus obſoleſcente, in abominandam turpitudinem Nicolaique & Gnoſticorum hæreſin abierit, ſubjungo. Ad hanc autem ipſam materiam præ tot aliis in manus ſumendam caſu potiùs quàm conſilio delatus ſum. Quum enim ſancti apoſtoli Pauli priorem ad Timotheum epiſtolam auditoribus meis exponerem, & in verba, quæ de epiſcopo unius uxoris marito loquuntur, inciderem, occurrebat animo, hac occaſione doctrinæ, quam in procemio Vincentiano expoſuiſſem, ſpecimen exhibendum eſſe. Negocium erat lentum, omnia ad calamum dictare: pauci etiam, ut horum temporum infelicitas eſt, excepiſſent, & plerique pleraque inemendatè deſcripſiſſent. Conſilium itaque cepi de edendo, & ceptum proſequutus ſum. Inde, quidquid hîc cernitur operæ. Cujus ſimilem cæteris controverſis capitibus impendere, ſi Deus vitam, valetudinem & quæ reliqua tantæ rei neceſſaria ſunt, largiri annuat, conſilium, imò decretum eſt. Quidquid autem modò prodit, Vobis, Ampliſſimi, Conſultiſſimi & Prudentiſſimi viri, dedico conſecroque, cùm quòd quò plures qui veritatem non capiunt aut impugnant, intra mœnia habetis, eò Vobis quantum pro veritate manifeſtandâ & vindicandâ laboratur, gratius eſſe confidam; tùm quòd in mentem venerit, ex veſtrâ urbe compluribus annis multos egregiæ indolis juvenes ad nos fuiſſe miſ-

ſos,

ſos, quos hac ipsâ veritatis adſerendæ diſciplinâ imbutos cum meliores tum doctiores Vobis remiſimus, eccleſiæ & reipub. veſtræ non ornamento minùs quàm emolumento futuros. Poſthac nec à Vobis contractiore numero mitti, nec à nobis deteriore ſucceſſu remitti, ſperamus & vovemus. *Meam fidem & benevolentiam ut hactenus numquam deſiderarunt, ita ut nec in poſterum deſiderent, faxo.* Quod meum in veſtros ſtudium, & pariter operis hujus inſcriptionem Vobis, quæ veſtra eſt humanitas, probatum iri confido. Servator mundi, qui inter tantas & tam diras tempeſtates Vos & veſtram rempub. hactenus ſervavit, & raro exemplo non modò incolumem ſed etiam indemnem præſtitit; porrò propicio numine Vobis adſit & Vos veſtrosque tueatur. Idem, qui princeps eſt pacis, pacem, quam nobis peccata noſtra ademerunt, univerſæ Germaniæ ex inexhauſtâ ſuâ miſericordiâ reſtituat. Conticeſcant tandem, ô tandem, tubæ & tympana; ceſſent rapinæ, cædes & ſanguinis diluvia; exterminentur agmina ſcelerum, belli pediſſequa; refloreſcant unà cum juſtitiâ & pietate optima ſtudia, ut tranquillatâ repub. paullatim ipſa quoq; eccleſia ad quietem & concordiam, quàm Deo gratam, tam nobis neceſſariam, reducatur. Nos etiam omnes abnegatâ impietate & mundaniis cupiditatibus, temperanter, & juſtè & piè vivamus in præſenti ſeculo,

exſpe-

exſpectantes beatam illam ſpem & illuſtrem adventum gloriæ magni Dei & Servatoris noſtri Ieſu Chriſti; cui ex tam diris malis ſervati ſacrificia laudis & juvencos labiorum noſtrorum rependemus, ἐξ ἄκρου μυελοῦ ψυχῆς perpetuâ gratiarum actione illum celebraturi dicturique; *Ei qui inſidet throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & robur in ſecula ſeculorum.* Valete. Scribebam Helmæſtadi in academiâ Iuliâ, ix. Kal. Octobr. cIↃ IↃ c x x x I.

BREVIARIUM TRACTATUS.

NEque commodum neq; gratum tibi poteſt eſſe, benevole lector, quòd Tractatus, quem nunc exhibeo, a capite uſq; ad calcem abſq; ulla librorum & titulorum diſtinctione continuo textu decurrit. Factum id inde, quia, quando ſcribere incipiebam, adſtrictum potiùs quàm diffuſum conſtitutum in animo erat. Itaq; diſtinguere neglexi. Crevit tamen opus ſub manibus; & dum jam completum ſatisq; prolixum intueor, quãto incommodo diſtinctiones abſint, animadverto. Quod igitur unum ſupereſt, Breviarium adjicio, quo totius Tractatus ſtructuram & compagem, ſingularumque propemodum paginarum argumentum oculis, quoad poſſum, expono. Hoc ipſo, benevole lector, quia aliter vitio mederi nunc nequeo, interim dum medendi alia occaſio datur, pro tuâ æquanimitate utere, & vale.

PAgina 1. *Conjugium epiſcopis, presbyteris, diaconis jure divino permiſſum eſt, imò quoq; epiſcopis ſtrictè ita dictis: quos tamen ſucceſſu temporis eccleſia cælibes eſſe voluit, etiam græca; nec vel hos vel presbyteros aut diaconos ſive ſecundo matrimonio implicari, ſive poſt initiationem ſuam contrahere.*

2 *Romanus verò pontifex toti ſacro clero conjugium conjugiiq; uſum ſimpliciter ademit.*

3 *Hujus rei originem ad Siricium & Innocentium & ad pòſt-exortas conſtitutiones eccleſiaſticas referunt Gratianus & Scholaſtici.*

6. *Ipſe quoq; Cajetanus: & poſt enata diſſidia Alfonſus à Caſtro, & qui Auguſtanæ confeſſioni oppoſito reſponſo ſatisfacere conati ſunt: etiam Albertus Pighius.*

7. *Iodocus Clichtovæus contrahere poſt ſuſceptos ordines vult eſſe contra jus divinum; non item, uxore antè ductâ uti.*

8. *Dominicus Soto primus vel inter primos, generalem ſive omnimodam illam prohibitionem ad Apoſtolos refert. | Quam opinionem, etſi novam, quia tamen cœlibatui caduco fulcrum ſupponit, amplectuntur Bellarminus & Ieſuitæ.*

12. *Volunt præterea obligationem voti intervenire: quo in puncto neq; cum Durando, Scoto Scotiq; adſeclis Scholaſticis, neq; cum ipsâ re conveniunt.*

19. *An Apoſtoli conjugium clero interdixerint, quæſtio eſt de facto, & quidem de facto novo, miro, hactenus inaudito. Probari itaq; debet dictis & teſtimoniis factum clarè atteſtantibus.*

23. *Quæ in eum finem à pontificiis adferuntur, nihil prorſus efficiunt.*

26. *In contrarium verò præſtò ſunt dicta Apoſtolica in ſummo gradu perſpicua & evidentia.*

30. *Per verba,* VIR UNIUS UXORIS, *prohibetur polygamia cùm vulgaris acceptionis, tum qualis tam inter Iudæos, quàm inter Græcos & Romanos eo tempore frequens erat, & ex repudiis atq; divortiis oriebatur. In quem ſenſum recitantur expoſitiones Hieronymi & Chryſoſtomi.*

37. *Expenditur interpretatio Thomæ Aquinatis.*

38. *Conjugatis apud Pontificios ne quidem minorum ordinum clericatus cum effectu permittitur.*

40. *Interdicti conjugii duæ potiſſimùm prætexuntur cauſſæ, una ab utili, altera ab honeſto; ſive, ut declinentur occupationes, & evitetur immunditia. Sed neutra ſufficiens eſt; & res utrimque in contrarium verſa.*

41. *Cœlibatus apud Pontificios non efficit, ut ſuis locupletandis prælati abſtineant.*

45. Nec

45. *Nec efficit, ut hujus ſeculi negociis non implicentur.*
50. *In actu matrimoniali non eſt moralis immundities ſed ſaltem phyſica.*
53. *Ergò is actus licitus & honeſtus, fatentibus Auguſtino & Scholaſticis.*
55. *Vetus teſtamentum nihil facit pro cœlibatu cleri. Non locus Exodi XIX,10.*
56. *Nec locus Levitici XV,18.*
57. *Nec verba Apoſtoli I. Corinth. VII,5.*
58. *Nec rurſus diſtributio miniſteriorum per claſſes & vices, 1 Chronic. XXIV.*
60. *Nec verba Achimeleci, I. Samuel. XXI,4.*
61. *Nulla officiorum ſubdiaconi, diaconi aut etiam ſacerdotum ſublimitas tanta, ut iis indigni cenſeri debeant mariti.*
65. *Cœlibatus apud Pontificios munditiem non efficit, ſed magnam potius immunditiem, adeo ut Roma lupanaribus carere nequeat.*
67. *In eamdem rem teſtimonia Iohannis Gerſonis, Alberti Pighii, Dominici Soto, Principum imperii.*
68. *Dominicus Soto docet, conjugium non eſſe laſcivis hominibus incontinentiæ remedium.*
69. *Docent etiam Pontificii, clericos minùs peccare fornicando, quàm matrimonium contrahendo.*
71. *Ineptè dicit Bellarminus abuſum cœlibatus cauſſam eſſe prodigioſarum inter pontificios libidinum.*
72. *Harum cauſſa eſt temerarium propoſitum continentiæ, & lex cœlibatus, utpote quæ removeat prohibens.*
73. *Donum continentiæ non omnes, qui volunt, habent, aut precibus impetrare poſſunt.*
74. *Per legem humanam non poteſt conſtitui, quod ad æternam ſalutem obſervatu ſit neceſſarium.*

75. *Vota temeraria & infelicem exitum habitura à DEO non acceptantur.*

81. *Nec per ordinaria jejunia carnisq́ afflictiones donum continentiæ acquiri poteſt.*

82. *Conjugium eſt adæquatum incontinentiæ remedium: quod proinde clero reſtituendum eſſe cenſuerunt Panormitanus, Polydorus Virgilius & Aeneas Sylvius.*

84. *Plerique pontifices Romani patrum & avorum memoriâ incontinentiſſimè vixerunt.*

89. *Non igitur amore continentiæ cœlibatum à clero tantoperè exigunt, ſed quòd dominatui, quem affectant, accommodus videatur.*

90. *Levicula quædam Dominici Soto pro cœlibatu rationes ſolvuntur.*

91. *Quia lex cœlibatus magna ſcandala & plurimum dedecoris in eccleſiam invexit, irrita eſt.*

94. *Pontificij laqueum hominibus injiciunt, quem injici noluit Apoſtolus.*

97. *Pontifici vel epiſcopis non ſuppetit poteſtas, per quam toti ſacro clero conjugium interdicant.*

100. *Neq; per quam conjugia clericorum in adulteria & inceſtus convertant.*

101. *Neq; per quam, quod Deus juſſit, prohibeant.*

103. *Lex pontificia de univerſali cœlibatu cleri non eſt de mero aliquo ritu.*

104. *Non habet requiſita bonæ legis. Non eſt honeſta, quia conjugium, quod eſt honeſtum, prohibet, & hoc ipſo turpitudinibus cauſſam præbet.*

105. *Non eſt juſta: neque conſideratâ naturæ fragilitate poſſibilis.*

105. *Non eſt loco temporiq́ conveniens.*

106. *Neq; neceſſaria eſt, neq; utilis.*

[illegible]7. [illegible] no[illegible] acceptatur, eos non poteſt obligare.

1[illegible]. [illegible] vim obligandi haberet, per [illegible] tamen e-[illegible] [illegible]orteret.

113. C[illegible], quia finis eius ceſſat non modò negativè, ſed etiam [illegible].

114. Vna[illegible] conſenſu eccleſiarum ſeptemtrionalium abro-g[illegible].

117. ADverſatur praxi traditioniq́ Apoſtolicæ & primævæ eccleſiæ.

117. Sanctus Petrus & plerique Apoſtoli uxores habuerunt, [illegible] quum evangelium gentibus prædicarent, circumduxerunt. Quæ adſertio à Tertulliani & Pontificiorum obiectionibus [illegible]atur.

1[illegible]7. Ignatii de plerorumque Apoſtolorum coniugio teſtimo-[illegible].

[illegible]. Apoſtolos uxorum cum maritis commercium diſcidiſſe [illegible] ſcripta nonnulla apocrypha, damnata & à Manichæis profecta.

1[illegible]7. N[illegible]laus, unus è ſeptem primis diaconis, uxorem habuit. Ab eo denominati Nicolaitæ repudiato conjugio promiſcuas libi-[illegible] ſe[illegible]ti ſunt.

1[illegible]2. Quibus Rupertus Tuitienſis ſui temporis incontinentes [illegible]cos a[illegible]nes eſſe ſcribit.

14[illegible]. [illegible]lementis Romani ſpuria epiſtola conjugium ſacris miniſtr[illegible]orſus adimit; genuina vero potiùs attribuit.

145. [illegible]ECUNDO SECULO Iuſtinus, Athenagoras, Tatianus [illegible] ſacris miniſtris per Apoſtolos interdicto nihil: ſed ma-[illegible] c[illegible]ntraria.

14[illegible]. Dion[illegible]us Corinthi epiſcopus fratribus cælibatum indici [illegible]at.

149. Irenæus diaconum maritum memorat.

[illegible]0. Tertullianus presbyter Carthaginienſis uxoratus.

153 *Conjugium vituperarunt & ſpurcitiei accuſarunt, vagis interim libidinibus dediti, Simon magus, Saturnilus, Marcion, Encratitæ, Gnoſtici, quos refutavit Clemens Alexandrinus; & Manichæi.*

158. *Quatenus his ipſis nonnulli ex Pontificiis affines.*

158. TERTIO SECULO *Origenes amore quidem continentiæ ſemetipſum exſecuit æmulos hujus facti habens Valeſios: de lege tamen cælibatus nihil tradit.*

161. *Chæremon epiſcopus Ægyptius uxoratus.*

162. *Item Novatus presbyter Carthaginienſis.*

163. *Et Cæcilius Cypriani* κατηχητὴς *quin ipſe Cyprianus. Apud quem etiam Felix presbyter & Victoria conjunx ejus.*

164. *Liber de ſingularitate clericorum non eſt Cypriani.*

165. *Agricola Bononienſis presbyter, vel certè diaconus, maritus.*

166. *Philæas epiſcopus Aegyptius, maritus.*

167. QUARTO SECULO *ſynodus Ancyrana diaconis initiatis, modo proteſtati fuerint, uxores ducere permittit.*

168. *Neocæſareenſis ſynodus presbyteros matrimonium contrahentes deponit.*

169. *Eliberina itidem, infimæ auctoritatis ſynodus, ſi poſiti in miniſterio non abſtineant.*

170. *Nicæna magna œcumenica ſuaſu Paphnutii ſacris miniſtris uſum coniugii permittit.*

171. *Spiridion epiſcopus maritus.*

172. *Hiſtoriam de Nicænâ ſynodo & Paphnutio fruſtra Novatores impugnant.*

175. *Olim nonnulli continere volentes & non valentes, ſemetipſos caſtrabant.*

176. *Veteres cenſuerunt ſatius eſſe poſt emiſſum etiam votum nubere, quàm in ignem delictis cadere.*

178. Σν-

197. [illegible] fuerunt fœminæ non in coniugio, ſed in contubernio viventes. Quod compluribus teſtimoniis probatur.
198. Cauſſa, propter quas priſci nuptias à ſacris miniſtris poſt [illegible]em contrahi noluerunt.
200. Quæ tamen non ſunt tanti, ut ritus iſte mutari nequeat.
201. Romana & Arelatenſis ſecunda, nec integritate nec auctoritate certâ ſynodi, quid ſtatuant.
203. Gangrenſis ſynodus Euſtathianos, qui coniugium ſacerdotum, & ſacerdotium conjugatorum rejiciebant, anathematiſavit.
209. Athanaſius agnoſcit ſuo tempore quosdam epiſcopos in conjugio vixiſſe.
21[illegible] Gregorius Nazianzi epiſcopus Gregorium Theologum ejusque fratrem Cæſarium, ſacro miniſterio jam fungens genuit. Et hoc illuſtre exemplum à cavillationibus Baronii [illegible]ur.
222. Gregorius Nyſſæ epiſcopus uxoratus fuit.
225. Item Hilarius Pictavienſis.
227. E[illegible] verba, quæ conjugio clericorum videntur adverſa exponuntur.
229 Itidem Epiphanij: & quales cælibes conjuges præfo[illegible].
[illegible] Chryſoſtomus concedit epiſcopum conjugem eſſe poſſe.
235 Syneſius factus epiſcopus ſuam ſibi uxorem retinuit.
2[illegible] Ambroſius cælibatui clericorum valde favit: eos tamen [illegible] uti poſſe agnovit.
[illegible] Idem Sarmationem & Barbatianum contemtæ cùm virginum tum conjugalis pudicitiæ arguit.
2[illegible] Hieronymus conjugio iniquior Helvidium virginitatis [illegible]u detrahentem refutavit.
2[illegible] Siricius ſub finem ſeculi quarti Romanæ eccleſiæ præeſt, [illegible] judicii, ab Hieronymo & Paulino reprehenſus.

244. Is

244. *Is primus conjugium presbyterorum diaconorumq́, improbat & lege abrogat; non ſine contumeliâ conjugii, niſi admodum benignâ interpretatione ſubleuetur.*

250. *Idem publicè pœnitentes, poſt impetratam abſolutionem matrimonium contrahere vetuit, evidente errore, quem ſubſequuti pontifices & concilia emendarunt.*

253. *Siricius tamen minùs aberravit, quàm hodie Pontificii.*

255. *Siricio ſe oppoſuit Iovinianus, ſed ad alterum quoddam extremum delapſus.*

256. *Eum refutans Hieronymus plurimos ſacerdotes, non obſtante edicto Siricii, maritos eſſe fatetur.*

258. *Nec libro adverſus Vigilantium id negat.*

260. *Quin ab Apoſtolo conjugium clero permiſſum agnoſcit.*

262. *Per fervorem tamen diſputationis de matrimonio durè admodum loquutus.*

268. *Cujus dignitatem & ſanctitatem rectiùs poſteà expoſuit Auguſtinus.*

269. *Paulinus presbyter uxorem ſuam ſemper ſecum habuit.*

273. *Aper presbyter uxoratus.*

274. *Idemq́, operâ uxoris ad tractanda ſpiritualia & actiones muneris eccleſiaſtici obeundas expeditior.*

277. *Chriſtiani conjugii continentia.*

278. QUINCTO SECULO *Innocentius Romanus pontifex Siricii decretum à multis rejectum innovat.*

283. *Concilia Carthaginienſia (quorum ſeries ſive ordo obiter oſtenditur) perpetuam abſtinentiam clero non impoſuerunt.*

290. *Auguſtini quidam locus explicatur.*

292. *Concilium Taurinenſe quid ſtatuerit.*

292. *Toletanum primum ſubdiaconis conjugii uſum permittit.*

293. *Leo*

293. *Leo autem primus ademit.*

294. *Proſper Regienſis epiſcopus uxoratus.*

295. *Item Sidonius Apollinaris Arvernorum Epiſcopus.*

295. *Et Simplicius Biturigum.*

297. *Narrationes nonnullæ de epiſcopis conjugatis aut ad uſum uxorum reverſis ex Gregorio Turonico.*

299. *In oriente epiſcopi, qui volunt, uxoribus adhuc conſueſcunt.*

300. *Concilium Turonenſe primum abſtinentiam ſacris miniſtris indicit: ſimul autem & ebrietatem & extranearum familiaritatem ſeverè interdicit.*

302. *Eamdem prohibet Andegavenſe.*

302. *Similiter* SEXTO SECULO *Agathenſe.*

304. *Et Hiſpanica Ilerdenſe, Gerundenſe, Toletanum ſecundum.*

304. *Et rurſus Gallicana Aurelianenſe primum atque tertium.*

305. *In eamdem ſententiam cùm conjugum uſum tum extranearum commercium prohibent Arvernenſe, Aurelianenſe quartum & quinctum, Turonenſe ſecundum, Matiſconenſe primum & Lugdunenſe ſecundum.*

308. *Item Hiſpanica Toletanum tertium & Hiſpalenſe.*

309. *Subdiaconis Hiſpaniæ & Siciliæ uxorum uſus hactenus permiſſus.*

309. *Siculis eum ademit Gregorius primus.*

311. SEPTIMO SECULO *à Phoca Imperatore primatum eccleſiaſticum Bonifacius tertius obtinuit.*

313. *Quid ſtatuerint concilia Antiſiodorenſe & Cabilonenſe.*

313. *Quid item Toletana octavum, nonum, decimum, undecimum & Bracarenſe tertium.*

317. *Synodus Trullana, πενθέκτη appellari ſolita, legem cælibatus, quam Romani urgebant, improbavit.*

318. *Eadem epiſcopos ab uxoribus ſegregavit.*

319. *Quos non modò ἀγάμους, ſed etiam ἄπαιδας eſſe Novellis ſuis ſanxerat Iuſtinianus Imperator, poſteà à Leone philoſopho abrogatis.*

320. *Eadem ſacris ordinibus initiatos uxores ducere non permittit.*

321. *Leges tamen Romanas ſeriò improbat.*

324. *Canones Apoſtolorum dictos, recipit.*

325. *Sed Conſtitutiones Apoſtolorum, nomine Clementis in publicum emiſſas, rejicit.*

326. *Eam Sergius Romanus pontifex probare noluit.*

329. *Hadrianus tamen probavit & laudavit.*

331. *Nicæna itidem ſecunda ſynodus, & Innocentius Tertius.*

334. *Bellarminus Trullanis patribus errorem Vigilantij affingere auſus eſt.*

335. *Præter Græcos Rutheni presbyteri in hunc uſque diem uxorati.*

336. *Et Abyſſini ſive Æthiopes; & Armenij.*

338. P*ontificij dum cælibatus legem obſtinatè urgent, non modò ab Vniverſitate & Antiquitate recedunt, ſed ad manifeſtas etiam & abominandas turpitudines prolabuntur.*

338. SECULO NONO *conſtuprata fœmina inter Leonem quartum & Benedictum tertium media Romanum pontificatum per annos duos & dimidium tenuit, auctore inter eos, qui exſtant, antiquiſſimo Mariano Scoto.*

340. *Hanc Anaſtaſius bibliothecarius & alij pauci, ut honoris Romanæ ſedis conſulant, ſilentio prætereunt.*

341. *Memorant autem reliqui omnium ſequentium ſeculorum ſcriptores plurimi.*

344. *Quo-*

344. *Quorum fidem hactenus à nemine in dubium vocatam primus ſollicitavit ſuperiore ſeculo Aventinus.*

345. *Et poſt eum Onuphrius Panvinius, hunc〈q́〉 ſequuti Bellarminus, Baronius, alij.*

346. *Sed objectiunculis & argumentis nihili, fideiq́ tot ſcriptorum labefactanda prorſus imparibus.*

358. *Vdalrici Auguſtani ad Nicolaum pontificem pro conjugio clericorum epiſtola.*

360. *A Iohanne octavo uſq; ad Leonem nonum per annos CL. pontifices ferè quinquaginta apotacticos apoſtaticòſue potiùs, quàm apoſtolicos fuiſſe Genebrardus fatetur.*

361. *Quos etiam Baronius* monſtruoſos, vita turpiſſimos, moribus perditiſſimos, uſquequaque fœdiſſimos *agnoſcit.*

362. *A populis tamen Chriſtianis reverenter cultos eſſe ſcribit.*

362. DECIMO SECULO *Sergius tertius ex Marozià ſcorto genuit Iohannem, qui poſteà pontifex.*

363. *Marozia mater Theodora amaſium ſuum Iohannem decimum pontificem conſtituit.*

363. *Quem poſt annos XVI. Marozia dejicit; & deinceps ſuum ipſius Sergijq́ tertij filium, Iohannem undecimum ſubſtituit.*

364. *Iohannis undecimi nepos ex fratre Iohannes duodecimus, homo flagitioſiſſimus & libidinoſiſſimus.*

367. *Eum propter dira ſcelera & horrendam impietatem Otho magnus Imperator unà cum ſynodo, deponit, & Leonem octavum ſubrogat.*

370. *Iſthoc nomine acerbè reprehenſus à Baronio, cui Iohannes duodecimus, (ut quilibet alius papa)* ἀνυπεύθυνος, *& poſt exauctorationem etiam, verus legitimusq́ pontifex.*

374. *Iohanni duodecimo in adulterio per diabolum percuſſo ſucceſſorem dant Romani Benedictum quinctum, ab Imperatore poſteà dejectum & Hamburgum in exilium miſſum.*
376. *Baronio nihilominus, contra communem opinionem, genuinum pontificem.*
378. *Nonnumquam itaque magna & inextricabilis legitimi pontificatus incertitudo.*
378. *Vti etiam in* VNDECIMO SECULO, *quum aliquando tres ſimul fuere pontifices.*
379. *Nempe Benedictus nonus intruſus à patre Alberico Tuſculano comite quum eſſet puer duodecennis, Sylveſter & Gratianus ſive Gregorius Sextus.*
381. *Quos omnes Henricus Niger Imperator depoſuit.*
381. *Et Clementem ſecundum ſubſtituit.*
382. *Et huic defuncto Damaſum; Damaſo Leonem nonum.*
383. *Aliud magnum & diuturnum inter tres pontifices ſchiſma.*
384. *Talia exoriri Deus non permitteret, ſi Romano legitimo pontifici obedire ad ſalutem neceſſarium eſſet.*
384. *Quemadmodum quoque flagitioſa tot pontificum vita infallibilitati eorum fidem detrahit; detractura univerſæ Chriſtianæ religioni, ſi pontificum auctoritati illa innitatur.*
386. *Cui nihilominus, utpote Scripturis ſuperiori & dogmatum conditrici, illam inniti Papiſtæ contendunt.*
387. *Fruſtra hic Baronius miracula oggerit & effugia quærit.*
390. *Fruſtra Bellarminus Romanæ ſedis gloriam flagitiis vehementer creſcere & amplificari diſputat.*
392. *Leonis noni tempore ſpurciſſimam latini cœlibis cleri vitam Gomorrhæo libro deſcribit Petrus Damiani.*
294. *Idem Leo Humbertum Sylvæ candidæ epiſcopum unà cum aliis Conſtantinopolin legatum mittit.*

395. *Mi-*

395. *Miſerè adverſus Nicetam Pectoratum & Græcos pro lege cœlibatus diſputantem.*

397. *Idem Leo pontificum primus bellum geſſit & exercitum adverſus hoſtes ſuos in aciem eduxit.*

398. *Quod factum infelix eventus, Hermannus Contractus & Petrus Damiani redarguunt.*

400. *Sed Petro eapropter à Baronio hæreſeos nota inuritur.*

401. *Leoni ſuccedit Victor ſecundus; & moritur Henricus tertius Imperator, ſi Baronium audimus, divinitùs punitus, quia improbos pontifices in ordinem redegerat.*

402. *Baronio enim gravius crimen quemcumque pontificem quoquo modo offendere, quàm Chriſtum Dei filium negare.*

403. *Victori ſecundo operâ Hildebrandi ſuccedit Nicolaus Secundus.*

405. *Sub quo clerus in libidinem effunditur.*

406. *Et nihilominus lex cœlibatus artiùs ſtringitur.*

407. *Nicolaitarum nomine clericis conjugatis per ſummam ſive inſcitiam ſive malitiam impacto.*

408. *Nicolai II. ſucceſſor Alexander II. eamdem viam iniit.*

409. *Mediolani per legatos ſuos gravioribus pœnis conjugatos quam ſcortatores afficit.*

411. *Gomorrhæum Petri Damiani ſupprimit.*

412. *Ab eo occulti alicujus criminis arguitur.*

413. *Sub jugo & dominio Hildebrandi vivit.*

413. *Quem eodem, quo ipſe obiit die, ſucceſſorem habuit.*

414. *Antichriſtianâ ambitione* dictatus papæ *publicantem.*

415. *Qui etiam Henricum quartum Imperatorem excommunicatum regiâ poteſtate privat.*

416. *Et ſubditos adverſus eum exſtimulat.*

419. *Supplicem probroſiſſimè & indigniſſimè tractat.*
421. *Othonis Friſingenſis eâ de re judicium.*
422. *Reinerus Reineccius academiæ Iuliæ hiſtoricus à calumniis Baronij vindicatur.*
423. *Hildebrandus ſive Gregorius ſeptimus hæreſeos de omnipotentiâ Papæ & regnis imperiisque ejus arbitrio ſubdendis auctor.*
424. *Qui eam vel olim vel hodie propugnaverint.*
425. *Damnata eſt in Bellarmino ante annos XXI. ſententiâ Supremæ curiæ Pariſienſis; & in Antonio Sanctarello ante annos quinque Cenſurâ Facultatis Theologicæ & Decreto Vniverſitatis Pariſienſis.*
426. *Idem Hildebrandus hæreſin Euſtathianam inſtaurat, & clero Germaniæ hactenus conjugato cælibatum violenter obtrudit.*
429. *Cum Mathildâ nihilominus familiariſſimè converſatur.*
430. *Miſſas conjugatorum audiri prohibens anſam populo dira facinora perpetrandi præbuit.*
432. *Hildebrandi ſucceſſores iniqui rigoris tenaces.*
433. *Ademto itaq; penitus conjugio, & lege de ſubintroductis mulierculis ejiciendis exſoleſcente, clerus latinus magnâ & infami turpitudine laborare cepit.*
434. *Quemadmodum* DUODECIMO SECULO *conqueritur Bernhardus.*
434. *Et teſtatur Rupertus Tuitienſis.*
434. DECIMOTERTIO *Gulielmus Durandus.*
435. DECIMOQUARTO *Alvarus Pelagius & Robertus Holkot.*
436. DECIMOQUINCTO *Iohannes Gerſon, Nicolaus de Clemangis, Petrus ab Alliaco, plures.*
437. DECIMOSEXTO *libellus Heidelbergæ editus, Proceres imperij in ſuis Gravaminibus, alij,*
440. *Georgius Caſſander & Georgius VVicelius ab Imperatoribus*

ribus Ferdinando I. & Maximiliano II. conſulti pro conjugio clerũ reſponderunt.

441. *Qui clero ſcortationes quàm conjugia indulgere malunt, Nicolaitis & Gnoſticis affines ſunt: quum contra Reformatus clerus in conjugio veram caſtitatem colat.*

442. *Qui conjugio, & non vaga Veneri renunciant, haut meliores ſunt equitibus Romanis ſub Auguſto, Manichæis & Priſcillianiſtis.*

FINIS BREVIARII.

DE CONJUGIO CLERICORUM

TRACTATUS.

TRactaturi de conjugio clericorum ſub initium adſerimus, & in progreſſu σὺν Θεῷ pluribus, & ipſorum quidem adverſariorum teſtimonio, declarabimus ac probabimus idipſum jure divino licitum ac permiſſum eſſe epiſcopis, presbyteris & diaconis non minùs, quàm oſtiariis, lectoribus, aliisque inferiorum ordinum clericis, vel ipſis laicis. *Notum autem* [illegible] *presbyteratum, ſub quo epiſcopatus comprehenditur, & diaconatum unà* [illegible] *ſubdiaconatu majores & ſacros ordines à Pontificiis vocari: oſtiarios vel lectores, exorciſtas & céroferarios ſive acoluthos in minoribus & non ſa*[illegible] *haberi.* Porrò Epiſcopos phraſi Scripturæ eoſdem eſſe cum presbyteris; phraſi verò eccleſiaſticâ eos denotare, qui cæteris prælati presbyterorum alicui cœtui præſint, alibi oſtendimus. Succeſſu temporis factum fuit, ut conveniens judicaretur, ſi epiſcopi poſtero[illegible] hujus denominationis non deligerentur, niſi qui cœlibes eſſent. Viſum enim fuit eccleſiam non parum decere & ornare, ſi ſu[illegible]eju[illegible] antiſtites rei uxoriæ atque adeo curis terrenis & licitis et[illegible]tatibus renunciarent. Nec id aliquid incommodi depre[illegible] fuit invehere, quum ſupremi iſti epiſcopi & contractiore [illegible]mero, & plerumque non niſi provectiore ætate ad eum

gradum conſcenderent. Invaluit itaque tandem in eccleſiâ paſſim, ut epiſcopi, archiepiſcopi, patriarchæ omnes cœlibes eſſent. Hoc itidem paullatim obtinuit, ut qui ſucceſſivè duas aut plures uxores habuiſſent, digami vel polygami vulgò dicti, ab ordinibus ſacris presbyteratus, diaconatus prohiberentur: quemadmodum id quoque, ut nemini poſt ſuſceptos illos ordines uxorem ducere fas eſſet, etiamſi & ante initiationem ducere, & poſt initiationem antè-ductâ uti liceret. Cauſſas ejus rei poſteà fortè inquiremus. Quod autem de digamis & matrimonio poſt initiationem non contrahendo diximus, in eccleſiâ orientali & inter Græcos, apud quos aliàs conjugia presbyteris permiſſa ſunt, hodieque obſervatur.

Occidentales ſive Latini, vel ut rectiùs loquar, occidentalium primas & patriarcha Pontifex Romanus non contentus hîc ſiſtere, ut epiſcopos cœlibes deligeret, digamos à presbyteratu & diaconatu arceret & poſt factam conſecrationem matrimonia iniri prohiberet; eò porrò provectus eſt, ut ſine diſcrimine omnibus presbyteris & diaconis conjugia interdiceret, nec ad ſuſcipiendum iſtos ordines admitteret, niſi vel cœlibes, vel, ſi conjuges eſſent, conjugii uſum abdicantes: eò etiam usque, ut contracta presbyterorum conjugia dirimeret, & uxores invitas ab invitis itidem maritis avelleret; quin ſcortationem & concubinatum, quàm legitimum matrimonium, admittere mallet.

Hoc enim generale ſtatutum de omnimodo, ut ita dicam, clericorum cœlibatu (nam illa de epiſcoporum continentiâ, de digamorum excluſione & matrimonio poſt initiationem non contrahendo, clericis conjugium ejusq; uſum univerſim non adimunt, ſed quodam ſaltim modo limitant & reſtringunt) ipſi Pontificii antiquiores doctores nec ad Chriſtum, nec ad Apoſtolos, nec ad eccleſiam primorum ſeculorum, ſed ad poſt-ſequutam recentiorem, & quidem ad Siricium, qui ſub finem ſeculi poſt natum Servatorem quarti, epiſcopatu Romano functus eſt, referunt. Is enim ſub initium pontificatus ſui, COSS. Arcadio & Bautone, quorum conſulatus in annum æræ Chriſtianæ CCCXXCV incidit, ad Himerium epiſcopum Tarraconenſem ſcripſit epiſtolam, quâ conjugium & conjugii uſum, quod ſacros miniſtros attinet, penitus damnat & prohibet: in quem fere ſenſum etiam anno ſequente ad epiſcopos Africæ ſcripſit. Siricii decreta poſt annos viginti renovavit & confirma-

fuerit ſucceſſor ejus, intermedio tamen Anaſtaſio, Innocentius primus. Utriuſque verba ſuo loco recitabuntur & conſiderabuntur. Ad hæc itaque Siricii & recentioris eccleſiæ placita & ſtatuta occaſionem conjugii clericalis abolitionem, & originem univerſalis in occidente cœlibatus ipſi Pontificii doctores ætate, auctoritate & ſanctitatis opinione præcipui, iidemque cœlibatus defenſores acerrimi, reducunt, ut pleniùs ex iis, quæ mox ſubjiciemus, intelligi poterit.

Gratianus ſub initium diſtinctionis XXXI agnoſcit, tempus fuiſſe, *quum nondum eſſet inſtitutum, ut ſacerdotes continentiam ſervarent.* Idem cauſsâ XXXVI, quæſtione II, *Copula*, ait, *ſacerdotalis nec legali, nec evangelicâ vel apoſtolicâ auctoritate prohibetur, eccleſiaſticâ tamen lege penitus interdicitur.* Et cauſsâ XXXV, quæſtione I; *Eccleſia poſt apoſtolica inſtituta quædã conſilia perfectionis addidit, utpote de cõtinentiâ miniſtrorum.* Thomas Aquinas: *Non eſt eſſentialiter annexum debi-* 2,2.qu.88.
tum continentiæ ordini ſacro, ſed ex ſtatuto eccleſiæ. Idipſum alibi quo- art.11.
que docet, & addit *ex inſtitutione eccleſiæ votum continentiæ ordinibus ſa-* 4,diſt.37,
cris annexum eſſe. Quod autem de voto admiſcet, etiamſi conſentiant qu.1,art.1.
Petrus Tarantaſienſis, ad pontificatum poſteà evectus & Innocentius V. appellatus, Bonaventura, Albertus Magnus & Richardus de Mediavilla in diſtinctionem XXXVII quarti ſententiarum commentantes; quia tamen emiſſio voti actus eſt liberrimus pendens à ſolo voluntatis arbitrio, atque adeo qui ordinatur, propter opus, quod circa ipſum alius præſtat, ordinationis videlicet, non cenſeri poteſt votum emiſiſſe, niſi liberè intendat vovere, & hanc ſuam intentionem diſertè profiteatur, quum nihil obſtet, etiamſi ordinationem admittat, quin non modò nullam intentionem vovendi, ſed etiam contrariam habeat: idcirco hoc de voto ſacris ordinibus per conſtitutionem eccleſiaſticam addito improbat & impugnat Scotus, & debitum cœlibatus excluſâ omni ratione voti directè reducit in ſolum præceptum eccleſiæ, quæ conſtitutione ſuâ ordinatum reddiderit inhabilem, ſive, quemadmodum ipſe loquitur, illegitimum ad hoc, ut maritus fiat vel mariti opus faciat; adeo ut vi hujus præcepti teneatur ordinatus ſervare continentiam, perinde ac ſi voviſſet. Fatetur interim expreſſiſſimè, *verum eſſe, quòd ſecundum conſuetudinem eccleſiæ primitivæ licuerit uti matrimonio prius contracto.*

Durandus in eamdem ſententiam, *Ordo ſacer*, inquit, *impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum ex ſe quidem diſpoſitivè*, nempe ob nonnullam, quam ſibi imaginantur, congruentiam, *ſed ex ſtatuto eccleſiæ completivè. — Congruentiæ ſuperveniens ſtatutum eccleſiæ fecit clericos in ſacris conſtitutos perſonas ſimpliciter illegitimas ad matrimonia contrahenda, ita, ut ſi de facto contrahantur, dirimi debeant, tamquam nulla. Et eadem ratione debet eis indici continentia, quando ordinantur, in quam ſive conſentiant, ſive non, dum ordinem ſacrum ſuſcipiunt, ex tunc ſunt inepti & illegitimi ſimpliciter ad contrahendum ex ſtatuto eccleſiæ.* Negat autem, uti quoque Scotus, expreſsè, quòd ordinem ſacrum comitetur cœlibatus *ratione voti adjuncti, quia*, ait, *ex nullo ſtatuto votum poteſt adjungi alicui facto, niſi vovens voluntariè conſentiat: etiamſi verbo diceret & mente non conſentiret*, votum videlicet non eſſet: *quia votum eſt meræ voluntatis.*

Idipſum, nempe ordines ſacros matrimonium contrahendum impedire & contractum dirimere *non ratione voti annexi, ſed ſtatuti eccleſiaſtici* docent etiam præter ſectatores Scoti Gulielmum Vorilonem, Nicolaum Dorbellum, Landulfum, alios, Gulielmus Gorris & Petrus Paludanus Dominicanus, qui poſtremus inter cætera in hunc modum diſſerit: *Qui ſacrum ordinem recipit, licet non intendat ſe continere, neq; etiam ad continentiam obligare, nihilominus tamen obligatur ad continentiam; & etiam in foro conſcientiæ, ſi contrahat, nullum eſt matrimonium; quia eccleſia bene poteſt facere inhabilem ad matrimonium ignorantem & invitum, ſicut ſervum vel frigidum aut hujuſmodi. Et per eamdem rationem ſi ante annos diſcretionis aliquis ſacrum ordinem ſuſcipiat, ad continentiam obligatur, etiamſi in cunis ordinaretur.* Hæc ille.

Sed iſti quoque, qui continentiam ordinibus per votum annecti volunt, quamvis ſe difficiliùs expediant, imò involvant, ut Richardus inſigniter, dicens *ordini votum continentiæ annexum eſſe, etiamſi ad continentiam ſe obligare non intendat, qui ordinem ſuſcipit*; ad quem
c.22, num. 52. modum etiam Navarrus in ſuo Manuali, *Ad votum*, ait, *obligatur, quamvis ejus animus non ſit illud ſervare, vel ad id ſeſe aſtringere*: nihilominus tamen idipſum, quòd cum ordinibus votum cohæreat, atque adeo conſequenter neceſſitatem continentiæ clericalis ſtatuto eccleſiaſtico, quale fatentur nec in primitivâ eccleſiâ ullum fuiſſe, nec à Græcis umquam admiſſum eſſe, acceptum ferunt. Audi, ſi lubet & vacat, Bonaventuram: *Ordo*, inquit, *apud Latinos ex eccleſiaſticâ inſtitutione*

[illegible] *er continentiam annexam.* Item: *Statutum de [illegible] potuit ecclesia facere dupliciter, tum propter auctori[illegible] & maxime Pontificis ſummi, tum propter conſenſum ſub[illegible] iſtud onus, quod voluit Summus pontifex huic ordini ſive ſa[illegible] e, potuit & ſibi licitum fuit. Sed huic auctoritati ſucceſſit in [illegible] u obtemperandi, quia tale ſtatutũ ſuper ſe libenter receperunt. [illegible] t ſtatutum firmum.* Quorum poſterius ab aliis ferè [illegible] ſſe, bene à Bonaventura obſervatur & adjungitur. Audi [illegible] Albertum Magnum: *Ordo de ſe habet congruitatem ad con[illegible] ta verò ſeu obligatio continendi cauſſata eſt rationabili in[illegible] ſia.* Et poſt pauca: *Impedimentum iſtud matrimonii non eſt [illegible], nec [illegible] per fuit: quia ex inſtituto eccleſiæ cepit, nec obligat Græcos.*

J[illegible] ſuperioribus Thomam Argentinatem, liquido adſeren[illegible], *[illegible] d ordo non prohibeat matrimonium, niſi propter ſtatutum Romanæ [illegible] e*; & quòd impedimentum pendeat *ab humanâ inſtitutione,* Præ[illegible] gere eſt apud eum, quæ nunc ſubjicio: *In ſextâ ſynodo ſtatutum [illegible], quòd nullus exiſtens in ſacris ordinibus de novo contraheret ma[illegible], tamen in illâ ſynodo nihil de continentiâ fuit præceptum, & ideo [illegible] a erat antequam eſſet in ſacris ordinibus, ille non tenebatur ad [illegible], quamdiu uxor ſua vixit.—Et quia Græci in omnia ordinata in [illegible] ſenſerunt, ideo iſtum modum obſervant usq; in hodiernum [illegible] multos annos in quodã ſolenni concilio conſentientibus omnibus [illegible], diſſentientibus tamen illis de eccleſiâ orientali, ſtatu[illegible] in ſacris ordinibus non ſolùm non poſſet matrimonium [illegible] etiam quòd teneretur perpetuò continere. Et ideo o[illegible] u occidentali, ſi fuerint in ſacris, tunc ſunt obligati [illegible] andam.* Item: *Per multos annos poſt Apoſtolos primò [illegible] a Romanæ ſtatutum, præcipiens continentiam omnibus in [illegible] entibus, de parte ſaltem occidentali; cujus partis prælati [illegible] m ſtatutum unanimiter conſenſerunt.* Atque ſic etiam hic [illegible] Bonaventuram feciſſe paullò ante audi[illegible] conſtitutionis de perpetuâ clericorum abſtinentiâ à [illegible] rum quorum res agebatur, ſuſpendit.

[illegible] e videantur, quotquot in Magiſtrum & diſtinctionem [illegible] quam hæc, quæcumque adduximus, invenire eſt, [illegible] dependentur omnes cœlibatum ad jus poſitivum [illegible] referre.

Johannes Major alibi etiam, quamvis fervidus adeo cœlibatus ſit adſertor, ut ne quidem presbyterum veniam uxoris ducendæ per diſpenſationem Pontificis conſequi poſſe concedat, ſcribit tamẽ
4. diſt. 24 in hunc modum: *Nunquam à diebus Siricii & Innocentii primi occiden-*
qu. 2. *talibus licuit ad diaconatum vel ſupra promoveri, niſi continentiâ promiſſa.* Item: *Licet à principio non fuerit facile hunc cœlibatum introducere, & quòd uxorati non promoverentur ad ſacros ordines: hoc tamen nõ obſtante majores noſtri, quibus erat ſumma cura honeſti, non deſtitere, quò ad habuere propoſitum.* Hæc Johannes Major, etſi admodum cupidus oſtendere, Pontificem presbytero conjugium per diſpenſationem indulgere nõ poſſe: atque id ut obtineat, dicit *juris divini eſſe, ne, qui ſacerdos jam eſt, uxorem ducat.* Quamquam de hoc jure divino non nimis præfractè contendit: ſed etiam, quamvis non niſi ſtatutum eccleſiæ vel univerſalis concilii fuerit, Pontifici poteſtatem diſpenſandi denegat, *quia*, inquit, *irrationabile eſt, quòd unus homo ad nutum ſuum ſtatutum laxaret, in quo diſcoloraretur eccleſia.*

Atque hæc diſputat ex occaſione quæſtionis, quæ de Pontificia poteſtate diſpenſandi matrimoniumque presbytero permittendi Pariſiis mota fuerat: in quâ decidendâ pleroſq; ejus facultatis Theologos *in partem negativam deſcendiſſe* teſtis eſt.

An. 1505. Sed eodem tempore Thomas Cajetanus Romæ adfirmativam
Opuſcul. adſeruit, pro fundamento ſumens, *quòd caſtitas annexa ſit ordini ſacer-*
tomo I. *dotali ex ſtatuto eccleſiæ, & propterea per eam poſſit etiam tolli.* Ad rei de-
tract. 27. clarationem inter cætera duo dicit, *Unum affirmativum, Quod ſacerdotium impedit matrimonium contrahendum; alterum negativũ, ſcilicet quòd non dirimit contractum. Et primum quidem,* ait, *intelligendum eſt de congruo, quoniam nec ratione nec auctoritate probatur, quòd, abſolutè loquendo, ſacerdos peccet contrahendo matrimonium. Quin potiùs ratio ad oppoſitum ducit, quoniam nec ordo in quantum ordo, nec ordo ſacer in quantum ſacer, eſt impeditivus matrimonii: & in eccleſiâ occidentali olim diaconi poterant contrahere matrimonia. Secundum verò dictum intelligendum eſt, quòd non dirimit matrimonium contractum ſive ante, ſive poſt* ſuſceptum ſacerdotium. *Et hoc* verum eſt loquendo de ſacerdotio abſolutè *ſecluſis omnibus legibus eccleſiaſticis, ſtando tantùm in his, quæ à Chriſto & Apoſtolis habemus. Nam ſi ordo ſacerdotalis ex naturâ ſuâ impediret matrimonium contrahendum, aut dirimeret contractum, ſequeretur quòd in nullo caſu poſſet diſpenſari. Hoc conſequens eſt & contra Theologos, & contra Canoniſtas, & contra auctoritatem, quâ de facto utitur Romana eccleſia.* Cæ-

[illegible] antiquiores modò ſive Theologi ſive Canoni-
[illegible] ante exorta diſſidia & factam eccleſiæ reformationem vi-
[illegible] item cœlibatus clericalis à ſtatutis eccleſiæ & ponti-
fic[illegible]enderunt. ſed etiam multi, qui poſt mota certamina
ſcr[illegible]t. Ex iis Alfonſus a Caſtro Minorita, *Conſuetudo*, ait, *ju-* *tit. Sacerdotium.*
[illegible] *matrimonio alligatus promovebatur ad ſacerdotium, invaluit*
a [illegible] *Nicænum concilii, in quo, ut fertur, generali decreto ſtatutum*
[illegible]*em habens, conſecretur ſacerdos.* Qui autem id ferunt,
fa[illegible] referunt: ſed pergat. *Quod ſtatutum quum ab aliquibus mini-*
[illegible]*, obſervaretur, Siricius papa de hac re illos acerbiſſimè repre-*
he[illegible].

[illegible] anno ab hinc centeſimo Confeſſio noſtrorũ Carolo V.
I[illegible] Auguſtæ exhiberetur, reſponſioni articulo de conjugio
ſacer[illegible] oppoſitæ hæc inſeruerunt Pontificii: *Verum quidem eſt,*
qu[illegible]*ſtrorum Dei defectum in primitivâ eccleſiâ conjugatis admitte-*
b[illegible]*dotium: attamen volentes contrahere tenebantur id facere*
[illegible]*tus ordinis receptionem. Hanc conſuetudinem primitivæ ec-*
[illegible]*em ſervavit & retinuit eccleſia græca. Quum verò per*
[illegible]*ceret eccleſia, ut miniſtrorum in eccleſiâ nullus eſſet defectus,*
[illegible] *proculdubio non ſine Spiritu ſancto, omnimodò indixit ſacerdo-*
[illegible]*am, quam Innocentius primus, Leo magnus & Gregorius ma-*
[illegible]*s approbaverunt & confi. maverunt, & in hunc uſq; diem Lati-*
[illegible] *eccleſia.* Albertus quoque Pighius, vehemens adver-
[illegible] declamator, contendit quidem *ab initio eccleſiæ rece-* *controv. 15.*
[illegible] *ſacerdotibus & altaris miniſtris liceret nubere: tametſi, in-*
[illegible] *ſinerentur matrimonio.*
[illegible]s C[illegible]chtovæus libro, quem de hoc argumento ſcri- *de contin.*
[illegible] *jure divino eſſe, ut qui ſacris ordinibus eſt initiatus, uxo-* *ſacerd. c. 4.*
[illegible]r; in quam ſententiam Johannem quoque Ma-
[illegible]e ſuperiùs audivimus: at *eos qui uxorem duxerunt,*
[illegible] *or*[illegible]*us initiari, niſi deinceps continere velint, eſſe præ-*
[illegible] *o Papa primùm editum, nec unquam ab eccle-*
[illegible] *receptum fuiſſe. Itaque licuiſſe in totâ eccleſia ſacerdotibus*
[illegible] *ordines duxerant, uſque ad tempora Siricii: in eccle-*
[illegible] *nunc licere, & ſemper licuiſſe.* In hunc enim mo-
[illegible]m Clichtovæi proponens Bellarminus, prius illud *l. 1. de Cler.*
[illegible] prorſus rejicit: *non eſt*, ait, *de jure divino, ut conjugati ſi* *cap. 18.*

ordi-

ordinentur, ab uxoribus ſuis abſtineant; igitur neque eſt de jure divino, ut ſacerdotes non ducant uxores. Sed nec poſterius iſtud de continentiâ per ſtatutum eccleſiæ & Siriaci introductâ admittit, ut mox dicemus.

Etiamſi enim idipſum cùm Theologi ſcholaſtici tum canonum interpretes uno ore adſerant, utrique adulto jam in eccleſiâ occidentis univerſali cœlibatu, quem proinde optimâ ratione niti & in ornamentum & emolumentum eccleſiæ vergere contendunt, viventes; nec alii recentiores diſſentiant: fuerunt tamen tandem, qui animadverterent, univerſalem & omnimodum illum, quem diximus, cœlibatum, niſi firmioribus radicibus figeretur eique amplior, origine altiùs deductâ, auctoritas adderetur; adverſus & antiquitatis & totius orientalis eccleſiæ diſſenſum, tot præſertim ex eo ſcandalis exortis & indies exorientibus, ſubſiſtere & defendi non poſſe. Quamobrem è re fore exiſtimarunt, ſi majoris antiquitatis opinionem conciliarent: quod efficere conatus eſt Dominicus Soto, quamquam timidè & ſuſpenſo gradu, quaſi incederet *per ignes ſuppoſitos cineri doloſo*: etiamſi Martinus Pereſius ei videri queat præiviſſe. Divinat igitur, in primitivâ quidem eccleſiâ maritos adſcitos fuiſſe, qui presbyteri crearentur; ſed *præmiſſo*, ut loquitur, *conſentiente uxore, caſtitatis voto*, conjugali commercio renunciaſſe, nec umquam poſteà uxoribus, quæ in ſeparationem conſenſerint, conſueviſſe. *Hoc eſt, ait, quò noſtra diſputatio feſtinat, utrum illico ab eccleſiæ ortu mos inoleverit, ut qui ex conjugio ad ſacerdotium recipiebantur, non priùs reciperentur, quàm annuentibus uxoribus perpetuam continentiam voverent. Et exiſtit utrimq; pugnax argumentorum acies, quæ me ſemper tenuere perplexum. Affirmaverim hîc autem ſub probabilitate, quæ mihi perquàm maxima eſt, quòd circa Apoſtolorum tempora cunctis fuerit ſacerdotibus uxorius uſus interdictus: licet mos poſtea fuerit corruptus.*

de Tradit. part.3. ubi de cœlib. ſub init.

l.7. de juſt. & jure, qu. 6. art.2.

l.1. de cler. cap.18.

Quod timidè affirmat Soto, id intrepidè adſeverat Bellarminus, nempe *decretum, quo votum eſt annexum ordinibus, non quidem propriè divinum eſſe, ſed tamen eſſe Apoſtolicum, & in totâ eccleſiâ a temporibus Apoſtolorum longo tempore ſervatum.* Vult itaque Bellarminus, decretum fuiſſe ab Apoſtolis, ut ſacris ordinibus initiandi votum perpetuæ continentiæ emitterent, atque adeo ejusmodi edito voto, etiamſi mariti eſſent, ſuis ipſorum legitimis uxoribus,

cum

[illegible] tamen conſenſu, renunciarent: & etiamſi agnoſcat, [illegible]entis demonſtret, *non jure divino, ſed humano duntaxat* [illegible] *eſſe conjugium ſacerdotibus*: hoc tamen humanum jus Apoſtolicum facere conatur, & probare *cælibatum jure Apoſtolico re*[illegible] *annexum ordinibus ſacris.* Hunc enim titulum fecit capiti XIX. primi de clericis libri.

Cæterum etiamſi aliquando conſtituta fuerint ab Apôſtolis, [illegible] perpetuum durare noluerunt, & propterea in deſuetudinem abierunt, ut abſtinentia à ſanguine & ſuffocato, item fœminas [illegible] operto capite in cœtibus apparere: quum tamen Apoſtolis [illegible] & illuſtrior Sancti ſpiritus gratia & adſiſtentia obtigerit [illegible] ampliſs poſt ipſos alijs, atq; adeo quod illi conſtituerunt [illegible] æquiſſimum, & juxta conditionem temporum, lo[illegible]rum, decentiſſimum, convenientiſſimum & uti[illegible] [illegible] debeat, ut ne quidem ſuſpicioni in contrarium [illegible] poſſit: meritò Apoſtolicæ conſtitutiones ab Eccle[illegible] episcopos & præſides eccleſiarum poſt ſequutos ſan[illegible]tur, hisque præferuntur, ut tanto majoris auctoritatis [illegible]ſtitutio Apoſtolica, quàm Eccleſiaſtica, quanto Apo[illegible] [illegible]iore majoreque Spiritus gratiâ illuſtrati fuerunt, [illegible] [illegible]pi & præſides poſteriores. Quippe Apoſtoli, ut dixi[illegible] [illegible] & extraordinariâ gratiâ præditi, nihil niſi quód ad [illegible]es, ordinem & decorum, pro iſtis quidem temporum, [illegible] & perſonarum circumſtantijs, faceret, conſtituere po[illegible] [illegible] at episcopi alii, communibus & ordinarijs tantùm donis [illegible], etiamſi incrementum & decus eccleſiæ ſibi ut ſcopum [illegible]ent, eòque totis viribus collimarent, potuerunt tamen ab[illegible] & conſtituere, quód eccleſiæ nihil aut parum emolumenti, [illegible] nocumenti aliquid adferret.

[illegible] Bellarminus ipſe, ubi ex inſtituto de Traditionibus [illegible] [illegible] eas in Divinas, *quæ ab ipſo Chriſto Apoſtolos docente, acce*[illegible] [illegible] Apoſtolicas, *quæ ab Apoſtolis ſint inſtitutæ, non tamen ſine* [illegible] *Spiritus ſancti, unde etiam Divinæ interdum vocentur*; & in Ec[illegible], *quæ ſint conſuetudines quædam antiquæ, vel a prælatis vel à* [illegible], *quæ paullatim tacito conſenſu populorum vim legis obtinue*[illegible]. Et hæc Bellarminum ad eundem modum diſtinxerat Mar[illegible], [illegible] ipſe videtur hauſiſſe. Tractans autem de con-

Actor. 15.
1. Cor. 11.
l. 4. de Verbo Dei. c. 2
de Trad. p. 2. aſſert. 6

jugio clericorum, ubi diſtinctionis hujus repetitæ uſus fuiſſet, ſilentio eam involvit. Liquet tamen ex illis ejus, quæ paullò antè adduximus verbis, quòd ſtatutum de continentiâ clericorum ſive, ut ipſe loquitur, de *voto ſacris ordinibus annexo, per quod poſt ordinationem nec uxores ducere, nec uxoribus anteà ductis uti liceat*, traditionem eſſe velit Apoſtolicam. Quæ doctrina adeo recens eſt, ut eam Scholaſtici & Canoniſtæ, quamvis cœlibatui aliàs addictiſſimi tempore, quo in eccleſiâ occidentis altas ille radices egerat, viverent, ignoraverint, & diverſam ſententiam, niſi fortè unum Majorem excipias, tenuerint: ſicut ex iis, quæ ſenſu & verbis Scholaſticorum produximus, manifeſtò conſtat.

Neque ſcio, an Bellarminus ſibimetipſi ſatis conſentiat. Apoſtolicas enim traditiones dicit eſſe, *quas non ſine Spiritu Dei Apoſtoli inſtituerint*. Hic docet conjugium presbyteris prohibitum eſſe *jure Apoſtolico*; & pariter docet prohibitum eſſe *jure duntaxat humano*. Quomodo autem quod non ſine Spiritu Dei prohibitum eſt, jure duntaxat humano prohibitum eſſe rectè dici poterit? Bene verò Martinus Pereſius in diverſis traditionum generibus diverſitatem

Parte 3. aſſert. 7. ponderis & auctoritatis annotavit. *Si quædam*, inquit, *à Domino Ieſu Chriſto & Spiritu ejus per Apoſtolos ſpecialiter diſponente in eccleſiâ traditæ ſunt & inſtituta, quædam ab ipſis Apoſtolis privato ſpiritu introducta, quædam verò ab Apoſtolorum ſucceſſoribus & eccleſiæ præſidentibus ſanctis patribus eccleſiæ demandata; non poteſt non eſſe inter hæc omnia magna latitudinis differentia. Divina enim auctoritas longè præſtantior eſt quacunque purè humanâ auctoritate. Inſuper Apoſtolico magiſterio plus debetur honoris & reverentiæ, cæteris paribus, quàm Epiſcopali*. Id diſcriminis hîc ſicco pede præteritum non oportebat: cui tamen explicando, quia manifeſtiſſimum eſt, diutiùs non immorabimur.

Nobis ſufficit hactenus oſtendiſſe, doctrinam, quæ adſerit Apoſtolos interdixiſſe, ne presbyteri uxoribus ſuis utantur aut matrimonia contrahant, adeo novam eſſe, ut veteri Pontificiorum Theologorum ſcholæ fuerit incognita. Quantum igitur abeſt, ut ei congruant notæ veræ & catholicæ doctrinæ à Vincentio Lerinenſe præclarè traditæ, *Quod ubique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt*?

Res ita ſeſe habet, quemadmodum ſuperiùs innuebamus. Quum univerſalis ille eccleſiis occidentalibus violenter obtruſus, & in-

... ſcandalorum ferax cœlibatus acriùs impugnari, & ... inciperet, ad eum fulciendum novæ doctrinæ ſunt ... Franciſcus quidem Turrianus, qui Conſtitutiones ... ſub nomine Clementis, & Epiſtolas ſub nominibus ... Romæ epiſcoporum editas, adverſus omnium & iſtius ... partis, eruditorum judicium & conſenſum genuinas eſſe ... clericos majorum ordinum jure divino prohi... avit, ne vel matrimonium poſt ſuſceptos ordines con... vel antè contracto utantur. Hic tamen abſurdæ opinio... approbatores nullos invenit: & prolixè refutatur à Gabriele ... tota diſputatione CCXLVI. in tertiam Thomæ. Atque ... de quo in ſuâ Conſultatione Georgius Caſſander: *Non au... novus quidam in Italiâ dogmatiſtes, qui unus contra omnium ... recentium eccleſiaſticorum ſcriptorum ſententiam cœlibatum ... hoc eſt, ſubſtantialiter & lege divinâ adjunctum eſſe ... eſſe in poteſtate Pontificis nec Eccleſiæ, ut conjugii uſum ſacer... ttant, non magis, quàm furandi aut latrocinandi; atque eo ... eccleſiam, tam orientalem quàm occidentalem violati divi... at; illam, quod conjugium in ſacerdotibus hactenus obſervarit, ... rectè facere judicârit.*]

Lib. 1. de dogmatico charact.

art. 29.

... autem Clichtovæus, quem ſuprà memoravimus, & ... Michael Medina alterum ſaltem juris divini eſſe volunt, ... alterum. Nempe prohiberi ajunt jure divino, ne poſt ... ordinationem matrimonium contrahatur; non item, ne quis an... contracto utatur. Sed hi quoq; à ſuis ſymmiſtis deſeruntur & re... ...

Superest ſententia Dominici Soti, quam, ut oſtendimus, Bel... amplexus fuit. Bellarmino adſtipulantur reliqui ex ea... ... Gregorius de Valentiâ *in tertiam, diſputatione IX, quæſt.* ..., Gabriel Vazquez *in eamdem tertiam, diſputatione CCXLIX;* ... Becanus *Manuali controverſiarum libro primo, c. XIII.* Hi o... alii timidius, alii animoſiùs, ab Apoſtolis decretum & ... eſſe contendunt, ut qui uxorati ad ſacros ordines ac... uxoribus abſtineant; qui cœlibes, in cœlibatu ſemper ... nullam matrimonii contrahendi facultatem habeant. ... à Valentiâ quæ lege cœlibatus contineantur, ſumma... propoſuit, quæ adſcribi videtur operæ pretium

eſſe. Sciendum, inquit, *legem de cœlibatu ad tria obligare.* Primum *eſt, ut nemo conjugatus ſacris ordinibus initietur, niſi uxor voveat perpetuam caſtitatem.* Secundum *eſt, ut nemo, poſtquam initiatus eſt ſacris ordinibus, uxorem ducat.* Tertium *eſt, ut qui ſacris ordinibus initiatus eſt, perpetuam ſervet continentiam non modò ab actibus venereis per ſe illicitis, ſed etiam ab uſu matrimonij, ſi fortè, antequam ſacris initiaretur, habuerit conjugem; vel ipsâ conjuge vovente perpetuam continentiam ordinatus eſſet, vel fraude aliqua aut diſſimulatione. Atque hoc* tertium *eſt præcipuum, ad quòd lex cœlibatus obligat: nam propter hoc obligat etiam ad* primum *&* ſecundum, *ſcilicet ne quis conjugatus abſque illo voto uxoris ordinem ſacrum ſuſcipiat, & ut nemo ſacris jam initiatus matrimonium ineat. Vtrumque enim ideo injungitur, quia ex eadem lege cœlibatus neceſſarium inprimis eſt ab uſu etiam matrimonij abſtinere, poſtquam ſacer aliquis ordo eſt ſuſceptus.* Hæc Gregorius de Valentia. Iſta itaque tria ſacris ordinibus per conſtitutionem Apoſtolicam annexa eſſe contendunt, ut cùm ipſe ordinandus perpetuam vovens continentiam nec in poſterum uxore, ſi quam habet, utatur, nec ſi non habet, ullam ducat; tum uxor ordinandi, ſi quæ fuerit, ſimiliter continentiam voveat. Continentiam enim proximè & immediatè à voto pendere volunt, ut ordinatus qui non ſervaverit, propterea voti violati reus ſit: votum autem ex decreto Apoſtolico ab ordinandis emitti docent.

Cæterùm ſuperiùs oſtendebamus, hoc de voto à Scoto & Scoti adſeclis, item Durando & alijs impugnari. Et hodie in eccleſiâ Pontificiâ nullum votum, quum ordinantur, emittunt; nullum certè conceptis verbis aut aliquo geſtu, quo ſe vovere teſtentur ac profiteantur; quod tamen omnino neceſſarium foret, ſiquidem cenſeri debeant voviſſe. In Rituali equidem, quo deſcribuntur quæ in ordinatione peragi ſolent, nullam voti mentionem invenio, ut ne quidem de voto ordinandos commonefieri animadvertam. Si rectè memini, quum ordinationibus Pontificijs aliquando adſtarem, audivi à Suffraganeo Hypodiaconis jam conſecrandis dici, *Servari oportere ab ipſis in poſterum continentiam ex ſtatuto eccleſiæ*: quæ verba tamen Rituale evolvens nuſquam invenio, ut propterea Suffraganeum de ſuo, abundantioris cautelæ ergò, addidiſſe exiſtimem. Quoniam itaque nulla omninò, dum ordinatio peragitur, mentio voti injicitur, equidem ſententiam Scoti plus probabilitatis habere puto, quàm Thomæ. Neque enim video, quomodo ullâ

lege

[illegible]o obligatio voti cuiquam ex facto alterius imprimi [illegible]oni. Votum enim eſt ſpontanea promiſſio, quæ non [illegible] poteſt niſi propriâ voluntate. Obligatio igitur omnis, quæ ex [illegible]to eſt, ab illâ promiſſione dependet, ut qui nihil promiſit, [illegible] promittere in animo habuit, ex voto obligari nequeat; ne q[illegible]em, ut puto, per legem divinam. Expreſſum itaque ſive explicitum vot[illegible]m hîc nullum eſſe ipſi fatentur; & implicitum eſſe vo[illegible] *Etiamſi quis verbotenus non emittat votum*, ait Thomas, *ex hoc ipſo* 4. diſt. 37. *q[illegible] ordinem ſuſcipit ſecundum ritum occidentalis eccleſiæ, intelligitur e*- q. 1. art. 1. [illegible]. At ſi vellent vim & obligationem voti ſubeſſe, ab ordinand[illegible] deberent, ut animo bene deliberato & ad magnitudinem [illegible] ac religionem exoriturae obligationis intento, conceptis ve[illegible]pſ[illegible]m emitterent. Ita ſanè futurum, ut multi reſilirent, & ſeſ[illegible] implicari non paterentur. At nunc ordinatos, ex quo [illegible]ſunt, maximâ religione voti volunt obſtringi: nullum ta[illegible]one votum præſcribunt aut exigunt, imò ne verbo q[illegible]s voti mentionem faciunt. Eccleſia ipſorum requirit ab [illegible]dis votum; & hoc putant, ſatis eſſe, ut qui ordinationem [illegible], implicitè voviſſe cenſeatur. Sed etiam implicitum votum [illegible] ſin[illegible] intentione & libero propoſito, quæ ita voto in[illegible]ca & [illegible]alia ſunt, ut ubi deſiderantur nec ullum eſſe poſſit [illegible]c obligatio è voto orta. Non autem quia eccleſia præci[illegible], ideo Petrus, verbi gratiâ, votum emiſit: votum enim non [illegible]o alterius, utcumque ſuperioris; ſed in ſolâ ejus ipſius, qui [illegible] intentione & actione vovendi poſitum eſt. Nec rem [illegible], ſi dixeris, alios pridem ordinatos voviſſe & poſteriores, [illegible] ordinationem recipiant, eodem voto teneri. Qui enim [illegible]res voverunt? Et etiamſi voverint aliqui, num in [illegible] a poſterioribus, ut ſe quoque eodem voto obſtringerent, [illegible] Illorum enim voto obligari non potuerunt, niſi, ut ob[illegible]onſenſerint. Quod alius promiſit, ad id præſtandum [illegible]tueor, ne quidem ſi nomine meo promittat, me poteſt [illegible], ut promitteret, in mandatis habuerit.

[illegible]rdinatos in votum conſentire *voluntate interpretati*[illegible]dem ordines juxta legem & conſuetudinem eccleſiæ [illegible]annexum eſſe juſſerit, ſuſcipiant. Hinc quidem [illegible], vi præcepti eccleſiaſtici ad obedientiam ipſos

obligari, & eccleſiam, quantum obedientiam attinet, interpretari ita poſſe & habere, perinde ac ſi voviſſent, & in exteriore foro transgreſſores & obedire nolentes. pœnis, quibus aliàs voti fracti reos afficiat, ſubjicere. In interiore verò & conſcientiæ foro, qui ſibi nullius abs ſe factæ promiſſionis conſcius fuerit, obligatione voti non tenebitur, ſed ſaltim obedientiæ; & ſi transgrediatur, violator præcepti erit, non voti. Nam præcepta ponuntur quidem invitis & citra eorum, quos parére oportet, conſenſum: at fieri non poteſt, ut vota ab invitis & ſine conſenſu illorum, quibus obligatio complendi ſive præſtandi imponitur, emittantur.

Votum implicitum fuerit, puto, ſi quis voveat in hunc modum, verbi gratiâ, *Facturum ſeſe, aut toleraturum, quicquid ſuperior juſſerit aut impoſuerit.* Jubeat deinde ſuperior, ut ad Indos proficiſcatur: tenebitur obligatione voti, quia videlicet id ſeſe facturum, quamvis explicitè non voverit, vovit tamen implicitè, hoc ipſo, quod omnia injuncta ſeſe exſequuturum vovit. Et hoc, nempe *omnia injuncta ſeſe exſequuturum*, explicitè & expreſsè vovit: abſq; quo foret, ne quidem alterum illud implicitè voviſſe cenſeretur. Implicito itaque voto præmitti neceſſe eſt votum explicitum & disertè expreſſum, quod cum perfectâ mentis advertentiâ & liberè emiſſum alterum illud implicitum virtute comprehendat. Ergo ubi nullum eſt votum explicitum, ibi quoque implicitum habere locum nequit: quandoquidem implicitum in explicito fundatur. Quoniam igitur nec in ordinatione, qualis apud Pontificios peragitur, nec ante eam, explicitum aliquod votum exigitur aut emittitur, & ne ullius quidem voti mentio fit; ideo quod de implicito adfertur, fruſtra adfertur & ſubſiſtere nequit.

Par ratio de voluntate ſive conſenſu interpretativo. Quoniam baptiſmus abſolutè ad ſalutem neceſſarius eſt, ideo voluntatem infantium parentibus & ijs, in quorum poteſtate ſunt, Deus commiſit, ut quod infantium loco illi voluerunt & voverunt, id ipſi voluiſſe vel voviſſe cenſeantur. Quando itaque parentes infantem volunt baptizari, perinde eſt, ac ſi ipſe infans baptizari cupiat: & profeſſio Chriſtianiſmi ac obedientia Chriſto præſtanda, quam vice infantis in baptiſmo alij vovent, perinde habetur, ac ſi ipſe voviſſet; à quo voto & obligatione adultus abſque jacturâ ſalutis ſuæ reſilire nequit, quia videlicet aliter ſalus obtineri vel retineri non poteſt.

Hanc

[illegible] ob cauſſam, quod eam quidem rem attinet, volunta- [illegible] in parentes tranſtulit Deus, imò natura ipſa, ut dici [illegible] in baptiſmo obedientiam Chriſto voluntate & con- [illegible] tativo voviſſe. In cæteris verò, quæ pari modo ad ſa- [illegible] non ſunt, non procedit, ut quod de liberis ſuis pa- [illegible], eo voto ipſi liberi obligentur. Exempli gratiâ, [illegible] parentes de hoc vel illo vitæ genere à liberis amplectendo, [illegible] ſtico, aut cœlibe, de his vel illis ſtudijs ſectandis, puta [illegible], vel Hebrææ aut Arabicæ linguæ; promittant matri- [illegible] hac vel illâ perſonâ contrahendum: ſatisfecerunt, in- [illegible] parentes ſuis votis & promiſſionibus, ſi agant, quantum in ſe [illegible] liberos ad præſtandum inſtitutione & adſuefactione ma- [illegible] conſilijs & hortatibus impellant: interim ipſi liberi nul- [illegible], nec obligationi alicui obnoxii, ut, niſi præſtent, vo- [illegible] promiſſis non ſtetiſſe coargui queant. Eſto igitur, [illegible] prælati teneant locum parentis. Cœlibatus & conju- [illegible] vitæ ſtatus. Qualem neceſſitatem ineundi alte- [illegible] rales parentes ſuis liberis imponere poſſunt; talem [illegible] poſſint, eſto, ſpirituales iſti, eccleſia videlicet & præ- [illegible] clericis. At, ſicut vidimus, è voto parentum nul- [illegible] in filios redundat. Reliqua ſunt præceptum, & con- [illegible] & hortatibus. Auctoritas parentum eò ſe uſque [illegible], ut neceſſitatem alteriusutrius ſtatus per præceptum [illegible] ſed eſt in arbitrio filiorum, utrum voluerint, eli- [illegible] uterque caſti puta cœlibatus & caſti conjugii, in ſe ſit [illegible] at itaque ſolum conſilium, ut ſicut parentes liberis [illegible] cœlibatum vel conjugium, & ad alterutrum ſuaſu [illegible] impellere, ita quoque clericos ſuos eccleſia & prælati. [illegible] ut verum eſt, ita quoq; rectiſſimè affirmatur, [illegible] dilucidiùs.

[illegible] itaque ſusque deque volvendo, non invenio, quomo- [illegible] ſi propriè loquamur, quòd quicumq; apud Pon- [illegible], votum emittat & proinde obligatione, qualis [illegible], teneatur. Si ad interpretativum votum ſive [illegible] confugiant, dico quemadmodum de implicito [illegible] interpretativum votum feciſſe rectè di- [illegible] votum aliquod expreſſum, quo voluntatem

ſuam

ſuam in alium tranſtuler t, ſeque obligaverit ad præſtandum, quicquid alius juſſerit aut ipſius nomine promiſerit. Si hujuſmodi votum præceſſerit, tum demum, inquam, conſenſus interpretativus cenſeri poterit, cujus vi & ex obligatione, qualis votum conſequitur, ad alterius juſſa vel promiſſa præſtanda quiſpiam teneatur. Ubi nullum autem fuerit expreſſum, ſicut hîc reverà nullum eſt; ibi quoque nullum tacitum vel interpretativum eſſe poteſt.

Verùm enimverò ipſi etiam præterea ſuâ ſe doctrinâ irretiunt. Docent ab ordinatis emitti ſolenne votum, cujus vi contractum matrimonium dirimatur, quem aliàs effectum ſimplici voto non tribuunt. At ſi ſolenne eſt votum & cum publicâ ceremoniâ emiſſum; non poteſt eſſe tacitum & implicitum vel interpretativum votum. Tacitum enim eſſe & ſolenne, adverſis frontibus pugnant. Quamquam quæcumque adhibetur ſolennitas & ceremonia, illa ordinationis eſt, non voti; cujus neque nomen neque res ibi cernitur vel auditur. Verius igitur eſt in ordinatione Pontificiorum non eſſe ſolenne votum, & ne tacitum quidem, ſed prorſus nullum.

Ergo ad præceptum eccleſiæ & ſui Pontificis totam potiùs obligationem referant. Dicunt ſanè, vi præcepti eccleſiaſtici votum ſacris ordinibus annexum eſſe. At vota libera eſſe oportebat; & propterea non rectè per præceptum injunguntur, nec rectè neceſſitas vovendi alicui imponitur; debent etiam eſſe de rebus aliàs ex præcepto indebitis: quod enim tibi ex præcepto ſive naturæ ſive poſitivo faciendum incumbit, non poteſt eſſe materia voti tui. Sed hæc modò non urgebimus: urgemus id ſolummodo, quod pridem expoſuimus, nempe votum neminem poſſe obligare ex lege vel ex facto alieno, ſed ſaltim ex actione propriâ. Non itaque quia eccleſia ordinatos continentiam vovere jubet, ideo illi hoc ipſo, abſque ſuâ propriâ vovendi actione voverunt, vel putandi aut dicendi ſunt voviſſe.

4 diſt. 25. Docent Scholaſtici communiter, unó Durando excepto, pueros ante uſum rationis de facto ordinari poſſe diaconos & presbyteros. Si ſolius præcepti vi votum annecti poteſt ordinibus, etiam pueri ante uſum rationis dicendi ſunt voviſſe; quod abſurdum eſt & ab ipſis Scholaſticis negatur. Quamvis pueros ita ordinatos non quidem ex voto, quod fieri nequit ut hîc locum habeat, ſed ex ſtatuto

[illegible] ad continentiam obligari Paludanus affirmat; & nos [illegible] à allegavimus. Alibi tamen ad votum, & non ad ſtatutum ad [illegible] obligari negat. 4. *diſt.* 25. *qu.* 3. *art.* 1. *concl.* 3.

Sed pueros faciamus miſſos; & videamus adultos. Qui non intendit votum, nec de voto cogitat, non poteſt dici vovere. Voti e[illegible] poſita eſt in promiſſione factâ libero conſenſu. Conſenſus autem non poteſt eſſe circa rem, quæ non cogitatur aut intenditur. Quum itaq; ordinandi de voto non commonefiant nec ullum verbum audiant, quis certus eſſe poteſt aut adſerere, illos de voto cogitare, vel votum intendere? Alios igitur abſq; ullâ continentiæ voventis intentione, alios etiam cum contrariâ ordinari certum eſt. *Multi,* ait Johannes Hofmeiſterus judicio ſuper articulo A[illegible] confeſſionis de conjugio ſacerdotum, *jam ſic ad ſacerdotium [illegible] numquam acceſſuri ſi certi eſſent ſibi numquam permittendas concubinas.* Num qui in animo habent concubinas adſciſcere, [illegible] vovere intendunt? Quot olim in vetere ecclesia [illegible] & hactenus laici ad presbyteratum, imò in cathedram [illegible] inviti & repugnantes evecti ſunt? num ut repugnantes [illegible] ordinibus admoti fuêre, ita quoque repugnantes [illegible] voverunt? & non ipſi modò, ſed uxores quoque eorum [illegible] Auguſtinus, *ut epiſcopatum ſuſcipiant, tenentur inviti,* *epiſt.* 204. [illegible] *includuntur, cuſtodiuntur, patiuntur tanta quæ nolunt, do*[illegible] *voluntas ſuſcipiendi operis boni.* Ambroſius, *Quàm reſiſte*- *epiſt.* 82. [illegible] *ne ordinarer.* Paulinus eum ſemel atque iterum fugam *In Vita.* [illegible] fuiſſe narrat. Epiphanius quomodo Paulinianum Hieronymi fratrem ordinaverit, ipſe epiſtolâ ad Johannem Jeroſolymitanum quam ab Hieronymo converſam legimus, exponit. Ver- *Epiſt.* 60. *apud Hieron.* [illegible] *Quum celebraretur collecta in eccleſia villa, quæ eſt juxta mo*[illegible]*, ignorantem eum & nullam penitùs habentem ſuſpicio*[illegible] *os apprehendi juſſimus, & teneri os ejus, ne fortè libe*[illegible] *adjuraret nos per nomen Chriſti: & primùm diaconum ordi*[illegible] *timorem Dei, & compellentes, ut miniſtraret. Valde* [illegible] *contеſtans. Vix ergo compulimus eum,* [illegible] *teſtimoniis ſcripturarum & propoſitione mandato*[illegible] *miniſtraret in ſanctis ſacrificiis, rurſus eum, ingenti dif*[illegible] *os ejus, ordinavimus presbyterum: & iiſdem verbis, quibus* [illegible] *ut ſederet in ordine presbyterij.* Quo pacto

 presby-

presbyteratus Auguſtino ab Hipponenſi populo obtruſus fuerit, Cap. 4. narrat in ejus vitâ Poſſidius. Valerius epiſcopus publicè propoſuerat, eccleſiæ opus eſſe presbytero. Auguſtinus *in populo ſecurus & ignarus, quid futurum eſſet, adſtabat. Eum ergo,* ſicut Poſſidius ſcribit, *tenuerunt, &, ut in talibus conſuetum eſt, Epiſcopo ordinandum intulerunt, omnibus id uno conſenſu & deſiderio fieri perficiq; petentibus, magnoq; ſtudio & clamore flagitantibus, ubertim eo flente.* Quantus itidem Hippone tumultus propter Pinianum, quem presbyterum populus flagitabat, exortus fuerit, & quàm ægrè, ne vel invitiſſimus & ſummoperè epiſt. 225. renitens ordinaretur, evaſerit, ipſe Auguſtinus ad Albinam, Piniani matrem, ſcribens copioſè exponit. Videmus itaque conſuetum olim fuiſſe, ut qui eximijs dotibus & pietate pollerent, à populo, quamvis renuentes ad ſacerdotium raperentur, & ordinem, quem aliàs nollent, ſuſcipere compellerentur. Num autem hoc ipſo, quod eum in modum ordinati fuerunt, & illi & uxores illorum, ſi quas habuere, votum emiſiſſe dicendi ſunt?

Nihil igitur eſt, quod de voto ordinibus ſacris annexo adfertur: nec annexum eſt, nec annecti potuit. Quamvis ſuadeatur vel præcipiatur, votum tamen verum & in interno conſcientiæ foro obligans non erit, niſi ad ſuaſum vel præceptum ab ipſo vovente liberè & explicitè fiat. Poteſt quidem in externo foro eccleſia perinde æſtimare, ac ſi votum emiſſum fuiſſet; & transgreſſores tamquam voti fracti reos, punire: ut ita tota quidem obligatio ex præcepto, non ex voto, oriatur, ſed nihilominus in foro externo habeatur, ac ſi ex voto eſſet: quò etiam univerſum negocium reduxiſſe mihi videtur Gregorius de Valentiâ verbis, illa, quæ ſuperiùs adduximus, minimo intervallo ſubſequentibus. *Votum iſtud continentiæ,* inquit, *ſacris ordinibus annexum, quod ad rem ipſam attinet, non aliud eſt, quàm obligatio illa ad non ducendam uxorem poſt ſacros ordines ſuſceptos, & etiam ad perpetuam continentiam deinceps ſervandam. Nam hæc ipſa obligatio, quatenus propter majorem* DEI *cultum iis, qui ſacris initiantur, impoſita eſt, votum continentiæ* implicitum *à doctoribus appellatur. Neque enim in ſuſceptione ſacri Ordinis neceſſe eſt votum expreſſum fieri ab eo qui ordinatur, ſed hoc ipſo quod ſacrum ordinem unà cum annexa obligatione ad continentiam perpetuam ſuſcipere vult, idq; propter* DEI *cultum, qui alias in votis expreſſis reſpici ſolet, dicitur ſimpliciter continentiam vovere. Item ea ipſa obligatio nominatur votum* ſolenne, *quatenus non ſolum impedit*

[illegible] *m contrahendum, ſed etiam dirimit contractum, id eſt,* [illegible]*, ſi* [illegible] *ſacris initiatus matrimonium inire tentet, matrimonium* [illegible] Hactenus Gregorius de Valentiâ.

O[illegible] igitur obligatio à præcepto eſt, non à voto. Sicut itaque qui præceptum aliquod eccleſiæ transgreſſus fuerit, non ſtatim votum [illegible] ita quoque hîc. Sicut, inquam, qui die do[illegible]miſſam non audivit, vel feria ſextâ lardum comedit, votum [illegible], ſed præceptum eccleſiæ Pontificiæ neglexit: ita [illegible] Pontificius, qui uxorem duxerit. Non igitur [illegible] ſe diſcruciet propter violationem voti, ſed ſal[illegible] præcepto, ex cujus prævaricatione eò leviorem rea[illegible] minor præcipientis fuerit poteſtas, aut quò ma[illegible]s, quæ præcipi non oporteret, præceperit. [illegible]bus conſiderabimus.

[illegible] doctores Pontificios recentiſſimos, contra unani[illegible] Scholaſticorum & Canoniſtarum conſenſum, [illegible]o preſbyterorum & diaconorum cœlibatui opi[illegible] & auctoritatem concilient, votum continen[illegible] more) quod ſacris ordinibus annexum eſſe [illegible]nem Apoſtolicam referre. Num igitur Apoſto[illegible]erint, jam nobis erit diſpiciendum.

[illegible] autem manifeſtum eſt quæſtionem eſſe facti, ut lo[illegible] juris. Nempe quæritur, num Apoſtoli ſtatuerint & [illegible], ut quicumque ſacris ordinibus initiatur, perpetuam [illegible]ntinentiam, ſive, ſi uxorem habuerit, ab eâ in poſterum [illegible], ſi nullam habuerit, nullam umquam ducat. Hoc factum, [illegible] Apoſtolos hujuſmodi legem ſanxiſſe & promulgaſſe, Domini[illegible], Bellarmino & adſeclis ut probent, incumbit. Probari [illegible] è ſcriptis & hiſtoriâ novi teſtamenti: facta enim A[illegible] in vetere non contineri aut deſcribi, & proinde è ve[illegible]ri non poſſe notum eſt. Operam itaque ludunt, dum è [illegible] quos typos & decentiæ argumenta eruere conan[illegible]. [illegible] enim, ſit in conſideratione nonnullarum rerum aliqua [illegible] convenientia: conſideratis contrà alijs circumſtantijs [illegible] effectibus deprehendentur pares aut majores etiam [illegible] & inconvenientiæ. Nec ſequitur, Potuerunt eſſe non[illegible], ut Petrus hoc aut illud faceret: ergo

 fecit,

fecit, nec, quin fecerit, dubitari debet. Res, ut diximus, conſiſtit in facto; quod à poſteriori, nempe ex hoc ipſo, quod ita factum ſit, & documentis factum atteſtantibus, non à priori ſive a motivis ad faciendum (quæ tamen, ut ſuo loco patebit, nulla vel certè efficacia & ſufficientia non ſunt) probari oportet. Hoc primum.

Secundò manifeſtum eſt legem de perpetuâ continentiâ clericorum, qualis ſuperiùs expoſita fuit, novam, inſolitam & ab omni ſeculo inauditam fuiſſe. Hoc dico, Omnibus miniſtris ſacris ita à conjugio abſtinendum eſſe, ut in poſterum uxores nec ducant, nec antè ductis utantur, & ut ipſæ, quæ ductæ fuerunt uxores, itidem perpetuam continentiam voveant, id ex quo mundus conditus & homines ac cum hominibus religio in orbe eſſe ceperat ad Apoſtolorum uſque tempora incompertum & inauditum fuit. Et lex Moſaica, quamvis gravia onera impoſuiſſet; tantum tamen numquam impoſuerat. Poſſem hîc adducere; quod unanimi conſenſu è ſynodo Jeroſolymitanâ ad gentes converſas in modum ſta-
Act.15.28. tuti ſive canonis Apoſtoli ſcripſerunt: *Viſum eſt Spiritui ſancto ac nobis, ne quod amplius imponeremus vobis onus præter neceſſaria iſta, ut abſtineatis ab ijs, quæ ſunt immolata idolis, & ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione.* Si nihil amplius oneris imponere voluerunt, quomodo credendi ſunt impoſuiſſe, quod numquam impoſuerat Moſes, ut quicumque ex ipſis ſacrum miniſterium ambiret, commercio uxoris renunciaret? præſertim quum plerique, qui eò iſtis temporibus adſpirarent, uxorati eſſent. Sed hoc omiſſo ad priora redeamus. Legem, cujuſmodi ab Apoſtolis illi latam eſſe contendunt, hactenus in univerſo terrarum orbe inauditam fuiſſe conſtat. Si igitur eam Apoſtoli ferre & promulgare voluiſſent, apertis & perſpicuis verbis id pſum fieri oportuiſſet, ut quod alias nemini hominum hactenus in mentem venerat, ex Apoſtolicis verbis plenè & rectè intelligi poſſet. Nec dubium eſt, quin ita feciſſent Apoſtoli, ſi ejuſmodi aliquam legem extare, eâque univerſos ſacro miniſterio fungentes & functuros obligare voluiſſent. Quò enim res magis nova & à receptâ conſuetudine remotior, eò clariùs & diſertiùs eam propoſuiſſent. Omnino itaque fruſtrantur Bellarminus & ſocij, dum nonnulla loca producunt, quibus continentiam & votum continentiæ, de quibus nunc controvertitur, præcipi & injungi non poteſt

[illegible] capienti verba, quemadmodum ſonant & jacent, [illegible] ſuſcipio.

M[illegible] autem hîc obiter, quod alibi pleniùs exponimus, aliud eſſe [illegible] dicto Scripturæ rem aliàs ignotam vel incertam demonſtrare ſive [illegible]cere; quod niſi ex planis & perſpicuis verbis fieri n[illegible] vero ad rem aliunde certam, ſive quam ſuppo[illegible] accommodare; quod priſcis Patribus frequen[illegible]gnorat. Quum itaque veteres nonnulli ſive mo[illegible] eccleſiaſtica de particulari cœlibatu ſupponerent, ad [illegible]a, quibus aliàs ſimpliciter & planè acceptis n[illegible]itur, accommodârunt. Dico *de particulari* [illegible]gendum reſpectu perſonarum, locorum, tempo[illegible] labentibus annis, ut certis nonnullis perſo[illegible] fungentibus, puta epiſcopis, minimè autem [illegible]is & diaconis, ſive conſuetudine ſive lege eccle[illegible]poneretur; ut item, qui presbyteri jam eſſent, ab [illegible]ctis, ſed ducendis arcerentur. Et præterea ejuſ[illegible]corum ſtatuta, utpotè in nullâ œcumenicâ [illegible]gata, fuerunt ſaltim, ut loquuntur, localia & tem[illegible], non niſi alicubi locorum, & quamdiu per deſuetudi[illegible]m, quorum intererat, bonis rationibus innixam oppo[illegible] etiam contrarias leges non abolerentur, effectum ob[illegible] loco pluribus dicetur. Ad hunc itaque particula[illegible]emporum conſuetudinem nonnulla di[illegible] Patres accommodarunt, non quòd exiſti[illegible]am Apoſtolicam de cœlibatu ijs contineri, ſed, [illegible] nonnihil adfinitatis habentia ſuo propoſito ap[illegible] occaſione cœlibatum, qualis aut conſuetudine [illegible], aut qualem recipi & obſervari ipſi optabant, [illegible]

V[illegible] eſt, veteres veram continentiam maximi fe[illegible] in [illegible] eccleſiæ valdè deceat cenſuiſſe, ac propter[illegible] ſectandam vehementer cohortatos eſſe. In e[illegible] addu[illegible]nt ſæpè per alluſionem vel [illegible]nem, ut fieri amat, loca & dicta, quæ a[illegible]quuntur, certè præceptum nullum conti[illegible]

In exemplum adduco verba Hieronymi ſcribentis in verba Apoſtoli ad Titum. cap.1.v.8. *Sit epiſcopus & pudicus, quem Græci σώφρονα vocant; & Latinus interpres verbi ambiguitate deceptus pro pudico prudentem tranſtulit.* Certè etiam hodie exempla latinæ vulgatæ verſionis alia *ſobrium* alia *prudentem*, nulla *pudicum vel caſtum* habent. Sed pergat
1.Cor.7,5. Hieronymus. *Si autem laicis imperatur, ut propter orationem abſtineant ſe ab uxorum coitu: quid de epiſcopo ſentiendum eſt, qui quotidie pro ſuis populiq; peccatis Deo oblaturus eſt victimas? Relegamus Regum libros, & inve-*
1.Reg.21,5 *niemus ſacerdotem Abimelech de panibus propoſitionis noluiſſe priùs dare David & pueris ejus, niſi interrogaret, utrum mundi eſſent pueri à muliere, non utiq; aliena, ſed conjuge. Et niſi eos audiſſet ab heri & nudiuſtertius vacaſſe ab opere conjugali, nequaquam panes, quos priùs negaverat, conceßiſſet. Tantum intereſt inter propoſitionis panes & corpus Chriſti, quantum inter umbram & corpora; inter imaginem & veritatem; inter exemplaria futurorum, & ea ipſa quæ per exemplaria præfigurabantur. Quomodo itaq; manſuetudo, patientia, ſobrietas, moderatio, abſtinentia lucri, hoſpitalitas quoq; & benignitas, præcipuè eſſe debent in epiſcopo, & inter cunctos laicos eminentia: ſic & caſtitas propria, & (ut ita dixerim) pudicitia ſacerdotalis, ut non ſolùm ab opere ſe immundo abſtineat, ſed etiam à jactu oculi & cogitationis errore mens Chriſti corpus confectura ſit libera. - Sit quoq; epiſcopus & abſtinens, non tantum (ut quidam putant) à libidine & uxorũ amplexu, ſed ab omnibus animi perturbationibus, ne ad iracundiam concitetur, ne illum triſtitia dejiciat, ne terror exagitet, ne lætitia immoderatâ ſuſtollat.* Similia inveniuntur primo libro in Jovinianũ, adverſus quem non modò eloquentiæ, ſed etiam iracundiæ frenos laxaſſe videtur, & eo uſq; procedere, ut nuptiarum honori non parum detrahat, omnib. non modò presbyteris ſed Chriſtianis cœlibatum perſuaſurus.

Quæritur autem, ut diximus, num Apoſtoli ſacris omnib. miniſtris uxorem ducere, habere & conjugio uti omninò interdixerint: quæritur, inquam, de facto aliàs ab omni ſeculo inter homines inaudito, quod proinde ut declaratum eſt, liquidis & perſpicuis documentis demonſtrari & evinci oportet. Dicta igitur, quæ idipſum diſertè non adſerunt, etiamſi à veteribus nonnullis in inſtitutâ cohortatione propoſito reique præſenti accommodentur, nihil efficiunt.

Manuali l. 1, cap. 13. concl. 3. Martinus Becanus quæ huc facere exiſtimavit, in unum congeſſit, nempe hæc: *Oportet epiſcopum eſſe continentem.* Item, *Labora ſicut bonus*

[illegible] miles Christi Ieſu. Item, *Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt, quæ Domini ſunt, [illegible] Deo: qui cum uxore eſt ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo [illegible] uxori, & di[illegible]us eſt.* Quis homo ſanus ex his verbis co[illegible]s conjugio ab Apoſtolo interdici? At colligit Becan[illegible],inquit: *Tanta eſt obligatio ſacerdotum, ut ab-[illegible] q[illegible]anta eſt ut ſerviant Deo, & non mundo. At majore ob-[illegible] ad ſerviendum Deo, quàm laici.* Sequitúrne, Ergo debe[illegible] renunciare? Quare non etiam ſomno, cibo & potu [illegible] [illegible]g[illegible]tur, ut majore moderatione & diſcretione, que[illegible]omno, cibo & potu, ita quoque conjugio utantur, qu[illegible]to[illegible]te ſequitur, nec repugno: at certè prius illud non [illegible] magis ſequitur hodie, quàm olim ſub Vetere teſtam[illegible]cerdotes etiam Veteris teſtamenti majore obligatione [illegible]d ſerviendum Deo, quàm laici. Quamquam Major [illegible]*a eſt obligatio ſacerdotum ut abſtineant ab uxore, quan-[illegible]o.* Servimus Deo, pro ſtatu hujus vitæ, ut homines & [illegible] p[illegible]oinde conſiſtere poteſt cum ſervitute, qualem D[illegible]us vitæ cùm clerici tum laici præſtamus, legitimus & [illegible]ſus conjugii: nec ſervitus Dei excludit aut prohibet [illegible]m uxore. Non eſt itaq; tanta obligatio ad abſtinen-d[illegible], quanta ad ſerviendum Deo. Tanta quidem foret, ſi [illegible]nem cadere non poſſet maritum agere & Deo ſervi-[illegible]o neceſſe eſſet tolli & negari alterum. Præterea ſi [illegible]ſ[illegible]m e[illegible]o, At obligatione juris divini tenentur [illegible] Ergo e[illegible]em quoq; tenentur ad abſtinendum ab [illegible]non concedent, quum iſtam obligationem non niſi [illegible]olorum ortam eſſe doceant. Quamquam in al-[illegible] ſuis Becanus relabitur. *Imò, ait: ſicut ra-[illegible] ut tot[illegible]s ſe tradant ſervitio Dei, & non ſint diviſi: ita [illegible],ut ab[illegible]tineant ab uxoribus, & caveant d[illegible]viſionem.* [illegible]m eſt; & ad quod ratione officij obligan-[illegible]. Non autem aliter obligantur, ut ſe [illegible] Dei, quam fert ratio humanæ fragilitatis, cui [illegible] Deus n[illegible] p[illegible]ohibuit.

[illegible] poſſum nunc etiam contra ipſum in-[illegible] ſacerdotum ut caveant à ſcandalo populi [illegible] & turpes libidines, quanta eſt ut ſerviãt Deo.

Stare

Stare quidem ſimul poſſunt, Deo ſervire & uxorem habere: at non ita, Deo in eccleſiâ ſervire, & eccleſiæ occaſionem ſcandali præbere, vel infamiâ aut etiam ſuſpicione vagarum libidinum ſacrum miniſterium polluere: iſta enim cum illâ ſervitute directâ fronte pugnant. Multos autem ſacerdotes ita comparatos eſſe, ut, niſi matrimonium contraxerint, non poſſint vitam agere, quæ ſcandalo vacet, & infamiâ vel ſuſpicione turpium libidinum non laboret, palàm eſt & multorum ſeculorum clamat experientia. Subſumo igitur ad imitationem Becani: At majore obligatione tenentur ſacerdotes ad ſerviendum Deo, quàm laici. Ergo, inquam, qui eorum tales ſunt, ut modò diximus, qualium inter Pontificios magnum eſſe numerum nemo poteſt negare, majore obligatione tenentur ad contrahendum matrimonium, quàm qui laicorum tales fuerint: & proinde qui contrahere prohibent, malè faciunt. Hæ conſequutiones longè validiores ſunt, quàm illæ Becani; cujus argutiæ in mentem mihi revocant, quod de Chryſippo ſcripſit Seneca: *Acumen ejus nimis tenue retunditur, & in ſe ſæpè replicatur, etiam quum agere aliquid videtur, pungit, non perforat.*

1. de Benef. cap. 4.

Tomo. 3. diſp. 9. qu. 5. punct. 5. §. 1.

Gregorius de Valentiâ locum à Becano præteritum nec fortè alijs adductum, profert. *Filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. Quæ verba*, inquit, *ad ipſum etiam epiſcopum referri debent; ut ſcilicet is intelligatur cum omni caſtitate, atque etiam cum illâ, quæ conſiſtit in continentia ab uxore, debere in domo ſua verſari, ac illi præeſſe.* Mira ſanè res. Epiſcopus, qui uxorem & liberos habet, debet in domo ſuâ cum uxore & liberis verſari, illiſque præeſſe, ſed ab uxore abſtinere: nempe quia ſcriptum eſt, μετὰ πάσης σεμνότητος. Luduntne αὐτῷ πάσης σεμνότητος viri eruditi in re ſeriâ? Nónne etiam conjugium caſtum eſt, & σωφροσύνη, ut in ſynodo Nicænâ dicebat Paphnutius, ἡ τῆς νομίμου γυναικὸς συνέλευσις? Nónne Patres concilij Gangrenſis γάμου συνοίκησιν σεμνὴν pronunciant? Nónne σεμνότης non tam caſtitatem ſignificat, quàm morum honeſtatem & gravitatem, quæ reverentiam conciliet? præcipuè hoc loco, cujus eſt ſenſus; Epiſcopus liberos ſuos in ſubjectione contineat, cum eâ morum gravitate, quæ ipſum & alijs omnibus & domeſticis ſuis venerandum reddat. Ita alibi ſenes præcipit eſſe σεμνούς. Σεμνὰ ἐρῶ, ait Sapientia in Proverbijs. Σεμνοτάτη ἡμέρα, & ἐπὶ κλῆσις τοῦ σεμνοῦ καὶ μεγαλοπρεπεῦς ὀνόματος, in ſecundo Maccabæorum.

Tit. 2, 2. Cap. 8. v. 6. cap. 6. v. 11. & 8. v. 15.

Bellar-

Bellarmino & aliis ferè commune eſt, ut adducant verba ex e-
piſtolâ ad Titum: *Oportet Epiſcopum eſſe hoſpitalem, benignum, ſobrium,* Tit.1, 8.
juſtum, ſanctum, ἐγκρατῆ, continentem. Quaſi ἐγκρατῆ eſſe, id eſt, ab
[illegible] rebus & voluptatibus abſtinere? aut quaſi Veteris teſtamen-
ti ſacerdotes, qui conjuges fuerunt, ἐγκρατεῖς non fuerint? Et quaſi
ſanctus Petrus, quum jubet fideles τῇ ἐγκρατείᾳ operam dare; ma- 2.epiſt.1,6.
trimonii commercio eos jubeat renunciare? aut quaſi ſanctus
Paulus, quum coram Felice præſide & uxore ejus Druſillâ περὶ δι- Act.15,2.
καιοσύνης καὶ ἐγκρατείας diſſereret, Felicem, ut ab uxore abſtineret,
co[illegible] fuerit? *Hæc eſt continentia,* ait Chryſoſtomus, *nulli vitio*
[illegible]. Ambroſius libro primo de Abraham: *Diſcite qui ad gratiam* cap.7.
b[illegible]s tenditis, velut quidam fidei candidati continentiæ diſciplinam
[illegible] Nulli licet ſcire mulierem præter uxorem. Ideò conjugii tibi datum
[illegible] laqueum incidas, & cum alienâ muliere delinquas. Juxta Am-
[illegible] itaque nullam præter uxorem ſcire, eſt continentem eſſe.

[illegible]ror equidem viros graves, quos eruditos fuiſſe nec judicio
[illegible]co, ad ejuſmodi ineptas argumentationes prolabi, & ut
[illegible] ſuis antiquitatis opinionem apud homines rerum im-
[illegible] ſtudio cœcos concilient, exiſtimationi ſuæ, cujus
[illegible]ud omnes cordatos & oculatos jacturam eos facere ne-
[illegible], [illegible]onem nullam habere. Quis homo ſanus & cui ſua
[illegible]o ſtet, quum legit in priore ad Timotheum, *Oportet epi-*
[illegible]prehenſum eſſe, unius uxoris virum; & in epiſtola ad Titum,
[illegible] oppidatim presbyteros, ſi quis eſt inculpatus, unius uxoris vir, libe-
[illegible] fideles, & iterum in priore ad Timotheum, *Diaconi ſint unius*
[illegible], qui liberis ſuis benè præſint, & propriis domibus: quis, in-
[illegible] videat epiſcopis, presbyteris, diaconis conjugium ejus-
[illegible] hucusque inter mortales recepto apertè ab Apo-
[illegible] At hæc totidem verbis noſtri doctores Pontificii
[illegible] dum vident: ſed quia mox legunt ſacros miniſtros
[illegible] ἐγκρατεῖς, ibi confeſtim vident præcipi ab uxo-
[illegible] & antè ductis hactenus inauditam abſtinen-
[illegible]mini, utcumque verba eorumque vim accu-
[illegible] & luſque deque volvat, in mentem poteſt ve-
[illegible] habita ſuperiorum, quæ in contrarium ſenſum
[illegible] ratio ſcripta videri, nec aliter ab ullo homine
[illegible]. Hæc profectò & alia ejuſmodi efficiunt, ut quo-

rum eruditionem laudo, eorúm candorem & integritatem prædicare nequeam.

Haud fuerit operæ precium, ad cætera ab ipſis adducta loca operosè reſpondendo tempus terere: ſanctionem Apoſtolicam de cœlibatu presbyterorum nullam ibi contineri absque noſtrâ declaratione (quam tamen aliqua fortè in ſequentibus occaſio poterit elicere) manifeſtum eſt. Manifeſtum è contrario eſt, locis quæ nos adduximus, permiſſionem conjugii apertè contineri. In his igitur ipſis locis fundamentum conſtituimus ſententiæ noſtræ, negantis epiſcopos, presbyteros, diaconos à conjugio vel contracto ſive uſu ejus, vel contrahendo, vel etiam, ſi infirmitas eorum id exigat, iterando ullâ ſanctione Apoſtolicâ prohiberi; & affirmantis in contrarium, epiſcopis, presbyteris, diaconis conjugium contractum, contrahendum, iterandum manifeſtò permitti. Unde ſequitur, prohibitiones ejusmodi quaſcumque Apoſtolicis temporibus poſteriores, & quantum ætate, tantum quoque auctoritate inferiores, & non niſi merè eccleſiaſticas eſſe. Sunt autem, quod ipſum quoque Θεῷ σὺν παλάμᾳ oſtendemus, eccleſiaſticæ non univerſales, quum, ut patebit, in nullo œcumenico univerſalis eccleſiæ concilio ſancitæ umquam fuerint, ſed tantùm particulares, modò hîc modò illic approbatæ & receptæ, nonnumquam etiam improbatæ, mutatæ vel rejectæ.

Aliud autem ſunt, ut notum eſt, exhortationes; aliud ſanctiones. Multi hortantur & ad amplectendam abſtinentiam incitant non præceptis, quæ obligent, ſed monitis quæ perſuadeant. Alii verò ſanciunt & præcipiunt, & capiſtro obligationis injecto reatuq; intentato facultatem aliter agendi adimunt. Bona quidem fuit intentio, nempe ut ſacros miniſtros onere alendæ familiæ, curâ educandæ ſuſtentandæque ſobolis & ſollicitudine rerum terrenarum levarent, & ad officia cultus divini, precumque & meditationum expeditiores redderent. Sed fida magiſtra experientia docuit, dum minus malum vitatur, majus incurri; clericos, dum eximuntur à curâ rei familiaris & educandorum liberorum, quæ aliàs per ſe vitioſa non eſt & Deo diſplicere nequit, in periculum vagarum libidinum conjici, & in vicem ſancti legitimique conjugii ſcortationes & illegitimos concubinatus cum ingente omnium fidelium ſcandalo in eccleſiam introduci. Hæc ratio tanti eſt, ut etiamſi ſanctio illa de

cleri-

[illegible] œcumenicæ ſynodi eſſet, imò etiamſi Apo-
[illegible] eſſet: [illegible] tamen vel abrogari eam oporteret. Quando
eam, quæ ad [illegible] modum & decus eccleſiæ conciliandum inſtituta
ſunt, [illegible] & decus vergere deprehenduntur, rectè abo-
lentur. Fieri poteſt, ut quæ aliquando decebant, poſteà non iti-
dem [illegible]ceant. Fieri poteſt, ut fuerit tempus, fuerint etiam perſonæ,
quibus [illegible] aliquod abſtinentiæ præceptum non malè conveni-
ret [illegible] videlicet perſequutionibus obnoxium; perſonæ excel-
[illegible] dotibus, quàm nunc vulgò videmus, præditæ. Etiamſi
[illegible] & talibus perſonis abſtinentia imponi potuerit; non
ſ[illegible] inde, quod quovis tempore & quibusvis perſonis imponi
[illegible]. *Quamvis multa ſint*, ait Pelagius Papa, *quæ in hujusmodi caſi-* C. Fraterni-
[illegible] *canonicæ jubeat ſublimitatis auctoritas: tamen quia defe-* tatis diſt.
[illegible]*um temporum, quibus non ſolùm merita ſed corpora ipſa homi-* 34.
[illegible]*, diſtrictionis illius non patitur in omnibus manere cenſuram,*
&c.

C[illegible]m, ut diximus, nec ab Apoſtolis nec ab univerſali ali-
[illegible]o ſanctiones de omnimodâ illâ ſacrorum miniſtrorum
[illegible] profectæ aut editæ ſunt. Quum igitur omnes ejus-
[illegible]ones non niſi particulares ſint, eò meliore jure &
[illegible]o, animadverſis quæ in eccleſiam attraxiſſent incom-
[illegible]alis, à magnis particularibus eccleſiis, univerſis vide-
[illegible] verſus ſeptemtriones poſitæ Chriſtum colunt, ut ab-
[illegible]nt & debuerunt, ita abrogatæ quoque dudum ſunt.
[illegible] ratiùs expendetur: nunc redimus ad id, quod pro-
[illegible], [illegible]pe ſententiam noſtram de conjugio contracto &
[illegible] ſemel atque iterum, ut neceſſitas & infirmitas humana
[illegible], presbytris & diaconis disertè ab Apoſtolis permiſſo.
[illegible] fundamentum damus perſpicua Apoſtoli verba,
[illegible] quorum etiam interpretandorum occaſione, & ut
[illegible] auditoribus noſtris planam faceremus, hunc ipſum
[illegible] cepimus. Apponimus ea denuò, ut luce ſuâ
[illegible] q[illegible], qui videre cupiunt, illuminent, aliorum verò,
[illegible] ire malunt, perſtringant.

1. Tim. III, verſibus ſecundo & quarto.

[illegible] ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, — τοῦ ἰδίου
[illegible], τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος.

Oportet Epiſcopum irreprehenſum eſſe, unius uxoris virum --- qui ſuæ domui bene præſit, qui liberos contineat in ſubjectione cum omni honeſtate.

Sub Epiſcopis comprehendit Apoſtolus Presbyteros, ut obſervavit etiam in hunc locum Chryſoſtomus; & de Diaconis ſubjungit verſu duodecimo:

Διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι καὶ τῶν ἰδίων οἴκων.

Diaconi ſint unius uxoris mariti, qui liberis rectè præſint & propriis domibus.

Tit. I, verſibus quincto & ſexto.

Καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην, εἴ τις ἐστὶν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ, τέκνα ἔχων πιστά.

Conſtituas oppidatim presbyteros, ſicut ego tibi ordinavi, ſi quis eſt inculpatus, unius uxoris vir, liberos habens fideles.

Sanctus Auguſtinus Donatiſtas alicubi ita compellat, ut dicat, *Aliquid proferte, quod non egeat interprete, nec unde convincamini, quòd de aliâ re dictum ſit, & vos illud ad veſtrum ſenſum detorquere conemini.* Pari ratione nos cùm in aliis multis, tum in hac cauſâ Pontificios compellamus. Jactant ſanctionem Apoſtolicam, cujus tenore epiſcopi, presbyteri, diaconi uxoribus ductis & ducendis arceantur. Proferant igitur aliquid in eam rem, *quod non egeat interprete, nec unde convincantur, quòd de aliâ re ſit dictum, & ipſi illud ad ſuum ſenſum detorquere conentur.* Id autem ipſos facere non poſſe, manifeſtum eſt. Nos in contrarium proferimus verba apertiſſima, quæ nullo egent interprete, ſenſu ita perſpicuo & plano, ut nemo mortalium aliter poſſit capere: nempe epiſcopis, presbyteris, diaconis conſueto huc uſque more conjugium permitti, nec quod rem matrimonialem & uxoriam attinet, ullas novas & priùs inauditas leges illis poni. OPORTET EPISCOPUM IRREPREHENSUM ESSE, UNIUS UXORIS VIRUM. *Eſſe* dicit, non *fuiſſe*, ut quidam torquere conantur. Sicut itaque quod præcedit, *irreprehenſum eſſe*, & quæ ſequuntur, *vigilantem, temperantem, compoſitum, hoſpitalem*; non id ſibi volunt, epiſcopi eſſe, quòd fuerit talis, ſed ut ſit: ita quoque quæ intermedio loco leguntur, *unius uxoris virum*. Porrò,

de unit. ec. cap. 16.

DIA-

DIACONI [illegible] UXORIS MARITI; item CONSTITUAS PRESBYTEROS, SI QUIS EST INCULPATUS, UNIUS UXORIS VIR, LIBEROS HABENS FIDELES: hæc, inquam, [illegible] tal[illegible] ſunt, ut cavillationibus nullum locum re[illegible]. *Haut eludere loca illa poſſumus*, ait Dominicus à Soto, unus è præc[illegible] no[illegible] hujus de clericorum abſtinentiâ opinionis archi[illegible]tect[illegible], *[illegible] intelligi de his, qui quum fuiſſent matrimonio mancipati, jam [illegible] uxor[illegible] vidui. Paulinus enim contextus planè commonſtrat illos eſſe intelligendos, qui in matrimonio durabant, tum quòd* unius uxoris vir *[illegible] ſinat, quod* uxorem habens; *tum etiam, quòd inter alias ejus [illegible] etiam ponat, ut ſit ſua domui bene præpoſitus.* Hæc Soto. *l.7. de juſt. & jure, qu. 6. art. 2. concl. 1.*

Sicut autem verba Apoſtoli non poſſunt accipi de eo, qui fue[illegible] [illegible] maritus: ita quoque intelligi non poſſunt de eo, qui [illegible] conjugi eſſe deſinat. Huc enim cæteris præſidiis de[illegible] [illegible] ſequuntur, confugiunt. Nempe, ajunt, ad[illegible] quidem ab Apoſtolo, qui mariti ſint: ſed vult idem Apo[illegible] [illegible] perpetuæ abſtinentiæ voto cohabitationi maritali [illegible], & [illegible] ibus in eam abſtinentiam conſentientibus, imò [illegible] nunquam conſueſcant. At huic commento [illegible] repugnant. Fateri Pontificios oportet, ſan[illegible] [illegible] ſacrorum miniſtrorum, qualem Apoſtolis [illegible], ante Apoſtolica tempora inauditam fuiſſe & proinde [illegible] *maritum*, neminem intelligere potuiſſe aliter mari[illegible] [illegible] uxoris jus haberet, & maritus eſſet, quemad[illegible] [illegible] à condito mundo ad ea uſque tempora [illegible], maritorum nomen & jura acquiſierant. Si aliud [illegible], quod Pontificii, voluiſſet; verbis & loquutione, quâ [illegible] & etiam tertiò uſum videmus, uti non potuiſſet: [illegible] tale quid non voluiſſe certum eſt. Neque enim [illegible] (ſit venia verbo) Apoſtolus fuit, ut ſermone [illegible], quæ in cujusvis legentis vel audientis mente [illegible] contrarium, quàm ipſe intenderet, ſenſum gi[illegible]. [illegible] perſpicuè quod fieri vellet, expreſſiſſet; id[illegible] res magis nova & hactenus inaudita, quemad[illegible] [illegible]. Apoſtolicam itaque traditionem eſſe, ut [illegible] epiſcopatum, presbyteratum vel diaconatum acce[illegible] continere velle, tantum abeſt probari poſſe,

ut ipſis Apoſtoli verbis liquidò reprobetur. Nemo enim ea aliter poteſt capere, neque ſuper ea ullius hominis conceptus vel cogitatio aliter cadit, quàm ad epiſcopatum, presbyteratum, diaconatum maritos admitti, nec hoc officiorum genere, quò minùs mariti conſueto cæteris omnibus mortalibus modo ſint & maneant, prohiberi. Rei itaque manifeſtæ diutiùs non immorabimur: ſaltim nonnullas veterum expoſitiones adſcribemus, ut totum negocium dilucidiùs pateat, & ſi quæ interea occurrant uberioris declarationis indiga, exponantur.

Locum epiſtolæ prioris ad Timotheum optimè cepit & expreſſit Hieronymus ſcribens ad Oceanum. *Ex Judæis*, inquit, *erat Apoſtolus. Prima Chriſti eccleſia de Iſraël reliquiis congregabatur. Sciebat lege conceſſum, & exemplo Patriarcharum ac Moſis familiare populo noverat, in multis uxoribus liberos ſpargere: ipſis quoque ſacerdotibus hujus licentiæ patebat arbitrium. Præcipit ergo, ne eandem licentiam eccleſiæ ſibi vendicent ſacerdotes; ne bina & trina pariter conjugia ſortiantur, ſed ut ſingulas uno tempore uxores habeant.* Subjungit: *Quidam coactè interpretantur uxores pro eccleſiis, viros pro epiſcopis debere accipi: & hoc in Nicenâ quoque ſynodo à patribus eſſe decretum, ne de aliâ ad aliam eccleſiam epiſcopus transferatur; ne virginis paupercula ſocietate contemtâ ditioris adulteræ quærat amplexus.* Eſt ſanè coacta & violenta hæc interpretatio, ut fatetur Hieronymus. Literalis autem haberi nullo modo poteſt, ſed ſaltim allegorica; pro quali etiam habuit Ambroſius, quum ſcripſit, *Si ad ſuperficiem tantùm literæ reſpiciamus prohibet digamum epiſcopum ordinari: ſi verò ad altiorem ſenſum conſcendimus, inhibet epiſcopum duas uſurpare eccleſias.* Hic profectò altior ſenſus neminem magis feriet, quàm qui duos, tres aut plures poſſident epiſcopatus. Sed eum miſſum facimus, & amplectimur literalem ſenſum juxta priorem illam Hieronymi ſive interpretationem ſive declarationem, quæ ut à ſimplice verborum acceptione pendet, ita optima & certiſſima eſt. Nec (ut aliqui volunt) ſub finem libri primi apologiæ adverſus Ruffinum ab eâ diſcedit, ſed potiùs talem eſſe, quæ convelli nequeat, agnoſcit. *Habent libellum*, ait, *quem in crimen vocant: ille reſpondeat: hunc ſua diſputatione ſubvertat, & ſcripta ſcriptis arguat.* Quum autem adverſus Jovinianum, qui caſtam continentiam nullo loco habebat, diſputaret, theſi ſuæ ſubſerviens & pro epiſcoporum cœlibatu, qui tunc paſſim obtinebat, ſatagens expoſitionem

epiſt.83.

L. de dign. ſacerd. c. 4.

aliàs

[illegible]culam adhibet, nempe *Qui unam uxorem habuerit, non habeat.* c.19.&20.
D[illegible]mus enim ſub initium hujus tractatus, ſucceſſu temporum ſive
conſuetudine, ſive jure eccleſiaſtico obtinuiſſe, ut epiſcopi ſtrictè
& phraſi eccleſiaſticâ ita dicti non adſumerentur, niſi cœlibes; nec
id ſe[illegible]m quicquam incommodi traxiſſe, quum & epiſcopi præ cæ-
teris clerici[illegible] pauci eſſent, & plerumque non niſi provectiore ætate
epiſc[illegible] admoverentur. Hieronymus igitur Apoſtoli locum
epi[illegible] Oceanum interpretatus, quod res eſt, loquitur: ſed in
Jovi[illegible]num invectus ſuæ theſi & præſenti conſuetudini eum accom-
modat.

Non eſt enim, ut rectè animadvertit Chryſoſtomus, præce-
ptu[illegible], ut omnis epiſcopus ſive presbyter uxoratus ſit: ſed de requi-
ſitis [illegible] ſive presbyteri loquutus Apoſtolus, non ad ea, quæ ra-
[illegible], ſed quæ frequenter & communiter contingerent, re-
ſpex[illegible]. Nam, ut Theophraſtum, Pomponium, Celſum & Paulum
rectè [illegible]è Digeſtis diſcimus, *jura conſtitui oportet in his quæ ἐπὶ τὸ* l.3.5.6.De
[illegible] [illegible]dunt; & ad ea potiùs aptari, quæ & frequenter & facilè, quàm legibus.
quæ [illegible] eveniunt. τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. Non
[illegible] qui ſemetipſos propter regnum Dei caſtrent & dono
con[illegible] præ[illegible] ſine, magna copia. Non enim omnes ſunt ca- Matt.19,11
pa[illegible] Servator. Et Apoſtolus: *Unusquisque proprium do-* 2.Cor.7,7.
[illegible] alius quidem ita, alius autem ita. Singulis tamen ec-
c[illegible], ut ſuos habeant epiſcopos & rectores, & quidem in-
[illegible] itaque Spiritus eam per Apoſtolum præſcribere
& [illegible] conditionem & ſanctimoniam, non quæ in
pa[illegible], quamque non viſum eſt ipſi omnibus largiri, ſed
[illegible] in plurimis atque adeo omnibus inveniri, ne unquam
[illegible] & doctores eccleſiis deſint. Interim ſi quis, ut
[illegible]dimentis & tanto liberiùs ſacro miniſterio vacet, con-
[illegible] per Dei gratiam poſſit, minimè repudiatur, ſed præ
[illegible] cætera paria forent, meritò adſciſcitur & in maximo
[illegible].

Qu[illegible]em rectè Chryſoſtomus: *Non hoc veluti ſanciens di-*
[illegible] absque uxore epiſcopum fieri, ſed ejus rei modum conſti-
[illegible] licitum erat etiam ſecundo matrimonio jungi, & iti-
dem [illegible] uxores. Ea licentia Græcis etiam aliquando Laërt.in
hu[illegible] Socratem Xantippen & Myrtonem uxo- Socr.
res

res ſimul habuiſſe memorent: ſed inter Judæos admodum diu perſeveravit. Juſtinus dialogo cum Tryphone de Judæorum Rabbinis, οἵτινες, ait, καὶ μέχρι νῦν καὶ τέσσαρας καὶ πέντε ἔχειν ὑμᾶς γυναῖκας ἕκαστον συγχωροῦσι, *etiam ad hunc uſque diem quatuor & quinque uxores quemque veſtrûm habere permittunt.* Mox ſub finem ejus dialogi reprehendit Judæos, quòd ubicumque agerent & quocumque proficiſcerentur, mulieres matrimonii titulo ſibi copularent. Vix tandem eâ licentia legibus Chriſtianorum imperatorum coërceri potuit. Nam & ſub finem ſeculi poſt natum Servatorem quarti Theodoſius magnus peculiari reſcripto interdicere compulſus eſt, *ne in*
l.7. Nemo *diverſa ſub uno tempore conjugia convenirent.* Divortia autem, per quæ
C. de Iud. revera fit, præſertim poſtquam à Servatore matrimonium ad pri-
& cœlic. mam inſtitutionem reductum fuit; ut eodem tempore unus plu-
Matt. 19, 9. rium uxorum maritus, & una plurium maritorum uxor ſit; etiam hodie apud ipſos in uſu ſunt. Formula repudii in hanc ſententiam concluditur: *Permiſſa eſto cuivis homini: & hic erit tibi à me libellus expulſionis & libellus repudii & epiſtola dimiſſionis juxta legem Moſis & Iſraël.* Ejuſmodi itaque, ſive pluribus uxoribus eodem tempore conſueſcerent, quod alicubi fortè rarius; ſive, quod ubique frequens, uni quidem cohabitarent, alteram verò per repudium à ſeſe amoviſſent, epiſcopatu arcet Apoſtolus. Eccleſia quidem & cœtu fidelium non prohibet, ſed eccleſiaſtico miniſterio. Nam alii perfectiori emendationi locus reliquus non erat.

Quid enim? num ſi quis uni repudium miſiſſet & aliam duxiſſet, poſteà Chriſti fidem amplexus poſteriorem quam haberet, repudiare, & priorem, quam alter haberet, revocare debuit? Ita ſanè effectum fuiſſet, ut malum non tolleretur, ſed augeretur, & remedio divortii, quod tamen factum infectum fieri nequibat, divortia multiplicarentur. Duo enim matrimonia denuò diſſolvi oportuiſſet: quod & publicè ingens ſcandalum excitaſſet, & privatorum quietem vehementer perturbaſſet. Quamobrem ſatius erat converſos in matrimoniis, cum quibus ad Chriſtum venerant, relinquere, quàm medicinam, quæ morbo pernicioſior eſſet, adhibere. Tales itaque bigami & polygami quamvis à profeſſione fidei & religionis Chriſtianæ non prohiberentur, & in cœtibus fidelium tolerarentur; ad ſacrum tamen miniſterium, quod omni crimine & ſcandalo vacare oportet, admitti non debuerunt. Hoc eſt, quod dicit Apoſtolus: UNIUS UXORIS MARITUM. Et

Et ut idipſum inculcaret cauſſa eò erat urgentior, quòd non apud Judæos modò, ſed gentiles quoq; cùm Græcos tum Romanos frequentia erant divortia & repudia, ut conſtat ex hiſtoriâ, ipſoque jure civili ſub hoc titulo & Digeſtis & Codice. Cajus Juriſconſultus *l.2. D. de* in repudiis hæc comprobata eſſe verba annotat: *Tuas res tibi habeto*; *div. & rep.* & *Tuas res tibi agito.* Hieronymus memorat, *quaſdam repudiatas al- l.1. adv. Io-* *tero nuptiarum die, ſtatim* iterum *nupſiſſe*; & ſubjicit, *Vterque repreben- vin. c.29.* *dendus maritus, & cui tam citò diſplicuit, & cui tam citò placuit.* Innocentius etiam primus *de his, qui interveniente repudio alii ſe matrimonio epiſt.3.c.6.* *copularunt*, reſcripſit eos *in utraque parte adulteros eſſe —— & ideo tales omnes a communione fidelium abſtinendos.* Repudia itaq; ne Innocentii quidem ætate fieri deſierant.

Chryſoſtomus porrò nonnullos verba Apoſtoli juxta conſuetudinem, quæ tum obtinebat, & recentiorem vocis *Epiſcopi* acceptionem expoſuiſſe teſtatur. *Quidam*, inquit, *hoc ita intelligunt, ut ad epiſcopatum is adſumatur, qui unius fuerit uxoris vir.* Sed hæc eſt verborum Apoſtolicorum accommodatio potiùs ad ſtatum epiſcoporum, qui in eccleſiâ tunc obtinebat, quàm interpretatio. Quòd ſi illi *quidam*, quorum meminit Chryſoſtomus, aut hodie Pontificii genuinam interpretationem velint eſſe, adverſantem habent clarum Apoſtoli textum. Sicut enim, quod etiam pridem monebamus, *pag.* 40. aſſeri nequit, quòd Apoſtolus requirat epiſcopum, qui irreprehenſus, vigilans, temperans fuerit, qualis autem pro præſenti ſit, ſollicitum non eſſe: ita quoque quæ de conjugio cum unâ uxore dicuntur, non de præterito ſed de præſente tempore accipienda erunt. Præterea qui uxorem olim habuit, nunc autem non habet, is non eſt jam ejus uxoris maritus, ſed nullius, atque adeo viduus. Relata enim ſe mutuò ponunt & tollunt. Sublatâ igitur uxore tollitur correlatum, quod eſt maritum eſſe.

Atque adeo nec id voluit Apoſtolus, ut qui uxore defunctâ ad ſecundas nuptias tranſiiſſet, ab epiſcopi officio arceretur. Nam iſte quoque non niſi unius uxoris maritus eſt: ejus aut earum, ſi forte plures ſepelierit, quæ defunctæ pridem ſunt, maritus jam non eſt, ſed eſſe deſiit. Quà præſens itaque tempus non niſi unius, cui cohabitat, maritus eſt. Ex Juſtino ſcriptorum eccleſiaſticorum [illegible] antiquiſſimo, & Apoſtolicis temporibus proximo, quis dignitatis & ea ætate habitus fuerit, rectiſſimè diſcemus. Quum

in argumentum innocentiæ Chriſtianæ hæc verba Servatoris ad-
Matt.5,22, & 32. duxiſſet, *Quicumq; adſpicit mulierem ut eam concupiſcat, jam adulteravit eam in corde ſuo*;& *Quisquis ab alio repudiatam duxerit, mœchatur*, ſubjun-
Apol.2.poſt init. git: ὥσπερ καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιούμενοι, ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσὶ, καὶ οἱ προσβλέποντες γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς. *Sicut qui permiſſu legis humanæ duplex matrimonium contrahunt, apud magiſtrum noſtrum peccatores ſunt, ita etiam qui adſpexerint mulierem ad concupiſcendum eam.* Secundum Juſtinum itaque qui ex præſcripto legum humanarum, id eſt, Romanarum civilium repudio uxori renunciato aliam ducit, διγαμίαν ποιεῖ.

Invaluit tamen ante complura ſecula, ut qui uxore unâ mortuâ alteram duxiſſent, digami vel quaſi digami haberentur & ad ſacros ordines non admitterentur. Quippe videbatur redolere neſcio quid incontinentiæ & propenſionis carnalis, ſi quando ab obitu uxoris ad ſecunda vota tranſiretur. Omnes verò vel minimas ſuſpiciones ab epiſcopis voluerunt remotas. Etſi itaque ſecundas nuptias non damnabant, eos tamen qui contraxiſſent, ob illam qualemcumque ſuſpicionem declinandam epiſcopatu prohibuerunt. Hujusmodi ſententiæ ſuppoſitæ verba Apoſtoli, ut fieri amat, accommodarunt.

Interim non deerant tempore Theodoreti, qui eam Apoſtoli mentem non eſſe agnoſcerent; quibus adſenſum præbet Theodoretus, cujus verba digna adſcribi. *Illud* unius uxoris virum *mihi videntur quidam rectè expoſuiſſe. Olim enim conſueverant & Græci & Iudæi cum duabus, & tribus, & pluribus etiam uxoribus ſimul jungi matrimonio. Quin etiam nunc, quum leges imperatoriæ prohibent duas ſimul uxores ducere, rem habent cum concubinis & meretricibus. Dixerunt itaque divinum docuiſſe Apoſtolum, eum qui cum unâ ſolâ uxore habitat, dignum eſſe qui ordinetur epiſcopus. Neque enim ſecundum rejicit matrimonium, qui illud ſæpe juſſit fieri.* Quod adductis ex Apoſtolo locis probat, ſubjicitque: *Si quis expulsâ priore uxore alteri eſſet conjunctus, dignus foret, qui reprehenderetur, omni jure accuſationi obnoxius. Sin autem vis mortis priorem disjunxerit, & urgens natura, ut ſecundæ conjungeretur, coëgerit, non ex voluntate ſed ex caſu proceſſit ſecundum matrimonium. Hac conſiderans admitto eorum interpretationem, qui ſic intellexerunt.* Hactenus Theodoretus. Videmus itaque manifeſtò, etiamſi paſſim obtinuiſſet, ut qui matrimonium iteraſſent, à ſacris ordinibus repellerentur: nonnullos ta-

men ab Apoſtolo nihil tale innui vel præcipi, agnoviſſe, & his eruditiſſimum Theodoretum adſentiri.

Sed eam quæſtionem nunc quidem relinquamus, & quid iidem, quos paullò ante audivimus, Hieronymus & Chryſoſtomus in locum epiſtolæ ad Titum annotent, videamus. Hieronymus, ſicut in his commentariis ſolet, diverſorum opiniones & ſententias jungit. Verba ejus ſunt: *Quod ait*, unius uxoris vir, *ſic intelligere debemus, ut non omnem monogamum digamo putemus eſſe meliorem: ſed quò is poſſit ad monogamiam & continentiam cohortari, qui ſui exemplum præferat in docendo. Eſto quippe aliquem adoleſcentulum conjugem perdidiſſe, & carnis neceſſitate ſuperatum accepiſſe uxorem ſecundam; quam & ipſam ſtatim amiſerit, & deinceps vixerit continenter: alium verò uſque ad ſenectam habuiſſe matrimonium & uxoris uſum, &, ut pleriq; exiſtimant, felicitatem, & nunquam à carnis opere ceſſaſſe: quis vobis è duobus videtur eſſe melior, pudicitior, continentior? utiq; ille qui infelix etiam in ſecundo matrimonio fuit, & poſteà pudicè & ſanctè converſatus eſt; & non is qui ab uxoris amplexu nec ſenili ſeparatus eſt ætate. Non ſibi ergo applaudat, quicumq; quaſi monogamus eligitur, quòd omni digamo ſit melior, quum in eo magis ſit electa felicitas quàm voluntas. Quidam de hoc loco ita ſentiunt: Iudaicæ, inquiunt, conſuetudinis fuit vel binas habere uxores, vel plures; quod etiam in veteri lege de Abraham & Iacob legimus: & hoc nunc volunt eſſe præceptum, ne is qui epiſcopus eligendus eſt, uno tempore duas pariter habeat uxores. Multi ſuperſtitioſius magis quàm veriùs, etiam eos, qui quum gentiles fuerint, & unam uxorem habuerint, quâ amiſſa poſt baptiſmum Chriſti alteram duxerint, putant in ſacerdotio non legendos: quum utiq; ſi hoc obſervandum ſit, illi magis ab epiſcopatu arceri debeant, qui vagam per meretrices antè exercentes libidinem, unam regenerati uxorem acceperint, & multò deteſtabilius ſit fornicatum eſſe cum pluribus, quàm digamum reperiri, quia in alio infelicitas matrimonii eſt, in alio ad peccandum prona laſcivia.* Hæc eſt ſententia Hieronymi, quam multis etiam & acriter tuetur epiſtolâ ad Oceanum, occaſione quæſtionis de Carterio motæ. *Noſti*, ait, *problema tuum. Carterium Hiſpaniæ epiſcopus, homo & ætate vetus & ſacerdotio, unam antequam baptizaretur, alteram poſt lavacrum, priore mortuâ duxit uxorem: & arbitraris eum contra Apoſtoli feciſſe ſententiam, qui epiſcopum unius uxoris virum præceperit ordinandum. Miror autem te unum protraxiſſe in medium, quum omnis mundus his ordinationibus plenus ſit: non dico de presbyteris, non de inferiori gradu: ad epiſcopos venio, quos ſi ſigillatim voluero no-*

minare, tantus numerus congregabitur, ut Ariminienſis ſynodi, quæ numeroſiſſima fuit, *multitudo ſuperetur.*

Nihilominus diſſentiunt Ambroſius, Auguſtinus, Innocentius, quorum verba exſcripſit Gratianus diſtinctione XXVI. Nempe hi, quos reliqui ætate inferiores Latini ſequuti ſunt, digamum eſſe volunt, qui unam ante, & alteram poſt ſuſceptum baptiſmum uxorem duxerit; ac proinde epiſcopatu arcendum. Tantos eccleſiæ doctores in contrarias ſententias iviſſe miraremur, niſi ſciremus, non agi de re dogmaticâ, ſed ſaltim rituali, quæ non niſi externum ordinem, quem alii ſic, alii verò aliter decentiorem fore exiſtimaverint, concernat. Iſta ex Hieronymo & ad Hieronymum.

Chryſoſtomus in hunc modum loquitur: *Obſtruere intendit hæreticorum ora, qui nuptias damnant, oſtendens eam rem culpâ carere, imò eſſe tam pretioſam, ut cum ipſâ etiam poßit quiſpiam ad ſanctum epiſcopatus ſolium ſubvehi. Caſtigat quoq; hoc ipſo* τὺς ἀσελγεῖς, *laſcivos & impudicos, dum eos non permittit poſt ſecundas nuptias ad eccleſiæ regimen dignitatemq; paſtoris adſumi. Nam qui nullam benevolentiam erga uxorem defunctam ſervaſſe deprehenditur, quo pacto hic eccleſiæ bonus magiſter eſſe poterit? imò quibus non criminibus indies ſubjicietur? Noſtis enim profectò omnes, etſi per leges ſecundæ nuptiæ permittuntur, multis tamen eam rem accuſationibus obnoxiam eſſe.* Quod in his Chryſoſtomi verbis ἀπελθῦσαν *defunctam* reddunt, ego perperam fieri putârim, malimque reddi, *eam quæ diſceßit*, repudiata ſcilicet, iniquè & malè tractata; idq; cum vocabulo ipſi, tum rei, de quâ agitur, magis convenit. Nam quum
*Heb.*13,43. honorabile ſit conjugium inter omnes, & ipſe Apoſtolus cœli-
1.*Cor.*7. v. bibus & viduis dicat, ut ſi ſe non continent, matrimonium contra-
8.*&* 9. bant, item juniores viduas nubere velit, quomodo auſus fuerit
1.*Tim.*5,14 Chryſoſtomus impudicos eos vocare & criminibus obnoxios dicere, qui monitis Apoſtolicis, imò mandatis divinis obſequuti ad ſecundas nuptias tranſierint? *Per leges,* ait, *ſecundæ nuptiæ permittuntur*, intelligi poſſunt quin debent ſecundæ nuptiæ priore uxore dimiſſâ vel expulsâ, & adhuc vivente contractæ & leges non modò Moſaicæ vel Judaicæ, ſed etiam Romanæ & Imperatoriæ, quæ variis de cauſſis divortia & repudia permittunt, ut videre eſt ſub hoc titulo, cùm in Digeſtis, tùm in Codice. Nec enim argui poteſt benevolentiam uxori non ſervaſſe, qui viventi, quicquid debuit caritatis & offi-

officii præſtitit, ipſâque mortuâ aliam duxit: ſed qui ductam ejecit, aut ita tractavit, ut feritate & truculentiâ ſuâ neceſſitatem diſcedendi impoſuerit, benevolentiæ conjugalis rationem nullam habuiſſe rectè dicetur.

Nunc ſubjiciamus verba Thomæ Aquinatis in hunc locum. *Quod dicit*, Unius uxoris vir, *orientales ſic exponunt; Ne habeat ſimul duas uxores, ſicut quorundam eſt conſuetudo. Sed ſecundum hoc non eſſet neceſſarium Apoſtolum hoc dicere, quia ſecundum leges Romanas etiam ante fidem non licebat ſimul habere plures uxores.* Licebat, inquam ego, unâ, ſive pro lubitu, ſive ob aliquam cauſſam repudiatâ alteram ducere, ut dudum diximus & manifeſtò conſtat. Sed pergat Thomas mox iterum interpellandus: *Item priore ad Timotheum capite quincto dicit de viduâ, quæ fuit unius viri uxor, & tamen numquam licuit, quòd una plures viros ſimul poſſet habere.* Potuit, inquam, habere unum, à quo abſceſſiſſet vel repudiata eſſet, & alterum, cui poſt divortium nupſiſſet. Hæc itaque plurium & non unius viri uxor fuerit, quam proinde Apoſtolus æquè, ac plurium uxorum virum, miniſterio eccleſiaſtico arcet. Eidem tamen eo ipſo loco juniores viduas non vult admoveri, ſed jubet eas *γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, nubere, liberos gignere, domum adminiſtrare.* Nullo autem modo eſt v.14.
probabile Apoſtolum velle & jubere aliquam fæminam id facere, quo ei nota inuratur, propter quam miniſterio eccleſiaſtico indigna fiat & ſemper in poſterum ſit. Dicet, ſi nupſerit, hoc ipſo ad miniſterium redditur inepta. Bene, ut propter occupationem, quia videlicet non poteſt ſimul vacare adminiſtrationi domus ſuæ & extra domum ſuam curæ ægrotorum: non autem ut propter aliquam notam, cujus intuitu, etiamſi quà cætera habilis foret, arceatur, quia videlicet dedeceat & inhoneſtet ſacrum officium talis perſona. Quæ igitur uno marito vitâ functo alteri nupſit, idonea non eſt miniſterio eccleſiaſtico obeundo, quamdiu durat conjugium; ſed ſi iterum marito orbata ad ſtatum viduitatis redierit, adhiberi poterit: cæteræ verò biviræ non item, ſed ſemper & in perpetuum arcentur. Et hæ ipſæ non ſanè Apoſtoli monitu, ſed ſuâ culpâ, ut plurimùm ante converſionem ſuam, in eum ſtatum devenerant, ut ab Apoſtolo arceri mererentur. Nunc ipſum Apoſtolum ſuo ſuaſu & juſſu plures in eundem ſtatum detrudere, abſurdum fuerit. Iterum autem pergat Thomas: *Dicendum eſt, & rectiùs, quòd presbyterum*

unam tantum & non plures licet babuiſſe ante & poſt baptiſmum. Secundum quoſdam autem ratio hujus eſt, quia ſignum eſſet incontinentiæ, ſi plures habuiſſet. Sed hoc non eſt verum, quia nihil repugnaret, ſi plures habuiſſet meretrices. Sed eſt alia ratio altior, ſcilicet quia ipſe eſt diſpenſator Sacramentorum, & ideo nullus defectus Sacramentorum debet eſſe in eo. Sed Sacramentum matrimonii eſt ſignificativum conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ. Ergo ut ſignum reſpondeat ſignato, ſicut Chriſtus eſt unus & Eccleſia una, ſic & hic. Deficeret autem, ſi Epiſcopus plures uxores habuiſſet. Hoc totum nihil eſt niſi allegoria, per quam, quod nullo Scripturæ ſenſu literali probatur, evinci nequit. Dolendum profectò eſt, eò rem in eccleſiâ deveniſſe, ut conjuge defunctâ juxta Dei ordinationem honorabile matrimonium iteraſſe, dignitate & miniſterio eccleſia-

*Heb.*13,4. ſtico excludat; plures autem meretrices habuiſſe (quas tamen & earum complices, Deus damnabit,) non excludat. Ad reſcriptum Pelagii Papæ, concedentis fornicatorem, qui ex ancillâ ſuâ, poſt obitum uxoris, filios ſuſceperat, ad diaconatum provehi, notat Gloſſa:

c.Fraternitatis,diſt. 34. *Ecce caſus, ubi plus juris habet luxuria, quàm caſtitas: quia caſtus repelleretur, ſi contraxiſſet cum ſecundâ: ſed fornicator non.* Omnium autem maximè dolendum eſt, in eccleſiâ Pontificiâ interdicto cunctis in univerſum ſacris miniſtris, non modò epiſcopis, ſed etiam presbyteris, diaconis & ſubdiaconis ſancto & legitimo matrimonio, fornicationes citiùs & vagas libidines, quas Deus opt. max. ſeveriſſimè prohibuit, quàm conjugium, quod inſtituit, imò incontinentibus, ut eo utantur, injunxit, permitti.

Et quid dico de epiſcopis, presbyteris, diaconis & ſubdiaconis, qui majorum & ſacrorum ordinum clerici perhibentur? Ne quidem minorum ordinum clericis conjugium verè & cum effectu permitti video. Exſtant inter Decretales reſponſa Alexan-

*de cler.conjug. c.*1. dri III. & Innocentii III. Illius quidem; *Si qui clericorum infra ſubdiaconatum acceperint uxores, ipſos ad relinquenda beneficia eccleſiaſtica & re-*

*cap.*2. *tinendas uxores diſtrictione eccleſiaſticâ compellatis.* Item, *Clericos infra ſubdiaconatus ordinem conſtitutos, qui continere carnis devicti vitio non valentes, uxores accipiant, eccleſiaſticis beneficiis privandos eſſe.* Iſtius

*cap.*7. verò; *Clericum uxoratum non poſſe gaudere privilegio clericali.* Inde Thomas Aquinas ad quartum Sententiarum, diſtinctione XXXVII.

*qu.*1. *art.*1. *ad* 4. *Illi qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti ex vi ordinis non prohibentur matrimonium contrahere, quia quamvis ordines illi deputentur ad aliqua ſpiri-*

ſpiritualia, non tamen immediatè habent acceſſum ad tractanda ſacra, ſicut illi qui ſunt in ſacris ordinibus. Sed ſecundum ſtatutum occidentalis eccleſiæ matrimonii uſus exſequutionem ordinis non ſacri impedit propter ſervandam majorem honeſtatem in officiis eccleſiæ: & quia aliquis ex beneficio eccleſiaſtico tenetur ad exſequutionem ordinis, & ex hoc ipſo privilegio clericali gaudet, ideo hæc apud Latinos clericis uxoratis auferuntur. Eadem ad eumdem locum tradidit Bonaventura. Si itaque matrimonii uſus impedit exſequutionem actuum ad ordines minores pertinentium, & ſi clericus minorum ordinum conjugatus nec poteſt exſequi actus ſuorum ordinum, nec frui beneficio eccleſiaſtico aut privilegio clericali; non video quomodo dici poſſit ſive conjugi clericatum ſive clerico conjugium verè & cum effectu permitti. Num enim qui nec actus clericales exercere, nec beneficio vel privilegio clericali poteſt frui, verè & cum effectu clericus cenſebitur? Si igitur conjugium arcet ab actibus, beneficiis & privilegiis clericalibus minorum ordinum; reapſe & in effectu ab ipſo clericatu minorum ordinum arcet.

4. diſt. 37. art. 1. qu. 1.

Sed hæc relinquamus, & priuſquam ulteriùs progrediamur, diſpiciamus, num dari vel excogitari poſſit ſufficiens cauſſa, vel ſaltem aliqua cauſſa, propter quam tanta perpetuæ abſtinentiæ obligatio clericis jure meritoq; queat imponi, & propter quam æquum ſit maritos uxorum conſortio renunciare, & uxores à maritis avelli. Nonquidem hanc diſquiſitionem inſtituere opus eſt ut ſciamus, num Apoſtoli aliquid ejuſmodi ſanxerint. Quum enim, ut pridem oſtendimus, quæſtio ea facti ſit, non juris; è documentis, quæ factum fuiſſe atteſtentur, non è motivis, quæ fieri perſuadeant, decidi eam oportet. Manifeſtum præterea eſt, & nos hactenus abunde declaravimus, Apoſtolicam prohibitionem omnino nullam, ſed in contrarium permiſſionem claram & diſertam exſtare. Interim diſquiſitio iſta ad hoc proderit, ut de ſanctionibus eccleſiaſticis, quæ poſteà emerſerunt, & à nobis quoque poſteà commemorabuntur judicare poſſimus, & pervidere, num tanta talium ſit neceſſitas, ut nullo pacto ab iis liceat diſcedere; aut num in honeſtate profundè adeo ſint radicatæ, ſive tantum decoris, ornamenti & emolumenti in eccleſiam invexerint, hodieque invehant, ut mordicus retineri magis ſit ex uſu publico & re eccleſiæ, quàm mitigari, mutari vel aboleri.

Duæ

Duæ autem præcipuæ cauſſæ, quare conjugium clericis interdicatur, excogitari poſſunt. Una, quòd uxoratus cogatur ad rem familiarem ſuorumque ſuſtentationem attendere, atque eatenus à curando miniſterio ſuo abſtrahatur. Altera, quòd in uſu matrimonii ſit quædam impuritas, quæ ſacro officio vel adverſetur, vel id aliquo dedecore afficiat. Prior ab utili petitur, nempe conducere ad miniſterium cùm expeditiore tum accuratiore operâ, animoque & tranquillo magis & diſtracto minùs obeundum, ſi conjugio nuncius remittatur. Huic inſeritur vel annectitur, quòd periculum ſit, ne qui uxoris maritus vel liberorum parens eſt, bona eccleſiæ in ſuorum uſus intervertat vel abalienet. Poſterior ducitur ab honeſto, quaſi cœlibatus ſacrum miniſterium magis deceat, idque à conjugio dehoneſtetur vel maculæ & dedecoris aliquid trahat.

Priorem quod attinet, reſpondeo ſi propter declinandam adminiſtrationem domus & curam familiæ conjugio renunciare oportet, multò magis ipſi illi adminiſtrationi & curæ renunciandum erit. At Apoſtolus non vult, ut patres familiâs, qui epiſcopi, presbyteri aut diaconi facti fuerint, adminiſtrationi domus ſuæ & educationi liberorum renuncient; quin in contrarium diſertè præcipit, *ut liberis bene præſint & propriis domibus*. Sequendo itaq; mentem Apoſtoli, propter vitandam rei familiaris adminiſtrationem conſortio matrimoniali nihil opus eſt renunciari: ſed potiùs quia curam domus & liberorum non licet deponere, ideo uxor retinenda erit. Nam hac ipsâ poſt ſuſceptum ſacrum miniſterium, ut officio liberiùs vacare liceat, nec ab eo curæ domeſticæ nimium avocent, magis opus erit, quàm antè. Longè enim faciliùs domui ſuæ bene præeſſe poterit, qui conjugem ſociam & adjutricem, in quem finem viro divinitùs adjuncta fuit, retinet, quàm qui à ſeſe abdicat & ſegregat. Jam ſi pontificios & praxin eccleſiæ ipſorum reſpiciamus, videmus ſacris ordinibus initiatos, niſi fortè monaſticam profiteantur, cùm parochos tum canonicos domus ſive curias ſuas habere & familiam alere. Dico itaque, quum adminiſtratione domus & familiæ presbyteris ſuis non interdicant, abſurdum fuerit, ſi propter hoc onus allevandum vel declinandum conjugio interdicant.

Quod de curâ liberorum & ſollicitudine hæreditatem & opes aliquas ipſis in ſubſidium vitæ parandi & relinquendi ſolet adjici, non video, quomodo id urgere poſſint Pontificii. Neminem enim

ſacris

[illegible] ord[illegible] prohibent eo nomine, quod liberorum parens ſit, [illegible] ſpuriorum. Ne quidem ſummo Pontificatu [illegible] tamen maxima occaſio l[i]beros & cognatos de[illegible] [illegible]itandi; quod etiam faciunt ſtrenuè, quicumq; [illegible] potiuntur. Qui enim liberis carent, in cognatos & [illegible] tantundem profundunt, aut plus etiam, quàm ſi liberos haberent. Qu[i] ex illuſtri aliquâ familiâ orginem trahunt, ejus potentia & [illegible]ndori amplificando intenti ſunt: qui ex humili & plebe[illegible], ut i[llu]ſtrem faciant & novæ familiæ conditores habeantur, o[illegible] d[are] ſolent. Satis habebo unicum noſtri ævi exemplum pro[illegible] Pontificis aliàs inſigni magnanimitate & multis virtutibus [illegible], Sixti videlicet quincti, de quo apud illuſtrem hiſtoricum [illegible] Auguſtum Thuanum leguntur quæ ſubjicio. *Cari- [illegible] ſupra modum dilexit. Camillam ſororem homini vilis ac fœda [illegible] pr[illegible]o nuptam, cujus propterea nomen ignorari voluit, quum [illegible] lavandis olim vitam toleraſſe meminiſſent, poſteà comitatu [illegible] be[illegible] ſeduci partim indignati, partim admirati ſunt, ex eâ nepo[illegible] d[uas] neptes dignitate & opibus invidioſè auxit. Nam Ale[illegible] mox Cardinalem creavit, adſignato centum aureorum [illegible] Michaelem ampliſſimis poſſeſſionibus ditavit, Montaferia [illegible]ma provincia paullò ante mortem emta ducentis aureorum [illegible] [illegible]eratione non ſequuta res exitum minimè ſortita eſt. [illegible]n & Vrſinam duobus Romæ primariis regulis ac familia[illegible] [illegible]us in matrimonium collocavit, ac M. Antonio Colu[illegible] [illegible] in dotem datam, quadringenta ducatorum millia mu[illegible] [illegible]m diſſolvendum ex ærario ea lege numerari juſſit, ut intra [illegible] [illegible]pus ſine uſuris cameræ Pontificiæ reſtitueret.* Ab illo ſum[illegible] [illegible]c in [a]lios inferiores prælatos exemplum derivari, non [illegible] I[n]tegra jam tria ſunt ſecula, quum hac ipsâ de re Al[illegible] [illegible]n opere ſuo de Planctu eccleſiæ, quæ mox ſubjicio, [illegible] *[illegible] pontifices noſtri hypocritalis temporis (& jam mul[illegible] [illegible] vicarii Ieſu Chriſti pauperis crucifixi, & ſucceſſo[illegible] [illegible] manu & arte victum quærentis reti & navicu[illegible] [illegible]ſanguineos clericos nedum ad altas prælationes pro[illegible] [illegible] [illegible]mas, ſed etiam ad ſtatum Cardinalatus inſcios [illegible] [illegible]mittunt eu judicare totum mundum, qui re[illegible] [illegible]. Conſanguineis autem ſecularibus pro[c]urant & e-* Hiſt. lib. 100. l.2. art.15.

F munt

niunt nedum campos, terras & vineas & ſimplicem militiam, ſed etiam baronias, comitatus, marchionatus & omnes alios mundi potentatus. Et tales papæ conſanguinei, qui ante ejus papatum ſoli vagabantur per mundum peditando, nunc ſtipati militum agminibus incedunt. Qui antè cum mulieribus plebejis aut aliis ſuis paribus contraxiſſent, pòſt cum comitiſſis & marchioniſſis aut duciſſis contrahunt. Qui antè forſan byrro aut alia veſte humili induti fuiſſent, poſt ſericis, auratis & aliis fucatis veſtibus adornati incedunt. Et qui antea habitabant in domibus patrum ſuorum aut mercatorum, aut agricolarum, aut artificum, vel aliàs pauperum deſpectorum, poſt habitant in domibus regum & imperatorum. Et qui ante papatum ſui conſanguinei, nati in paupere domo & tugurio ruſticano vix milio & cibario pane rugientem ventrem ſaturare poterant, poſt ſimilam & mella faſtidiunt. Cardinales quidam & alii prælati multi talia a Romanis pontificibus multis nunc exempla pernicioſa videntes, ſequuntur eos ſic gratanter in carnalibus hujuſmodi quocumque iverint, non Chriſtū agnum. ---- Et quod hodie in eccleſia Dei majus peccatum, id eſt, communius, quàm carnalitas ad ſuos conſanguineos? Prælatorum nepotuli & alii conſanguinei dii eorum hodie ſunt. Ipſos ſupra Deum & contra Deum diligunt: ipſos contra Deum & plus quàm Deum honorant. --- Hi ſunt dii, in quibus prælati habent fiduciam, quòd eis in abbatiis & epiſcopatibus ſuccedant, & propterea maxime ædificant eccleſiam in ſanguinibus, ut ſemper de eorum genere aliquis ſit, qui eis in abbatiis & epiſcopatibus ſuccedat. Iſta Alvarus Pelagius, natione Hiſpanus, ſecta Franciſcanus, dignitate Epiſcopus Sylvenſis in Portugalliâ, & pœnitentiarius pontificis Johannis XXII. in cujus Avenioni commorantis curiâ opus de Planctu Eccleſiæ anno cIↃ. CCC.XXX inchoavit & biennio abſolvit, quemadmodum ſub finem ejus ipſe annotatum reliquit. Seſquiſeculo recentior eſt Baptiſta Platina, qui Johannem, quem ipſe decimum ſextum numerat, *divina humanaque omnia cognatis & affinibus ſuis elargitum fuiſſe* ſcribit: *quem certè errorem,* inquit, *it a poſteris tradidit, ut ad noſtram quoque ætatem pervenerit. Qua quidem conſuetudine nihil certè dici pernicioſius poteſt, quum non ob religionem & Dei cultum appetere pontificatum noſtri ſacerdotes videantur, ſed ut fratrum, vel nepotum, vel familiarium ingluviem & avaritiam expleant.* Nempe ad hunc modum curam ſuorum introducto cœlibatu antiſtites abjecerunt.

4. diſt. 27. art. 1. q. 3. Bonaventura, ubi hanc rem tractat, oſtendere conatur *expedien*[illegible] fuiſſe, ut prohiberetur clericis conjugium *propter vi*[illegible]

[illegible]

[illegible]. *Si enim*, inquit, *epiſcopi & archiepiſcopi nunc filios haberent*, [illegible] *furarentur & diriperent, ita quòd pauperibus pau*[illegible]*ent. Quum enim modò congregent, & ditent nepotes* [illegible] *putab*[illegible]*us ab eis elongatos, quid facerent, ſi haberent* [illegible] S[illegible] Bonaventura parum benignè de prælatis eccle-ſ[illegible] quos vivebat & de quibus ipſi ſermo eſt, judicat: In-[illegible] remedium malo, de quo conqueritur, minùs eſt ap-[illegible] [illegible]m in longè periculoſiorem morbum vagarum li-[illegible]t. *Non valet exemplum, quod litem lite reſolvit*; mul-[illegible], quod morbum morbo cumulat, veterem non [illegible]dit. Qui in uno genere continentes non ſunt, [illegible]? Qui manus rapaces, etiamſi nulla ſit proles, cui [illegible]rere affectus paternus ſuadeat, à bonis eccleſiaſticis [illegible], num cœlibatum caſtum præſtabunt & libidi-[illegible] Hoc fuerit verum & legitimum remedium, homi-[illegible]e inſpectos vel convictos arcere vel amovere, nec [illegible] ſint, juxta præſcriptum Apoſtoli, ἀφιλάργυροι, μὴ [illegible]*m ab avaritia, alieni à turpi quæſtu*, ἐγκρατεῖς, *cõtinentes* [illegible]nd[illegible] vel maximè ab expilatione eccleſiarum ſibi [illegible] S[illegible]les fuerint, (quales ni ſint, ſacris miniſteriis in-[illegible] ab iis periculi quantiſcumque eccleſiarum opibus [illegible]lem aliquam habeant, ſive nullam. Si non fuerint; [illegible]es careant, non abſtinebunt: nec ſufficiet elige-[illegible]beant: ſed oporteret inſuper nec cognatos ha-[illegible]int, inquam, requiſita, qualia præſcribit A-[illegible] eccleſiæ [illegible]tis cautum eſt, & epiſcopis qui mariti vel [illegible], committi etiam tutò poſſunt: ſi non adſint, inter-[illegible] nihil omnino efficitur. Si liberos non ha-[illegible]bent tamen ſpurios; ſi nec hos, tamen cognatos; ſi [illegible] nen amicos, ſi non alios, ſaltim qui obſc-[illegible] e[illegible]am lenocinio gratiam invenerint.

[illegible]dium, quod ipſi ſacro miniſterio, ut ita di-[illegible] ipſo intimè conjunctum ſit: admoveri e-[illegible] quod d[illegible] & virtutes ab Apoſtolo præſcriptæ [illegible]iam dari externum, promtum & facile, [illegible] nutritij, ne quid res eccleſiarum tem-[illegible], rationes dati & accepti exigant;

miniſtrorum arbitrio nonniſi certam portionem, unde cum ſuis honeſtè vivere poſſint, permittant; aliam pauperibus diſtribuendam, aliam ſartis tectis adſignent; in hæc autem omnia non niſi annuos reditus impendi, ſortem verò ſive ſummam ac ſubſtantiam, ut ita dicam, bonorum perennare faciant. Hæc talia quæ in eccleſijs reformatis in uſu, omni malo, ſi quod timeri poſſit, idoneum & ſufficiens remedium adferunt; nec interim aliquid incommodi vel novum malum, priore etiam deterius, ut illa cœlibatus medicina, invehunt.

Bonaventura, quemadmodum & reliqui Scholaſtici, agnoſcit clericos in primitivâ eccleſiâ uxoratos fuiſſe & uxoribus cohabitaſſe; unde format objectionem: *Non eſt majoris perfectionis moderna eccleſia, quàm primitiva. Sed tunc non fuit indicta clericis continentia. Ergo nec modò debuit indici.* Reſpondet autem, ut continentia indiceretur non conveniſſe primitivæ eccleſiæ *tum propter perſonarum paucitatem; tum etiam propter paupertatem; tum etiam propter modeſtiam & honeſtatem.* Propter paucitatem, inquit, *quia oportebat clericos fieri de novo converſos, qui ut plurimum uxores habebant.* Propter paupertatem, *quia non tantum abundabant, quantum nunc: ideo non tantopere timendum de furto erat: ſed poſt Dei diſpenſatione eccleſia temporalia habente, ne caritate refrigeſcente tam in clericis quàm in Laicis cultus Dei periret, ideo tunc oportuit continentiam indicere.* Propter modeſtiam, *quæ erat in illis: ſciebant enim uxoribus melius & temperantiùs uti.* Quod de *paucitate* dicit, ad id regero, non itidem eo tempore tantam miniſtrorum multitudinem fuiſſe, quanta eſt hodie. *Paupertatem* non dico revocandam eſſe; quod tamen ſine dubio rectius quàm univerſalem cœlibatum invehere: ſed utendum eſſe remedijs, quæ monſtravimus. Et ſi nunc opulentiores, quàm tunc; commodiùs etiam & faciliùs ſe uxoremque & liberos ſuſtentare poterunt, & nihilominus pauperibus, quæ decet, erogare. *Modeſtiam* etiam hodie adeſſe oportet, nec ſine eâ quemquam adſciſci fas eſto. Ipſum autem argumentum ſic etiam urgeo. Continentia, quæ in primitivâ eccleſia non injungebatur, hodie injungitur aut quia clerici hodierni perfectiores, quam illi in primitivâ; aut quia imperfectiores. Si perfectiores, quare metuitur eorum rapacitas, & ne ungues in bona pauperum injiciant? Si imperfectiores, quod agnoſcit Bonaventura, quum dicit non eſſe modeſtiam in his, quæ in illis fuerit, [illegible]

conve-

[illegible] conjugio interdicti: omnimodam enim continentiam [illegible] ctiorem non eſt.

[illegible] dem ad priorem rationem poterant ſufficere. Nihil [illegible] quam in diſcuſſum relinquamus; ei preſſiùs conſi- [illegible] aliquantiſper immorabimur. Scribit ſanè ad Co- 1. Cor. 7.
[illegible] Apoſtolus: *Qui cœlebs eſt, ſollicitus eſt de ijs quæ ſunt Domini,* 32.
[illegible] *ſit Domino: at qui duxit uxorem, ſollicitus eſt de ijs, quæ* [illegible] *o placiturus ſit uxori.* Hæc autem de cœlibe pro- [illegible] ſit continentiæ dono: abſque eo obtinere debet, [illegible] protulerat, *Propter ſcortationes ſuam quiſque uxorem* v. 2.
[illegible] cùm mox ſubjiciat, *Hoc dico, non ut laqueam vobis inji-* v. 35.
[illegible] itaque, poſito continentiæ dono, cœlibatum, [illegible] parte ſuâ minùs diſtrahere animum paucioribusque [illegible] re, quam faciat conjugium, quippe quod ſuſtentatio- [illegible] & educationem liberorum neceſſariò ſecum vehat. [illegible] apud Stobæum, interrogatus quur vegetâ ætate libe- Serm. 66.
[illegible] operam non dediſſet, reſpondit, Διόπ τὸ ζῆν οὐκ ἐβουλό- [illegible] τοῖς κατεγλυῆσαι, *Quia nolui curis ſpontè accerſitis ei an-* [illegible] *ari.*

[illegible] cœlibatum minùs diſtrahere animum *quantum eſt* [illegible] ſcilicet nihilominus contingere poteſt, imò ho- [illegible] cœlibes non modò familiam alant, quod minimum [illegible] s negocijsque temporalibus longè operoſiori- [illegible] è immergunt: id enim de omnibus propemo- [illegible] epiſcopis & multis abbatis monachisq; utut cœli- [illegible] is eſt manifeſtum. Quod ſi verò continentiæ [illegible] illud *uri* & impetus atq; æſtus incontinentiæ plus [illegible] & magis animum diſtrahunt, quàm ulla cura rei fa- [illegible] conj[illegible] cium animum vagum & variè diffuſum co- [illegible] t ac ſiſtit, unde conjugiũ portum juventutis [illegible] Præclara ſunt & obſervari digna ſanctiſſimi & [illegible] in hanc rem verba. *Ne quis arbitretur ob-* hom. 21.
[illegible] *um. Quia ſi ſobrij ſumus, neq; educatio, neque* in Gen.
[illegible] *us obſtitit, quò minùs placeamus Deo. -- Nam* [illegible] *tio* [illegible] *pedimentum forent in virtutum* [illegible] *am vitam nuptias introduxiſſet univerſo-* [illegible] *& maxime neceſſarijs nos læderet.* Sed

quia non ſolùm nihil nobis obſtant ad philoſophandum Deo, ſi voluerimus eſſe ſob. [illegible], ſed magnam adferunt conſolationẽ. dum comprimunt inſanum naturæ impetum, nec turbari quaſi mare ſinunt, ſed efficiunt ut navis feliciter in portum appellat; ideo conſolationem hanc humano generi tribuit. Ecce, in conjugio portum; in cœlibe vitâ turbatum mare agnoſcit Chryſoſtomus.

Eſt autem ita comparata vita humana, ut homo, quantumvis cœlebs aliquid temporis curæ corporis dare cogatur. Oportet cibum capere, oportet dormire: aliter animalis vita & σῶμα ψυχικὸν non ſuſtentatur. Ut nihil omnino vel operæ vel temporis ejuſmodi curæ corporeæ impendatur, conditio humanæ ſortis non permittit. Nec offenditur Deus, etiamſi epiſcopus non ſemper legat, meditetur, precetur, ſed aliquando edat aut dormiat, & proinde ut cibus ſibi adferatur & cubile paretur, curet, modò in talibus curandis modum non excedat & quæ officij ſunt non negligat. Pari modo ſi uxorem habeat, aut ob periculum incontinentiæ carere eâ commodè nequeat, non offendetur Deus, ſi uxore aut retentâ aut ductâ aliquantum temporis rei domeſticæ adminiſtrandæ intertérdum tribuat, nullâ interim ſacri miniſterij parte neglectâ vel inſuper habitâ. Sicut enim priora pro conditione humanæ infirmitatis ſunt neceſſaria, ita ſuo quoq; modo poſterius illud.

Quod ſi cum epiſcopatu pugnat rerum domeſticarum cura, & ſi propterea epiſcopo abdicanda eſt uxor, ne implicetur negociis ſecularibus: multò magis cũ eodem pugnabit cura rerum politicarum, & multò magis abdicandi erunt epiſcopis principatus, & provinciarum ac urbium adminiſtrationes. Allegant ex Apoſtolo, *Ne-*
2.Tim.2,4 *mò qui militat, implicatur hujus vitæ negociis, ut ei placeat, à quo delectus eſt miles*; & hinc deducunt, miniſtrum eccleſiæ, qui Deo militet, matrimonium non decere, ne implicetur hujus vitæ negociis. At quivis homo renatus & fidelis militiæ Chriſtianæ nomen dedit; unde in
Prol. in militante eccleſiâ eſſe dicitur: nec eum propter hanc militiam con-
Aſ[illegible]tica. jugium dedecet. Certè etiam Baſilius magnus Apoſtoli verba fide-
Man.l.1, libus quibusvis, cùm viris tum fæminis, adaptat. Interim Martinus
c.23.cõcl.1 Becanus allegare audet conſuetudinem ſive legem Romanorum, adducto teſtimonio Cornelii Taciti & Dionis, *olim prohibitum fuiſſe militibus conjugium, ut tanto facilius vacare poſſent militiæ*. Fateri ſanè oportet, Romanos in rem bellicam, quâ ipſorum gloria & potentia nite-

[illegible] ita intentos fuiſſe, ut militibus ſuis, dummodo militiæ to-[illegible] ab eâ ullo pacto [illegible] abſtrahi paterentur, ſcortationes & c[illegible] [illegible]erint. Non erat apud eos flagitium adol[illegible] [illegible]to minus, militem. Eruditiſſimus Juſtus Lipſius [illegible]tario [illegible] ipſum illum Taciti locum, quem adduxi [illegible] [illegible]ibit: *Contubernij militibus ſemper jus. A Iunone ar-[illegible] [illegible] non à Venere Romanæ leges.* Conjuges non habebant, ſed co[illegible] & focarias. Num pari jure militiæ Chriſtianæ nos va-ca[illegible], vel debere, vel Deo gratum fore exiſtiment Pontifici[illegible] [illegible]rum clericorum eamdem velint eſſe rationem, quæ o-l[illegible] Romanorum militum; dilucidiùs eos effari oportet. [illegible] parem rationem agnoſcimus, qui conjuges pro-[illegible] [illegible]binas & focarias permitti videmus: leges itidem, quæ [illegible] concubinarijs agunt, clericis concubinarijs aptari; ver-[illegible] miles concubinæ ſuæ legare nequeat, ideo quoq; cle-[illegible], *nam in hac materia*, ait Rolandus à valle è Bartolo, [illegible] *armata militia & cœleſtis.* ad 14. Annal. n. 75. vol. 1. conſ. 98.

[illegible] [illegible]amus, unde digreſſi ſumus, quantulum eſt nego-[illegible] præeſſe & proſpicere, præſertim ubi materfami-[illegible] [illegible]us curæ partem recipit? At quàm ingens & ar-[illegible] provinciarum adminiſtrationes ſubire, rempublicam [illegible] [illegible]dorum cauſſas decidere? Nec quiſquam neſcit, [illegible] [illegible] ſuſcipere id eſſe negocijs ſecularibus non modò [illegible] immerg[illegible]. Quod ſi igitur negocia ſecularia e-[illegible] oportet, non tam fugiendum eſt matrimonium, [illegible] [illegible] admodum magni momenti negocia habet an-[illegible] [illegible] principatus, cum quibus infinita & immen-[illegible] imprimis quum ad ſublevandam humanam in-[illegible] [illegible] faciat, & ejus quaſi quædam medela ſit; [illegible] principatum eamdem aggravet, & vix tole-[illegible]. Quod inquam matrimonium clerici in-[illegible] cauſſa, nempe ut imbecillitati ſuæ conſulant: at [illegible] [illegible] nulla eſt, niſi forte libido dominandi & [illegible] [illegible]cret [illegible]ſtatus, *[illegible] principatus [illegible] [illegible] & imperium deſiderat.* [illegible] [illegible] in privata [illegible] [illegible] major potentia, & ſublimior di-[illegible] In cap. [illegible] Matth. qu. 98.

gnitas

gnitas,& ampliores opes, eò, quæ eſt hominum imbecillitas, in arrogantiam, ſuperbiam, faſtum, voluptates, luxum proclivior lapſus. Taceo, quòd principi juſtitiæ perperam adminiſtratæ vel denegatæ vel protractæ culpa imputetur. Qui itaq; principatuum adminiſtrationi humerum ſubdit, is maximis peccandi periculis ſe exponit: ſubtrahit autem, qui matrimonium contrahit. Nihil minùs epiſcopi noſtri, ne ſcilicet negocijs hujus vitæ implicentur, matrimonia vitant, principatibus autem avidè inhiant, & vix iis exſatiari poſſunt. Quid verò ipſe ſanctiſſimus Pontifex? quid Cardinales & epiſcopi? quos Bononiæ, Ferrariæ, Avenioni legatos conſtituit, aut in aulas regum & principum mittit, interdum etiam amandat, ut bellis interſint, imò præſint? Illi ſcilicet negotiis hujus vitæ non implicantur, ſed quanti quanti ſunt, immerguntur. Nempe hoc eſt culicem colare & camelum deglutire.

Non implicari autem *hujus vitæ negocijs* non eſt rebus, quas hujus vitæ neceſſitas vel infirmitas exigunt, aliquam & quæ abſq; majoris incommodi periculo declinari nequeat, operam impendere: ſed eſt negociis mundanis & terrenis ita animum addicere, ut cura rerum divinarum & quæ officij ratio poſcit, ſeponantur & negligantur. Quæ verò ſint officii epiſcopalis, Apoſtolus Paulus epiſcopum Timotheum adloquutus & obteſtatus συλλήβδην comprehendit. *Ob-*
2. Tim. 4, 1. *teſtor*, ait, *in conſpectu Dei & Domini Ieſu Chriſti, qui judicaturus eſt vivos & mortuos in illuſtri illo ſuo adventu & regno ſuo, Prædica ſermonem illum*
ſeſſ. 5, c. 2. (*prædicatio evangelij eſt præcipuum*, etiam juxta Tridentinam ſynodum, *epiſcoporum munus*) *inſta tempeſtivè, intempeſtivè, argue, objurga, exhortare cum omni iræ cohibitione & doctrinâ.* Hæc omnia epiſcopi patres familiâs, non obſtantibus negociolis œconomicis, præſtare poſſunt: an verò poſſint & an præſtent epiſcopi principes, qui gubernandis provincijs & populis vacant, & qualem rationem judici vivorum & mortuorum magno illo die reddituri ſint, ipſi viderint.

Non igitur implicatur hujus vitæ negocijs, qui ita ijs non adhæreſcit, ut cuiquam eorum religionem ejusq; ſtudium poſthabeat, ſed cum illa omnia tum ipſam quoque vitam, ubi gloria Chriſti & profeſſio fidei flagitaverit, promtus fuerit deſerere; quo animo
1. Cor. 7. quemvis verè fidelem, nedum fidum epiſcopum præditum eſſe o-
29. portet. Unde Apoſtolus: *Hoc ajo fratres, quoniam tempus eſt contra-*

ctum

[illegible] in poſterum, ut qui habent uxores ſint ut non habentes, hoc eſt, ita habeant, ut cogitent, brevi neceſſitatem non habendi incumbere poſſe, atque adeo parati ſint, ſi opus fuerit & profeſſio Chriſtianiſmi exigat, non habere ſive amittere. Si enim ingruant perſequutiones, per quas non liceat Chriſtum retinere & uxorem, ſed aut hæc dimittenda fuerit, aut ille; oportet hominem fidelem ad hanc deſerendam, ut illum retineat, paratum eſſe. Nam *qui amat patrem aut matrem ſupra me*, ait Servator, *non eſt me dignus*. Et *ſi quis venit ad me & non odit*, id eſt, amori meo non poſtponit, ſive, non, quàm me, minùs amat *patrem ſuum & matrem & uxorem & liberos, atq; adeo etiam animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Sed ſicut non ſequitur, ideo [illegible]m abjiciendam, vel eâ, quamdiu per temporis anguſtiam integr[illegible], non utendum eſſe: ita quoq; de uxore idipſum non ſequ[illegible]r. Quamquam Apoſtolica verba poſtremùm adducta non ſolos [illegible]eliarum miniſtros, ſed omnes fideles attinere manifeſtum eſt. Pa[illegible]r itaq; manifeſtum eſt, ad probandum, quod miniſtri, quàm pr[illegible] ordinati fuerint, ab uſu uxorum abſtinere debeant, adhibe[illegible]ſſe. *Apoſtolus*, ait, Thomas Aquinas, *verbis illis non prohibuit [illegible] actum, ſicut nec rerum poſſeſſionem, quum dixit*, Qui utuntur hoc [illegible]o, ſint quaſi non utentes: *ſed in utroq; fruitionem prohibuit; qu[illegible] ex ipſo modo loquendi. Non enim dixit, ſint non utentes, vel non [illegible] quaſi non utentes vel non habentes.* Chryſoſtomus, quum [illegible]pinionem eorum, qui Apoſtolum dicentem, *Unius uxoris [illegible], d*e viro uxoris defunctæ, non viventis interpretantur, ſub[illegible] *eum, qui uxorem habeat, quaſi non habentem eſſe. -- Licet eam [illegible] ac [illegible]tè capere, ſi quis velit. Quemadmodum enim divitiæ difficile [illegible] cælorum introducunt, ſæpè tamen id divites plurimi ingreſſi [illegible] nuptiæ, licet difficultatis in ſe plurimum habeant, ita tamen adſu[illegible], ut perfectiori vitæ impedimento non ſint.* Hæc Chryſoſtomus [illegible]ſcop[illegible] dictis loquutus: qui tamen ut eâ ætate cœlibes [illegible] s obtinuerat.

Matt. 10, 37.

Luc. 14, 26.

4. diſt. 26 qu. 1. art. 1. ad 1.

1. Cor. 7, 3

hom. 10. in 2. ad Tim.

Hæc de priori cauſsâ interdicti miniſtris eccleſiaſticis matri[illegible]mus nunc ad poſteriorem, quæ eſt, quòd cum matri[illegible] c[illegible]icata ſit quædam immunditieS, quæ ſacrum miniſte[illegible]one mysteriorum prorſus dedeceat, aut etiam ma[illegible].

H[illegible] nihil efficere nullo negocio animadvertitur,

modò obſervetur, quod ita eſt obvium ut neminem poſſit fugere, *primò* homines eſſe qui miniſterijs eccleſiaſticis admoveantur, non angelos; nec quamdiu hanc mortalem vitam vivunt, angelos aut *ἰσαγγέλους* fieri poſſe: *deinde* actum ipſum conjugalem etſi aliquid pudendum involvat, peccatum tamen non eſſe: *tertiò*, neque conjuges adſiduò actum conjugalem exercere, neq; miniſtros eccleſiæ eccleſiaſtica miniſteria omni horâ & momento obire.

Fieri aliter nequit, quin epiſcopi & presbyteri homines ſint peccato obnoxij, ſive qui, etſi peccato non dent operam, peccatum
1.Ep.1.8. tamen habeant. nam ipſe ſanctiſſimus Johannes, *Si dixerimus*, inquit, *nos peccatum non habere, nos ipſos fallimus, & veritas in nobis non eſt*; & do-
Rom. 7. ctor gentium, *Malum, quod nolo, hoc ago, & cerno legem in membris meis*
19. & 23. *belligerantem adverſus legem mentis meæ.* Quod ſi igitur epiſcopi & presbyteri poſſunt eſſe, & munere ſuo fungi, qui tamen peccatum habent, & malum agunt, & in membris ſuis legem, quæ adverſus Dei legem inſurgat, cernunt; quare nequeant eſſe & arceri debeant, qui aliquando & congruo tempore actum conjugalem exercuerint aut
l. 1. de cle- exerceant? præſertim quum *impuritas, quæ eſt in actu conjugii, peccatum*
ricis c.19. *non ſit, licet ex peccato nata ſit*, quemadmodum loquitur Bellarminus. Et Paphnutius confeſſor in ſynodo Nicænâ *σωφροσύνην ἐκάλει*
l.1. cap. 8. (verba ſunt Socratis) *τῆς νομίμης γυναικὸς τὴν συνέλευσιν*, *congreſſum viri cum legitimâ uxore caſtimoniam appellavit.* Quippe *honorabile conjugium,*
Heb.13, 4. *καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, & cubile impollutum*, id eſt, vagarum libidinum, fornicationem, adulteriorum expers. Conjugium, inquam, quod cubile impollutum præſtat, & fornicationes ac adulteria excludit, hono-
in hũc loc. rabile eſt. *Non in hac quidem parte*, ait Theophylactus, *precioſum & honoratum, in illa verò ſecus, ſed totum per omnia precioſum eſt -- quòd in caſtitate hominem conſervet.* Thomas: *Dominus ad oſtendendum bonum eſſe actum matrimonij, primum ſignum fecit in nuptiis, & matrimonium nobilitavit præſentiâ ſuâ corporali, & naſci voluit de conjugata.* Haymo: *Immaculatus lectus, immaculati & illi inde ſurgentes, hoc eſt, maculam peccati inde non trahentes.* Cyrillus Jeroſolym. catecheſi Illuminatorum quartâ: *Ne, cum magnoperè ſtudes continentiæ, ſis inflatus adverſus illos, qui occupati ſunt in nuptiis: nam & hi mundi ſunt. Honorabile enim conjugium, & thorus immaculatus, dicit Apoſtolus. Et tu qui id ignoras, nunquid non ex nuptiis natus es?* Adde matrimonium juxta Pontificios ſacramentum eſſe, & ex opere operato, gratiam conferre. Si igitur, ut oſtenſum fuit, pecca-

[illegible] prohibet à ſacro officio, quare cenſebitur prohibere, quod pecca[illegible] non eſt? imò quod caſtimonia eſt? quod ſacramentum eſt?

Verum quidem eſt, verecundiam humanam, ut notavit Augu- 14. *de C.*
ſtinus, [illegible] actu illo ſecretum ſemper quærere: ſed eadem ſecretum *D. c.* 17.
quoq; quærit, quum veſica vel alvus eſt exoneranda: nam hîc quoque ali[illegible]d turpitudinis occurrit, non tamen moralis, ſed naturalis, à peccato itidem ſine dubio ortæ. Si ob hanc turpitudinem nul[illegible] arcent, quare arcent ob alteram illam? Dicent fortè, nec hanc turpitudinem nec peccatum, quale paullò antè memoravimus, de[illegible] nullo pacto poſſe: idcirco, quia fieri aliter nequeat, adſumi [illegible] hic turpitudini tum iſti peccato obnoxios. At alteram actus [illegible] poſſe evitari. Interim bene ſe habet, quòd conſtet, non [illegible] defectum, aut turpitudinem phyſicam, qualis eſt illa in a[illegible], hominem ſacro miniſterio indignum reddere. Ad[illegible] ipſam operis conjugalis, quâ de modò loquimur, commu[illegible] ordinariè abſque periculo lapſus in verum & magnum pec[illegible] evitari non poſſe. Periculum autem incurrendi pecca[illegible] turpitudinem moralem turpitudini, quæ generis moralis [illegible] præponderat. Magis, inquam, urget probabilis me[illegible] futuri, quàm aliqua turpitudo phyſica, etſi præſens: & [illegible]pitudinem ejuſmodi aliquam à ſe non ſegregare, [illegible] peccandi ſe exponere. Verbi gratiâ. Si detur optio [illegible] ere ſanioſo non ſine aliquâ turpitudine phyſica la[illegible], [illegible] communem ab iſtâ ſanie exponi non improbabili peri[illegible] grande peccatum; malim turpitudinem illam, quàm [illegible]um admittere. Sic etiam, ſi ſanum judicium adhiberi[illegible] [illegible] conjugio erit ſtatuendum; cujus opus, quà ſubſtantiam [illegible] integritatis ſtatu non fuiſſet alienum. Quod animad[illegible] T[illegible]s Aquinas ad objectionem, *Cui ſemper annexa eſt* 4. *diſt.* 31.
[illegible], *[illegible] convenit plena innocentia*; reſpondet, *Nego, quia ſæpè* *art.* 2.
[illegible]antur de aliquibus naturalibus defectibus, qui tamen poſ[illegible] convenire cum plena ſui innocentia. Ineptiſſimè & perver[illegible] alicubi Stanislaus Hoſius: *Copulatio conjugalis remo* *Confeſſ. fi-*
[illegible] requirit. Certè non qui bene, ſed qui malè agit, odit lu- *dei c.* 56.
[illegible] vero recte facta, in luce collocari volunt. Hæc igitur [illegible] pugnant cum ſacerdotio maximè, cujus opera in luce col[illegible]

Dixi autem expreſsè, *quà ſubſtantiam actus*. Lapſus enim & privatio priſtinæ perfectionis imaginisq; divinæ in appetitum invexit inordinatum & abnorme quid, ſine quo ferè actus non exercetur. At exorbitans illa cupiditas non eſt actus ipſe, licet cum eo conjuncta inveniatur, imò ad eum ſæpè incitet. Quin is huic malo medetur, & æſtum libidinis, qui, abſque iſto foret remedio, uſq; magis ac magis & præſentiore cum periculo efferveſceret, ſopit & reſtinguit. Nuptiæ itaq; concupiſcentiam non faciunt aut invehunt, ſed ipſam, quæ denegatis nuptijs maximè effrenis & periculoſa futura, reprimunt & in ordinem cogunt. *Hanc ob cauſſam*, ait Chryſoſtomus, *data eſt viro mulier adjutrix, ut efferveſcentem naturam coërceat, ut concupiſcentiæ fluctus ſedet.*

hom.3.in Vidi Dominum.

Dicebamus etiam paullò ante, ſed in tranſcurſu, matrimonium apud Pontificios ſacramentum eſſe, & ex opere operato gratiam conferre. Jam quodammodo quod ſacramentum eccleſiæ eſt & gratiam confert, ob aliquam turpitudinem dedecere poteſt eccleſiæ miniſtros? Num eccleſia aliquod ſacramentum habet, quod ipſis eccleſiæ miniſtris non convenit? Regerent. Etiam ordines ſacramentum eſſe, & tamen non convenire, ut omnibus fidelibus conferantur: ſic quoq; etiamſi matrimonium ſacramentum ſit, inconveniens tamen eſſe, ut ab omnibus & nominatim eccleſiæ miniſtris ſuſcipiatur. Sed nihil agunt. Quæro enim num epiſcopis & presbyteris hoc ſacramento interdictum ſit propter excellẽtiam ejus, quia videlicet ipſi eo indigni ſint, quemadmodum non convenit quoſvis è vulgo ſacris ordinibus initiari; quòd tanto honore & gradu ſint indigni, nec convenit infantes Euchariſtię participes fieri, quod myſteriũ ſit infantium conditione & captu ſublimius: an verò propter defectum & turpitudinem, quæ in ipsâ re ſive in matrimonio deprehendatur? Prius certè non dicunt, ſed hoc poſterius. Eò enim ratiunculæ, quas adferre ſolent, tendunt. *Nullus carnis uſus*, ait Soto, *ſpiritualium nitori ſic adverſatur, ac ſordidus iſte.* Item, *Uſus uxoris non modò corpus conſpurcat, verùm & mentem deprimit & obnubilat.* Bellarminus: *In actu conjugij, negari non poteſt, quin admixta ſit quadam impuritas & pollutio.* Manet itaq; quod ex ipſorum opinione intulimus, nempe Eccleſiam habere aliquod ſacramentum, quod propter annexam ſibi ſpurcitiem & impuritatem eccleſiaſticos miniſtros dedeceat. Quod equidem de aliquo ſacramento non niſi abſurdè, & fortè etiam impiè affirmari, nullus dubito.

de Iuſt. & jure l. 7. q.16.art.1

l.1. de cler. c.19.

Nos.

[illegible] autem turpitudinem illam non moralem ſed phyſicam
[illegible] ſuprà oſtendimus: & ipſum actum ſecundum ſuam ſubſtantiam
[illegible] tiæ ſtatu & paradiſo, etiamſi protoplaſti non peccaſſent,
[illegible] dum fuiſſe. Quod autem ab innocentiâ integri hominis a-
[illegible] n fuiſſet, quomodo à ſanctitate miniſtrorum eccleſiæ, in
[illegible] itate degentium, alienum ſit? *Certum eſt,* ait Auguſti- 14. de C.
[illegible] *alum & fœminam ita primitùs inſtitutos, ut nunc homines duos* D. c. 22.
[illegible] *ſi ſexus videmus & novimus. — Quisquis autem dicit non fuiſſe coitu-*
[illegible] *generaturos, niſi peccaſſent; quid dicit, niſi propter numeroſitatem*
[illegible] *neceſſarium fuiſſe hominis peccatum?* Idem, quando actum 14. de C.
[illegible] onialem, ut ſuprà dicebamus, ſecretum quærere ſcribit, *lici-* D. c. 18.
[illegible] *en & honeſtum* vocat. Verba ejus ſunt: *Quid concubitus conju-*
ga[illegible] *cundum matrimonialium præſcripta tabularum procreandorum*
[illegible] *erorum? Nonne & ipſe, quamquam ſit licitus & honeſtus, remo-*
[illegible] *is cubile conquirit? — Vnde hoc, niſi quia ſic geritur, quod deceat*
[illegible] *ut etiam quod pudeat, comitetur ex pœna.* Quidquid itaq; hîc
[illegible] ndi, id non morale, ſed naturale, non culpabile ſed pœnale
[illegible] Auguſtinus.

[illegible] dem ſententiam pedibus eunt doctores Scholaſtici,
[illegible] re ad diſtinctiones XXVI. & XXXI. quarti Sententiarum
[illegible]. Pauca ſaltim ex paucis adſcribam. Thomas Aqui-
[illegible] *e eſt dicere, quòd actus, quo procreatur proles, ſit univerſali-*
[illegible] *in eo medium virtutis inveniri non poſſit, niſi ponatur ſecun-*
[illegible] *m inſaniam, quòd res naturales creatæ ſint à Deo malo.* Item:
[illegible] *cupiſcentiæ, quæ actum matrimonii ſemper comitatur, non*
[illegible] *culpa, ſed pœna.* Bonaventura: *Matrimonium excuſat à pec-*
[illegible] *ſed quod aliàs eſſet, niſi matrimonium interveniret.* Ri-
[illegible] villa: *Contrahentibus matrimonium dignè, confertur*
[illegible] *iens, non tantùm gratis data.* *Et dicendum, quod per*
[illegible] *itur concupiſcentia in ſua radice per gratiam, quæ*
[illegible] *o: excluditur etiam turpitudo, quæ ſine matrimonio*
[illegible] *la, & per illum actum ab aliis corruptelis retrahitur.*
[illegible] hæ ponuntur concluſiones. Prima: *Actus ma-* 4. diſt. 26.
[illegible] *& licitus, quia quicquid eſt bonum in ſe, bonum eſt ipſum* q. 2. art. 1.
[illegible] *naturam humanam, quum ſit de operibus Dei: vidit*
[illegible] *a quæ fecerat, & erant valde bona. Sed ipſa non poteſt fieri nec*
[illegible] *dum curſum naturæ, niſi per actum iſtum. Ergo. Nec*

obſtat quod in actu carnali non poteſt homo actu cogitare de Deo. Eſt enim peccatum mortale illud, quod ſeparat à Deo habitu. Dico autẽ ſeparare à Deo habitu non omne vel ſolum peccatum, quod generat habitum: ſed illum etiam actum, qui habitum tollat, quo Deo per caritatẽ conjungimur. Illud verò, quod actu dividit hominem à Deo, ſic ſcilicet, quòd, dum durat, non poteſt actu ferri in Deum, dum tamen non tollat habitum Deo conjungentem, in quantũ hujusmodi, non eſt peccatum. Pari modo eamdem objectionem diluit Thomas Aquinas, è quo deſcripſiſſe videtur Durandus; cujus verba, quoniam planiora ſunt, ſubjicio. *Dicimur Deo conjungi dupliciter: uno modo ſecundum habitum gratiæ & caritatis; & illud, quod ſeparat hanc conjunctionem, eſt peccatum, etiam mortale: alio modo ſecundum actum contẽplationis & dilectionis; & hæc conjunctio poteſt ſeparari per aliquid, quod non eſt peccatum, ſeu per ſolam occupationẽ animi circa res exteriores, quantumcumq; licitas. Prima conjunctio non ſeparatur per actum matrimonii; ſed ſecunda tantùm.* Hæc Durandus. Paludani ſecunda *concluſio eſt, quòd actus iſte non ſolum eſt malus, ſed meritorius etiam: quia actus virtutis caritate informatus ſemper eſt meritorius. Iſte eſt hujusmodi. Ergo. Quia quando cognoſcitur uxor debitum reddendo, eſt actus juſtitiæ: quando autem petendo propter prolem ad cultum Dei educandam, eſt actus religionis.* Tertia *concluſio ex his, quòd matrimonium eſt bonum: quia cujus uſus bonus eſt, ipſum quoq; bonum eſt. Sed uſus matrimonii eſt bonus: quia quum actus carnalis aliquando ſit bonus, nec poſſit honeſtior nec magis debitis circumſtantiis vallatus eſſe, quàm quando eſt in matrimonio; imò aliter ſemper ſit malus & contra jus naturale, ergo.* Iſta totidem verbis è Paludano viſum fuit adſcribere. Gulielmus Arvernus epiſcopus Pariſienſis, *Matrimonium*, ait, *eſt ſancta & ſanctificativa atq; perfecta ſocietas maris & fœminæ.*

l. de Sacrament.

Si, quemadmodum nos docent, quorum verba recitavimus, matrimonium ſanctum eſt & ſanctificativum; ſi confert gratiam, per quam in ſuâ radice concupiſcentia reprimatur; ſi actus matrimonialis quando rectè fit & ratione regulatur (quomodo cùm hunc tum alios actus à clericis præſertim fieri & regulari oportet) bonus eſt, imò meritorius, quippe actus juſtitiæ & religionis: ſi hæc, inquam, ita ſe habent, quemadmodum tanti nominis doctores nos docẽt; quomodo verum erit in conjugio & in ejus actu impuritatem & turpitudinem tantam deprehendi, ut indignum & indecorum ſit conjuges ad ſacrum miniſterium adhiberi? ut inconveniens ſit ſacros miniſtros ſive matrimonium contrahere, ſive matrimonio uti?

Pon-

Pontificij quidem nonnulla è Vetere teſtamento in argumen-
tum [illegible]entiæ ſive convenientiæ adducunt. Ut autem ſuprà monui- Pag. 192.
mus, [illegible] decolligi vel concludi nequit, Apoſtolos omnibus ſacrorum
Novi teſtamenti miniſtris perpetuam continentiam indixiſſe; nec
qui[illegible] homo ſanus ex talibus argumentis factum Apoſtolicum
[illegible] cere co[illegible]itur. Neque verò colligi inde poteſt, opus fuiſſe aut
[illegible]re decuiſſe, ut poſterioris ævi eccleſia ejuſmodi continen-
tiam, quam Apoſtoli nemini impoſuerant, ſanctionibus & præceptis
[illegible]ngeret. Nullum exſtat peculiare in vetere teſtamento de
[illegible] continentiâ, multò minùs de perpetuâ continentiâ
[illegible]. Quomodò igitur inde deducetur, opus fuiſſe aut de-
[illegible] eccleſia novi teſtamenti ſuo clero perpetuam continen-
[illegible]iceret?

[illegible]us tamen obiter loca, quæ ſolent adducere. Quum
[illegible]us eſſet Deus legem è monte Sinai, *edixit Moſi, Ito ad po-* Ex. 19, 10.
[illegible]ifices eos hodie & cras, & lavent veſtimenta ſua, ut ſint para-
[illegible]um. -- Deſcendit ergo Moſes ad populum, ſanctificavitq; popu-
[illegible]ent veſtimenta ſua, edicens populo, Eſtote parati in diem ter-
[illegible]to quisquam ad uxorem. Quum Deus ſuam majeſtatem &
[illegible] peculiari modo, quo numquã aliàs uſus fuerat, nec um-
[illegible] poſteà erat, populo declaraturus eſſet, nihil mirum, ſi
[illegible]nâ munditie, cujus iſtis temporibus ratio magna ha-
[illegible]r ſolitum præparari voluit. Ipſos etiam ſacerdotes pa-
[illegible] conditionis hîc eſſe, & non minùs, quàm illum, ſan-
[illegible]nere, poſteà Dominus inculcat. *Deſcende*, ait Moſi, *& cõ-* Ex. 19, 21.
[illegible], ne perrumpat terminos ad videndum Dominum, & cadant
[illegible]. Sacerdotes quoq;, qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur; ne
[illegible]. Nec licet ind cta prius fuiſſent, denuò tamen Dominus
[illegible] ne populus, quem curioſum noverat, cupiditate arca-
[illegible]m ſibi accerſeret. Quin ne ſacerdotes, quandoqui-
[illegible] iocare, atq; ita propiùs ad Dominum accedere, ſibi
[illegible]cere, aut ſeſe à communi lege & conditione exemtos
[illegible] ideo ipſis peculiariter, quod aliàs omnes concernebat, &
[illegible] pridem injunctum fuerat, proponi voluit. Rectè enim in
[illegible] Ab[illegible]ſis: *Licet iſti ſacerdotes accedant ad Dominum, non*
[illegible]nt ſe eſſe mundos, ita quòd non debeant mundari, quia hîc o-
[illegible] mundiciam, quia aliquid ſpeciale faciendum eſt. Erant

autem

autem ſacerdotes adhuc eo tempore, quo nondum initiati Aharon ejusque filij, primogeniti familiarum, ut agnoſcit R. Salomon Jarchides hîc, & Chaldæus Onkelos ad verſum quinctum ſ quentis capitis X X I V. Jubebantur itaque cùm populus tum ſacerdotes ejus temporis non modò veſtes lavare, ſed etiam abſtinere congreſſu uxorum, ut immundicie quadam phyſicâ, non ut turpitudine morali. Utrumq; enim ad munditiem illam externam ritualem pertinere, & legitimum uſum uxoris inter crimina referri non pôſſe manifeſtum eſt. Hoc etiam, obtinuiſſe illis temporibus *diverſas ablutiones & ritus*
Hebr.9.10. *carnales, qui uſq; ad præſtitutum tempus directionis impoſiti eſſent*; item ce-
& 13. remonias *ſanctificantes ad carnis puritatem*; quæ ad tempora Novi teſtamenti transferri non debent. Nulla igitur eſt conſequentia, Populus Iſraëliticus & ejus temporis ſacerdotes ad excipiendũ Deum, qui inſolito modo ſe præſentem exhibiturus & legem promulgaturus erat, abſtinentiâ ab uxoribus biduanâ præparabantur: Ergo miniſtri Novi teſtamenti perpetuò debent abſtinere. Etiamſi nec indecorum nec illaudabile eſſe lubenter concedamus, ſi etiam hodie ſacrorum miniſtri, quum inſtat ſolennior ſacrorum adminiſtratio, abſtineant: idipſum tamen ex ipſo præcepto demonſtrari nequit. Eſt enim reſponſio in promtu, præceptum illud & illam abſtinentiam ad ritus puritatem carnis concernentes, qui pridem ceſſaverint, pertinere: quin ne ipſos quidem Iſraëlitas, niſi ſemel & per paucos dies, tempore promulgatæ legis, obligaſſe.

Eandem carnis puritatem, ſive ritualem aut corporalem (ſi ita appellare libeat) munditiem ſpectaverit lex in capite decimo-
Verſ.18. quincto Levitici, juxta ſenſum, quem illi tribuit verſio Tremelliana, his verbis concepta: *Mulier etiam, quum vir concubuerit cum ea concubitus ſemine, ambo lavabuntur aqua & immundi erunt uſque ad veſperam.* Et ſanè in eam ſententiam accepit Theodoret. Διὰ τοῦτο, inquit, τοὺς μιγνυμένους ἀκαθάρτους καλεῖ, καὶ κελεύει καθαίρεσθαι, ἵνα κωλύῃ τῆς συνουσίας τὸ συνεχὲς ἡ περὶ τὴν κάθαρσιν ἀσχολία. Accepit quoq; ſimiliter Heſychius; necnon Liranus & Toſtatus, quos ſequuntur ex hodiernis ſcriptorib. nonnulli. Sed vero ſimiliùs & rectiùs de alio quodam corporalis impuritatis genere exponunt Pagninus, Munſterus & Vatablus; quib. haut obſcurè favere videntur Onkelos Chaldæus
Reſp. ad & vulgatus Latinus interpres. Gregor. autem magnus reſpondens
qu.10. quæſtionibus Auguſtini epiſcopi Anglicani non ſaltim ita, quem-
admo-

admodum priores, accipit, ſed Chriſtianis quoque non abſimile onus imponit. Verba ejus, quæ Gratianus quoque exſcripſit, hæc ſunt: *Vir cum propriâ conjuge dormiens, niſi lotus aquâ, intrare eccleſiam* 33.qu.4.
non debet: ſed neque lotus intrare ſtatim debet.—Et quamvis de hac re di- cap.7.
verſa hominum nationes diverſa ſentiant atque cuſtodire videantur, Romanorum tamen ſemper ab antiquioribus uſus fuit, poſt admixtionem propriæ conjugis & lavacri purificationem quærere, & ab ingreſſu eccleſiæ paululum reverenter abſtinere. Toſtatus, quum hanc Gregorii ſententiam *in c.5.Matt*
commemoraſſet, ſubjicit *iſtam conſuetudinem poſteà apud ipſos Roma-* qu.249.
nos in deſuetudinem abiiſſe, quia erat, inquit, *ceremoniis Iudaicis ſimilis.* Ceremoniæ videlicet Judaicæ Chriſtianiſmum non decent, & proinde nec ad rem, quâ de nunc tractamus, quicquam faciunt.

Magis eò fecerint verba Apoſtoli Pauli, quibus non quidem ſolis ſacerdotibus, ſed omnibus omnino fidelibus non mandat, ſed conſulit, aut ſaltim, ſi faciant, probat, nempe ſi vacaturi jejunio & precibus ad tempus abſtineant. *Ne fraudate*, inquit, *alius alium, niſi* 1.Cor.7,5.
ſi quid ex conſenſu ad tempus, ut vacetis jejunio & precibus: & rurſus ſimul convenite, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram. Aliàs quidem juxta documentum Servatoris, *oportet ſemper orare*; & juxta Luc.18,1.
Apoſtolum, *in oratione perdurare*, & *indeſinenter orare.* Abſtinentia Rom.12,12.
itaque, qualis ab Apoſtolo ſuadetur, non propter quotidianas, ſed 1.Theſſ.5,
propter extraordinarias & inſigniter ſolennes intentiſſimasque pre- 17.
ces ſuadetur, ut intelligi etiam poteſt ex eo, quod dicit ἵνα σχολάζητε, & quod jejunium precibus jungit. *De accuratiore precatione loquitur*, ait Chryſoſtomus. *Quod ſi eos, qui mutuâ conſuetudine utuntur,* hom.19.in
orare prohibet, aſſiduæ orationi quodnam tempus relinquetur?—Propter- 1.Cor.
ea non dicit ſimpliciter, ut oretis, *ſed* ut orationi vacetis. Hæc rectiſſime ad iſtum locum obſervavit Chryſoſtomus; & ex eo deſcripſit Theophylactus. Sicut itaque præparatio, qualis ad audiendam promulgationem legis Iſraëlitis injungebatur, extraordinaria fuit: ſic etiam qualis hîc ad orandum præparatio ſuadetur, non eſt quotidiana. Similem exhortationem ad publicam & ſolennem deprecationem legere eſt apud Joëlem prophetam: *Clangite buccinâ* c.2.v.15.&
in Sione, indicite jejunium, promulgate diem interdicti, colligite populum, in- 16.
dicite congregationem, congregate ſenes, colligite parvulos & ſugentes ubera: egrediatur ſponſus è cubiculo ſuo, & ſponſa è thalamo ſuo. Hæc enim iſta verba abſtinentiam, qualem Apoſtolus ſuaſit, indicant.

Jam ſi conſilium Apoſtoli ad omnes fideles ſpectans peculiariter miniſtris applicetur, non poterit aliter, niſi in hunc ferè modum: Sicut probat Apoſtolus, oraturos ſolenniùs aut intentiùs quàm quotidie ſive poteſt ſive ſolet à fidelibus orari, abſtinere; ita quoque probandum erit, ſi miniſtri ſolenniora miniſteria vel è cauſſis gravioribus obituri abſtineant. Et ſicut propter ordinarias & quotidianas preces, quas numquam intermitti decet, non ſuadetur perpetua abſtinentia: ita quoque propter ordinaria & quotidiana miniſteria ſuaderi non debet. Quin ad ipſos quoque miniſtros, utpote homines & humanæ imbecillitati obnoxios pertinet altera moniti Apoſtolici pars: *rurſus ſimul convenite, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.*

1. Chron. 24. Lubet ad reliqua veterum obſervationum converti. Sacerdotes, ajunt, à Davide in XXIV. claſſes, quæ per vices miniſterium in templo obirent, diſtributæ ſunt. Eos autem, quorum ex ordine vices miniſtrandi adveniſſent, relictâ domo ſuâ Jeroſolymis & in templo vel prope templum commorari oportuit: ab uxoribus itaque ſeparari. Sed hæc ſeparatio non niſi per accidens erat. Quin à Moſe usque ad Davidem & priusquam ſacerdotes in claſſes digererentur & vices illæ conſtituerentur, anni plus minus quadringenti. Si abſtinentia ſacerdotum ab hac claſſium digeſtione initium trahit & pendet, quid fiet tot antè-exactis annis? Cæterùm nullâ ſive Moſis ſive Davidis lege jubentur ſeparari vel ab uxoribus abſtinere ſacræ functionis ergò. Interim Zacharias qui habitabat in montanis Judææ, quum vices ejus eſſent, Jeroſolymas profectus uxorem domi relinquebat: peractâ functione domum & ad uxorem reverſus eſt. Idem de reliquis extra ſacram urbem hinc inde ſparſim habitantibus ſacerdotibus dicendum. Hoc itaque totum ex accidenti fuit, non ex aliquâ peculiari lege, quæ de ſeparatione vel abſtinentiâ à legitimis uxoribus nulla exſtat. Pontifex maximus Jeroſolymis ſemper erat, quotidie templum frequentabat & ſacris operabatur. Nusquam uſu uxoris ei interdicitur, cui tamen de rituali munditie præſtandâ & corporalibus impuritatibus vitandis quàm plurimæ leges poſitæ. Non licebat ei ulla funera curare vel adire, ne patris quidem aut matris, quin nec è ſanctuario, ſi inibi ad ipſum de obitu ſuorum nuncius veniſſet, egredi. Non licebat niſi virginem uxorem ducere: de conjugio ejusque uſu nulla lex

Luc. 1. v. 23. & 39.

Lev. 21. v. 11. 12. 13.

lex aliis ipſi ponitur. Quin de cæteris ſacerdotibus ſanxerat Deus, *v.17.&*
ut qui vitio aliquo corporis laborarent, manci videlicet, gibboſi, *ſeqq.*
vari, valgi, vatii, ſtrabones, pæti, aut aliter deformes, ſacrificiis offe-
rendis abſtinerent. Item: *Quicumque è ſemine Aharonis acceſſerit ad* *Lev.22,3.*
res ſacras, quas ſanctificaverint Iſraëlitæ Domino, dum immunditia ejus in
ipſo eſt: utique exſcindetur ille ipſe à facie meâ. Quisquis è ſemine Aharonis
eſt leproſus, aut gonorrhœâ laborat, de rebus ſacris ne comedito, usque dum
mundus fuerit: ſimiliter qui tangit quodcumque immundum cadaver, aut
vir è quo egreditur effuſio ſeminis, nempe inter dormiendum, ſive per
occaſionem immundi alicujus ſomnii; quod Matthiæ Pontifici no-
ſte ſolenne jejunium prægreſsâ accidiſſe, & propterea Joſephum
Ellemi filium, qui ſacra eo die obiret, ſubſtitutum fuiſſe Joſephus
hiſtoricus commemorat. Gonorrhœa & talis caſus (מקרה־־לילה *17.Antiq.*
dicitur Deuteron. XXIII. 10; קרי Rabbinis) quemvis, cui conti- *cap.8.*
giſſet, inquinabat. Sacerdotes igitur ſacris & eſu ſacrorum, quo-
usque mundarentur, arcebat, quemadmodum cæteræ quoque lega-
les pollutiones. Sequitur enim apud Moſen: *Aut qui tetigerit ullum*
reptile, quo immunditia contrahitur, aut hominem quo quis polluitur ſe-
cundum omnem immunditiem ejus. Quicumque tetigerit illud, immundus
erit usque ad veſperam, nec comedet de rebus ſanctificatis, niſi laverit carnem
ſuam aquâ. Ecce, quàm accuratè & diſtinctè præcepta dat Deus
de pollutionibus, quibus ceremonialiter immundi & ad tractanda
vel comedenda ſacra inepti redderentur ſacerdotes. Nusquam in-
ter eas commemoratur uſus legitimæ uxoris: nec eâ de re ſacerdoti-
bus aut Pontifici aliæ, quàm populo, leges ſtatuuntur. Perperam
igitur à veterum ſacerdotum exemplo ad abſtinentiam miniſtris
Evangelii imponendam proceditur, quum nulla talis veteribus im-
poſita fuerit: qualis etiam, ſi vel maximè impoſita fuiſſet, ad ſyna-
gogam tamen & ritus carnales pridem abolitos tota pertineret, nul-
latenus ad eccleſiam & miniſtros Novi teſtamenti trahenda.

Denique Achimelecum adducunt, dicentem Davidi ſacros
coram Domino propoſitos panes ad eſuritionem ſuam ſuorumque
pellendam, quum alii in promtu non eſſent, ablaturo: *Si caverint ſibi* *1.Sam.21.*
ab ul ſcentes, utique à muliere. Haut fas erat aliàs quemquam ſacris *v.4.*
[illegible] panibus veſci præter ſolos ſacerdotes, ut diſertè docet Servator *Matt.12,4.*
[illegible]e, & habet lex Moſaica Levitici XXIV, 9. Quum autem nihilo-
mi[illegible]s Davidi ſuccurrere cuperet Achimelecus, & non tam rigori

ritus inhærendum, quàm hominibus in neceſſitate conſtitutis ſubveniendum exiſtimaret, illud de mulieribus cautelæ ergò adjecit. Quaſi diceret, Vobis quidem non licet panes illos manducare: interim quum fame premamini, & equidem vobis opem ferri æquum putem, videndum ut dum aliquâ parte à lege exorbitamus, aliâ quâpiam illum defectum compenſemus, quod ſic fiet, ſi, qui ſacerdotes non eſtis & præter ſolitum ſacro pane veſcemini, cum peculiari etiam & inſolitâ munditie eo veſcamini, nempe poſt abſtinentiam à mulieribus. Nam, ut diximus, nullum præceptum abſtinentiæ ſacerdotibus, utut panes iſtos comeſturis, datum. Videtur itaque Achimelecus de ſuo adjeciſſe, & requiſiviſſe, ut qui præter legem & conſuetudinem ſacros panes comeſturi eſſent, iidem quoque munditie, præter quàm exigeret lex & conſuetudo, pollerent. Non itaque ſequitur: A Davide panes ſacros comeſturo exigitur abſtinentia ab uſu conjugii; Ergò etiam à ſacerdotibus eoſdem comeſturis, aut à miniſtris Novi teſtamenti ſacramenta celebraturis. David enim cum ſuis extra ordinem & legem eos comedebat: illi verò ordinariè & legitimè comedebant, quemadmodum hi etiam ſacramenta celebrant. Quamquam evinci itidem nequit, Achimelecum ſpiritu divino, & non judicio proprio & humano ejuſmodi abſtinentiam exegiſſe.

Occurrit alia quoque expoſitio, & quidem, ut mihi videtur, priore probabilior, quam ſubjungo. Quantam munditiem externam in ſacerdotibus res ſanctificatas comeſturis Dominus requiſiverit, & quàm ab omni legali pollutione puros eſſe voluerit, è ſuperioribus eſt manifeſtum. Inter omnes autem legales impuritates maxima, quæ à menſtruo muliebri. Non modò ipſa fluxum patiens, immunda erat: ſed quiſquis tetigiſſet eam, aut cubile ejus, vel ſedile, vel rem quamcumque ſive lecto ejus ſive ſellæ impoſitam, immundus erat usque ad veſperam, obligatus aquâ abluere cùm ſemetipſum, tum veſtes ſuas. Quum igitur Achimelecus Davidi panes ſacros traditurus eſſet, monet priùs de munditie, quam vel in ipſis ſacerdotibus ſanctificata comeſturis ſub mortis interminatione Dominus exigeret, ut cogitaret David de ſuorum ſtatu, ne duplici modo termini legis excederentur, dando videlicet panes ſacros non modò laicis, ſed etiam immundis laicis. Omnium autem impuritatum maximam eſſe, quæ à pollutione muliebri

Lev. 15. *v.* 19. *& ſeqq.*

ab

ab eâ igitur inprimis & præcipuè, utut fortè aliarum iſto temporis & neceſſitatis articulo haberi ratio non poſſet, mundos eſſe oportere. Huc eunt, niſi fallor, Chaldæus Jonathan & R. Levi ben Gerſon. Senſus itaque fuerit reſponſionis Achimelici: *Non eſt panis communis penes me, ſed panis ſanctus. Si caverint ſibi adoleſcentes, utique à muliere*, id eſt, quicquid ſit de aliis pollutionum generibus, modò eâ, quæ ab immunditie muliebri contrahitur, inquinati non ſint, audebo ſacrum panem porrigere. Regerit David: De mulieribus non eſt, quòd ſis ſollicitus, *imò verò mulier remota fuit à nobis heri & nudiuſtertius, ex quo egreſſus ſum, & fuerunt adoleſcentum vaſa*, inſtrumenta, cophini, quibus panis excipietur, *ſancta*, id eſt, munda, nullis impuritatibus aut muliebri contactu contaminata. *Quin ipſe* ille panis *eſt viâ profani*, hoc eſt, jam remotus à conſpectu Domini non obtinet ampliùs tantam ſanctitatem, ſed habet quodammodo rationem communis panis, ut in caſu neceſſitatis ab eo etiam, qui ſacerdos non ſit, manducari citra piaculum poſſit. *Et etiam* hoc conſidera, *quia ſanctificabitur hodie in vaſe*, in vaſe videlicet mundo & nullâ ſorde vel immunditie inquinato reponetur, portabitur, ſervabitur. Hæc pluribus dicere voluimus, ut locus Scripturæ, non nullius aliàs ſive obſcuritatis ſive ambiguitatis, exponeretur: minimè verò, quòd in eo aliquod Pontificiæ cauſſæ præſidium eſſe exiſtimaremus.

Fundamentum itaque nullum ſolidum alicujus convenientiæ è Vetere teſtamento erui poteſt. Nunc porrò conſideremus, quænam tanta ſit ſive ſanctitas ſive ſublimitas muneris & actuum à ſubdiaconis, diaconis & presbyteris ſolitorum præſtari, quorum intuitu conjugium, quod Scriptura honorabile pronunciat, cenſeri debeat profanum aut pollutum, minimèque dignum, cum quo eximiis adeo & præcellentibus officiis deſtinati quicquam habeant commune. Subdiaconos ordinandos in hunc modum affatur epiſcopus: *Adepturi, fratres cariſſimi, officium ſubdiaconatus, ſedulò attendite quale miniſterium vobis traditur. Subdiaconum oportet aquam ad miniſterium altaris præparare, patinam & calicem ad altare deferre, & diacono miniſtrare pallas altaris, & corporales abluere: ubi corporales pallæ lineæ fuerint, nullum aliud linteamen debet lavari; ipſa lotionis aqua in baptiſterium debet effundi.* Hæc videlicet talia ſunt, ut infra eorum dignitatem cenſeri oporteat conjugium. Futuris diaconis munia,

quæ obituri ſunt, ſic proponit: *Promovendi dilectiſſimi ad Leviticum ordinem, cogitate magnopere ad quantum gradum eccleſia adſcenditis. Diaconum enim oportet miniſtrare ſacerdoti ad altare, baptiZare & prædicare verbum Dei.* Primum illos facere ſcimus: poſteriora duo quando præſtent, ignoramus; & ut maximè præſtent, propter ea tamen continentiam non indici novimus, ſed quia deſerviant altari, ad quod Euchariſtia adminiſtratur. Quo nomine presbyteris conjugium interdicunt, nempe quòd illi non modò è longinquo deſerviant, ſed Euchariſtiam conſecrent & incruentum ſacrificium ipſi peragant. Interim hujus ſacrificii particeps fit populus Chriſtianus, nec intimiùs vel artiùs cum corpore & ſanguine Domini conjungitur miniſter Euchariſtiam conſecrans, quàm quivis fidelis: eſto etiam, quòd ad conſummandum ſacrificium, ut illi volunt (nam contra errores, quos de ſacrificio Miſſæ fovent, nunc non diſputamus) res conſecratas abſumere neceſſe habeat. Sicut itaque miniſter vel, ſi ita libeat appellare, ſacerdos corpus Domini manducat & ſanguinem bibit, ita quoque populus fidelis. Univerſum itaque populum fidelem conjugio prohiberi oporteat, ſiquidem myſtica illa conjunctio & reverentia Chriſto, qui ſe in ſacramento tractandum & manducandum exhibet, debita, ſufficiens & adæquata prohibendi conjugii cauſſa fuerit.

At ſacerdotes, ajunt, quotidie offerunt & miſſam celebrant! Num verò omnes? Quot ſunt presbyteri, qui vix ter in anno, & quot epiſcopi, præſertim in Germaniâ, qui vix ſemel in totâ vitâ celebrant? Et quis juſſit eos celebrare, quando nulli adſunt communicantes? In primævâ & purâ eccleſiâ ſingulis diebus dominicis à præſide ſive epiſcopo conſecrabatur & ab omnibus fidelibus participabatur Euchariſtia, ad abſentes ægrotos etiam opera diaconorum deferebatur, ut conſtat ex Apologiâ poſteriore Juſtini. *εὐχαριστήσαντος τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι.* Quid hîc præcipuum habuerunt præ populo presbyteri? Au-
*epiſt.*118. guſtinus de praxi ſuorum temporum loquutus, *alii*, inquit, *quotidie*
*cap.*2. *communicant corpori & ſanguini dominico, alii certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi ſabbato tantùm & do-*
*cap.*3. *minico, alibi tantùm dominico.* Et poſt nonnulla: *Ille honorando non audet*

audet quotidie ſumere, & ille honorando non audet ullo die prætermittere.
Hieronymus ſcribit Romæ & in Hiſpaniâ conſuetudinem fuiſſe, ut *epiſt.28. &*
quotidie à fidelibus ſumeretur euchariſtia. Gennadii Maſſilienſis *50.*
in libro de eccleſiaſticis dogmatibus, quem Auguſtino olim tribue-
bant, hæc eſt ſententia : *Quotidie euchariſtiæ communionem percipere* *cap.53.*
nec laudo, nec reprehendo. Omnibus tamen dominicis diebus communican-
dum ſuadeo & hortor, ſi tamen mens ſine affectu peccandi ſit. Dico ita-
que, ſi vel maximè aliquem quotidie euchariſtiam conſecrare aut
ſumere oporteat, ſtatuendum eſſe quod de quotidianis, & ordina- *pag. 58.*
riis precibus ſuprà afferebamus. Nec iſtas propter uſum conjugii,
nec hunc propter iſtas aboleri neceſſe eſt. Idem de conſecratione
& ſumtione euchariſtiæ dicendum, ſi quotidiana & ordinaria fiat.
Neque illi, qui olim quotidie euchariſtiam ſumebant, propterea
conjugio renunciabant : & Auguſtinus ad quotidianam vel fre-
quentem ſumtionem cohortatus de deſerendo conjugis uſu nihil
addit. *Accipe,* inquit, *quotidie, quod quotidie tibi proſit.* — *Ergo tu audis,* *in evang.*
quod quotieſcumque offertur ſacrificium, mors Domini, reſurrectio Domi- *ſec. Lucam*
ni, elevatio Domini ſignificetur, & remiſſio peccatorum; & panem iſtum *ſerm.28.*
vitæ noſtræ quotidianum non aſſumis? Sin, quod uſitatius, non quoti-
die quiſquam aut conſecrat aut ſumit, ſed per intervalla; nihil ob-
ſtat, quò minùs ut ad preces ſolenniores, ita quoque hîc, abſtinen-
tia cùm à cibo tum à conjuge ſeſe præparet : nec propterea cui-
quam perpetuam abſtinentiam indici, vel conjugio interdici
opus eſt.

Ad eum ferè modum ſynodus Forojulienſis ſub Carolo & Pi-
pino imminente die dominico fideles præparari cupit. *Diem domi-* *cap.13.*
nicum incoante noctis initio, id eſt, veſperâ ſabbati, quæ luceſcit in primam
ſabbati, quando ſignum inſonuerit — venerari omnibus mandamus Chri-
ſtianis. Abſtinere primùm ab omni peccato, & ab omni opere carnali, et-
iam à propriis conjugibus, & ab omni opere terreno, & ad nihil aliud va-
care, niſi ad orationem. De percepturis ſacroſanctam euchariſtiam
idem habetur in conſtitutionibus capitularibus Caroli, Ludovici
& Lotharii ab Anſegiſo abbate collectis. Ipſa verba ſubjungo. *In* *lib.2.c.38.*
perceptione corporis & ſanguinis dominici magna diſcretio adhibenda eſt.
Cavendum eſt enim, ne ſi nimium in longum differatur, ad perniciem ani-
mæ pertineat, dicente Domino, Niſi manducaveritis carnem filii hominis
& ſanguinem ejus biberitis, non habebitis vitam in vobis. Si verò indiſcretè
acci-

accipiatur, timendum eſt illud, quod ait Apoſtolus, Qui manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit. Iuxta ejuſdem ergo Apoſtoli documentum probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducare & de calice bibere: ut videlicet & abſtinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamq; ſuam præparet ſe ad percipiendum tantum ſacramentum, exemplo David, qui niſi ſe confeſſus fuiſſet abſtinuiſſe ab opere conjugali ab heri & nudius tertius, nequaquam panes propoſitionis à ſacerdote accepiſſet. Exemplum Davidis juxta expoſitionem ſuperiùs primo loco adductam, & non tam ex rei naturâ ac veritate quàm communi opinione allegatur, ſive accommodatur, ut ex iis, quæ ibi diximus, poteſt conſtare. Sicut autem abſtinentia precibus intentiùs ſive ardentiùs fundendis deſerviens Apoſtolo probatur; ita quoque abſtinentia ad ſanctiſſimum ſacramentum religioſiùs percipiendum præparans laudem meretur. Rectiùs tamen arbitrio piorum relinqui videtur, quàm legibus ſanciri ſive imponi.

Videamus autem, num obtineant Pontificii finem, quem ſe dicunt intendere, id eſt, num lege cœlibatus clero impoſitâ magnam & angelicam quamdam puritatē & ſanctimoniam in eccleſiam invexerint, ipſiq; clero majorem dignitatem & apud populum exiſtimationem conciliaverint. Superiùs, ubi cauſſam interdicti conjugii, *ne mundanis negociis clerus implicetur*, conſiderabamus, oſtendimus cœlibatum apud Pontificios non efficere, ne clerus opibus inhiet vel curis terrenis animum adjiciat: tanto enim ardore ſtudioque divitias corradere, in nepotes profundere & mundanis rebus invigilare, ut vel ipſos, quos laicos vocant, videri queant ſuperare. Et tamen, quantum eſt ex ſe & naturâ rerum, conjugium nonnullis occupationibus, quamvis non admodum operoſis, admovet; cœlibatus è contra liberat. Interim conjugium humanæ infirmitatis & incontinen-
1.*Cor*.7,2. tiæ eſt remedium divinitùs ordinatum. *Propter ſcortationes* vitandas, ait Apoſtolus, *ſuam quisq; uxorem habeto, & proprium quæq; virum habeto.* Nihil itaque mirum, qui univerſos ſacris initiatos conjugii medicinâ ſpolient, & injuncto cœlibatu præſentibus incontinentiæ periculis exponant, eos hunc finem minùs etiam, quam alterum illum, adſequi; atque adeo dum ſanctitatem humanâ majorem adfectant, hac ipſâ quæ humanitùs præſtari poſſet, excidere, & dum caſtitatem conjugalem infra ſuam dignitatem conſtituunt, fornicationibus, adulteriis aliisq; ne nominandis quidem flagitiis latam non modò feneſtram ſed portam aperire. Car-

Cardinales & Prælati ad conſilium de emendandâ eccleſiâ à Paulo tertio delecti, *In hac*, inquiunt, *urbe*, Româ videlicet, religionis arce, *meretrices ut matronæ incedunt per urbem, vel mulâ vehuntur, quas aſſectantur de mediâ die nobiles familiares cardinalium, clericiq́;.* Si credimus Henrico Cornelio Agrippæ, *Sixtus pontifex maximus* eo nomine, ut puto, quartus *Romæ nobile admodum lupanar exſtruxit; — ubi etiam Romana ſcorta in ſingulas hebdomadas Iulium pendent Pontifici, qui cenſus annuus nonnumquam viginti millia ducatorum excedit.* *de vanit. ſcient. c. 64* Hanc veto turpitudinem abolere conatus fuit Pius quinctus magnæ ſeveritatis Pontifex, de quo nuperis ſuis Divis annumerando hodie deliberant. Quo ſucceſſu autem & quid ſequutum ſit, verbis Jacobi Auguſti Thuani referemus. *In meretrices,* inquit, *quarum Romæ à multo tempore frequens ac publicum mercimonium eſt, multa ſeverè decrevit Pius quinctus, quas & urbe quàm primùm excedere aut nubere, &, ſi non parerent, publicè flagellis cædi juſſit. Quum verò moneretur, inter tot cœlibes ſublatis fœminis, majoris vitii, quod Romanis jam olim B. Paulus exprobravit, periculum ſubeſſe, ita eas tulit, ut lupanari includerentur, nec, ut priùs, liberè per totam urbem interdiu noctúve vagarentur, ratus pudore utrinque incuſſo & illas priori vitæ renunciaturas, & viros infamiam veritos ad ea loca non ituros. Interceſſit initio urbis ſenatus à ſacro ordine, qui palàm non audebat, inſtigatus, idem periculum imminere dictitans, nec matronarum pudicitiam inter tot cœlibes integram & inconcuſſam aliter ſervari poſſe, ni priſtina libertas reſtituatur.* *hiſt. lib. 39.* Egregiam verò continentiam, per quam, ne matronarum pudicitia periclitetur, liberum meretricum uſum concedi oportet; & præclaras profectò conſtitutiones Sanctiſſimi Patris, quibus honeſtatem quidem matrimonii inter clericos abolet, neceſſitatem autem lupanaria & meretrices tolerandi accerſit! Si conjugium clericis permitteret, quod permiſit Deus, imò ab incontinentibus contrahi mandavit, nulla foret neceſſitas publica lenocinia & fornicationes, quas Deus ſeveriſſimè prohibuit, tolerandi.

Ejusmodi ſanè neceſſitatem per interdictum conjugii uſum introduci vidit & agnovit Johannes Gerſon, *de vitâ ſpirituali animæ, ſectione IV, corollario XIV, propoſitione tertiâ.* Quum enim memoraſſet Thomam & alios dicere, peccare eos, qui à ſacerdotibus fornica[illegible] audiant, ſubjungit, *Inexperti fortè erant hi doctores, quàm generale & quàm radicatum ſit hoc malum, & quomodo deteriora flagitia*

circa uxores aut filias parochianorum & abominationes horrendæ in aliis provenirent apud multas patrias, rebus ſtantibus ut ſtant, ſi quærerentur per tales cenſuras arceri. Scandalum certè magnum eſt apud parochianos Curati ad concubinam ingreſſus, ſed longè deterius, ſi erga parochianas ſuas non ſervaverit caſtitatem. Idem Gerſon dialogum Naturæ & Sophiæ de cœlibatu eccleſiaſticorum, quaſi caſtitatem eorum deſperans, concludit dicendo, *quod de duobus malis minus eſt incontinentes tolerare ſacerdotes, quàm nullos habere.* Miror virum neque malum neque ſtupidum non videre, nihil neceſſe eſſe, ut ad iſta extrema aut nullos aut incontinentes ſacerdotes habendi, deveniatur. Datur enim medium ſive remedium, nempe ſi antiquatâ univerſali illa cœlibatus lege honeſtum conjugium cuivis, qui continere nolit aut nequeat, permittatur.

Cæterùm quibus caſtitas conjugalis ab ipſo ſancto Spiritu commendata ſordet & immunda reputatur, eos juſto Dei judicio ad veras ſordes & flagitioſam immunditiem prolabi, nihil eſt mirum. Quò prolapſos eſſe Pontificios ne ipſi quidem acerrimi cœlibatus patroni inficias ire poſſunt. Albertus Pighius hanc ipſam
controv. 15. tractans controverſiam, *Sacerdotii vilitas*, ait, *contemtus & irreveren-*
ſub init. *tia apud populum primùm ex multitudine nimiâ; deinde ex indignitate: poſtremò ex vitâ palàm ſceleratâ ſcandaloſâq; multorum hujus ſacratiſſimi ordinis mihi pendére videtur.* Et poſt pauca: *His colophonem addidit, ut diximus, vita publicè ſcandaloſa plurimorum ac palàm incontinens, & huic indignitati ac malo faſtigium ac ſupremam, ut ſic dicam, manum impo-*
l. 7. de juſt. *ſuit.* Dominicus Soto, *Fatemur*, ait, *caſtitatis votum non eſſe obſervatu fa-*
qu. 6. a. 1. *cile, ſacerdotumq; ordinem eccleſiæ neceſſarium perquàm numeroſum eſſe. Et agnoſcimus inſuper in privatis ædibus non uſq; adeo tutè ſervari poſſe ejuſmodi votum, quàm in monachorum clauſtris. Neq; verò infiſias imus, crebros eſſe in clero concubinarios & adulteros.* Vident itaq; impoſito clericis cœlibatu ſe finem, quem intendebant, minimè adſequi: ſed dum imaginariam neſcio quam, certè non niſi phyſicam, impuritatem declinare cupiunt, in veram moralem eamq; peſſimam & ſummopere deteſtandam incidere.

Debebant autem conſiderare, quod rectiſſimè ex ſenſu & do-
epiſt. 64. ctrinâ veteris eccleſiæ ſcripſit Auguſtinus: *Cubilia & impudicitiæ tam magnum crimen putantur, ut nemo dignus non modò eccleſiaſtico miniſterio ſed etiam ſacramentorum communione videatur, qui ſe iſto peccato macula-*

claruit. Pontificiâ verò doctrinâ & tyrannide effectum fuit, ut quàm inter laicos receptus conjugii uſus, tam frequentes inter clericos ſcortationes, ut videri potuerit ſanctione publicâ decretum, quemadmodum laici conjugati plurimùm ſint, ita clericos concubinarios eſſe oportere. Memorat Sleidanus, vigente Papiſmo apud Helvetios *in nonnullis pagis hunc fuiſſe morem, quum novum quempiam eccleſiæ miniſtrum reciperent, ut juberent eum habere concubinam, ne pudicitiam alienam tentaret.* Principes & proceres imperii, teſtes omni exceptione majores inter gravamina, quibus in comitiis Noribergæ anno ſuperioris ſeculi vigeſimo ſecundo celebratis Germaniam levari flagitabant, hæc quoque propoſuerunt, quæ ſubjicio. *Officiales clericos religioſosq́; accepto ab eiſdem annuo cenſu, publicè cum ſuis concubinis, pellicibus & aliis id genus meretricibus illegitimè cohabitare liberosq́; procreare ſinunt. Quæ res quantum ſcandali, periculi, detrimenti animabus & corporibus pariat, non eſt quod recenſeatur, quum nemo id, niſi talpâ cæcutiat magis, non videat.* Item, *in locis plerisq; epiſcopi & eorum officiales non ſolum ſacerdotum tolerant concubinatum, dummodo certa perſolvatur pecunia, ſed & ſacerdotes continentes & qui absq; concubinis degunt, concubinatus cenſum perſolvere cogunt, aſſerentes Epiſcopum pecuniæ indigum eſſe, quâ ſolutâ liceré ſacerdotibus, ut vel cœlibes permaneant, vel concubinas alant. Quam res hæc ſit nefanda, nemo non intelligit.* Hæc eo tempore principes proceresq; imperii. Atq; utinam intra limites concubinatus iſtud malum ſe contineret, nec verum eſſet, quod alicubi ſcribit & indignatur Baptiſta Mantuanus: lib. 3. Gravam. 75. & 91.

Sanctus ager ſcurris, venerabilis ara cynædis
Servit, honoratæ divûm Ganymedibus ædes.

Unicum ordinarium & adæquatum ejusmodi ſcandalis & flagitiis amoliendis remedium eſt conjugium, cujus præter alios hic quoq; finis, ut infirmitati ſive incontinentiæ medeatur & vagas libidines inhibeat. Veriſſimè enim Bernhardus: *Tolle de eccleſiâ honorabile connubium & thorum immaculatum, nónne reples eam concubinariis, inceſtuoſis, ſeminifluis, mollibus, maſculorum concubitoribus & omni genere immundorum?* Quod Bernhardi dictum non minùs verum eſt de parte eccleſiæ, quæ clerum comprehendit, quàm de alterâ quæ laicorum ſive populi nomine cenſetur. ſerm. 66. in Cant.

Cæterum Pontificii noſtri contra divinam Scripturam & communem mortalium conſenſum abſurda malunt cumulare, quàm

ſuarum conſtitutionum abſurda agnoſcere & novitatum deſinere.
l.7. de juſt. Huc refero, quæ apud Dominicum Soto legimus. *Etſi conjugale*
qu.1. art.1. *officium juxta Paulinum monitum Patrumq́; adeo confeſſionem nonnullum ſit bene natis hominibus remedium effrenis carnis ſedandæ: tamen laſcivis & obſcœnis adeo non eſt remedium, ut ſit etiam pernicioſum periculum.* Ergo neque laſcivis & obſcænis laicis remedium fuerit! Qui verò adeo laſcivi & obſcæni, ut ne quidem eorum libidini conjugium poſſit mederi, vindicantibus legibus divinis & humanis ſocietate humanâ, imò vitâ, nedum miniſterio eccleſiaſtico, deturbari oportebat.
1. Cor. 7, 9. Qui ſe non continent, ait Apoſtolus, matrimonium contrahant: Nam melius eſt matrimonium contrahere, quàm uri. Laſcivi & obſcæni ſe non continent & uruntur, ut equidem puto. Apoſtolo igitur obſequuti, matrimonium contrahant. Sed noſter Soto ſibi fingit Apoſtolum planè contraria docentem. Lubet ſubjicere: *Auſculta*
v. 28. *Paulum, Si acceperis, inquit, uxorem non peccaſti; & ſi nupſerit virgo, non peccavit: tribulationes tamen carnis habebunt hujuſmodi. Quæ quidem tribulationes non tantùm ad familiæ moleſtias referendæ ſunt, verùm & ad eaſdem carnis illecebras, quibus occurrere licentiâ illâ maritali putabant. Hoſtem enim fugientes in hoſtiles pugnas incidunt; ignem exſtinguere volunt, & ignem ſuſcitant.* Retractat videlicet Apoſtolus, ſi huic credimus Dominico, quod priùs dixerat, Si ſe non continent, matrimonium contrahant. Modò enim dicit, Si ſe non continent & uruntur, matrimonio ardoribus ſuis mederi nequeunt, ſed eo contracto magis etiam urentur. Ne contrahant itaque: nullo enim ſuo bono, ſed magno incommodo & majore periculo contracturi eſſent. Pergat autem & colophonem addat: *Nemo ergo credat carnali voluptati obſequendo eidem obviare, ſed fugienda eſt prorſus. Adde quòd conjugalis uſus tum naturâ ſuâ ſatietatem facit, tum irritante dæmone* (ubi hîc gratia, quam in matrimonio utpote ſacramento contrahentibus conferri docent?) *nauſeam & alieni thalami deſiderium. Quocirca dum iſti hæretici ſacerdotes volunt continentes maritos efficere, adulteros procreant.* Nempe iſti, quos hæreticos vocat ipſe eo elogio longè dignior, malunt ſacerdotes conjuges, quàm ſcortatores. Ille verò indicium facit, earum partium ſacerdotes indomitâ adeo & immani libidine eſſe, ut unâ contenti eſſe nequeant. Non adſtringendos itaque conjugio, quippe qui ſoluti nunc ſimplicibus ſcortationibus (atque utinam non niſi ſimplicibus ſcortationibus!) ſeſe polluant, commiſſuros

roſeſſe adulteria, ſi conjugio innodentur. Mira ſanè ratio ad prohibendum clericos conjugio.

Sed non primus ita ſenſit & ſcripſit Soto: ante eum Martinus quoque Pereſius de Traditionibus parte tertiâ, loco quo de cœlibatu agit, poſt longam diſſertationem tandem eodem prolabitur, ut dicat, *Quum multi ſacerdotes maneant ocioſi, & ſint divites, robuſti & bene-* *ſub finem.*
valentes, ſi non ſint meliùs occupati, quàm nunc ſunt, quum natura non rectè inſtituta ſemper in vetitum nitatur, quamvis eis concederentur uxores, rariſſimi eſſent, qui unâ ſolâ eſſent contenti. Quî enim fieri poteſt, ut unâ uxore poſſent eſſe contenti, quibus vix unica concubina ſat eſt? Quare volentes evitare ſimplices fornicationes concedendo eis uxores, dabitur fortè occaſio perpetrandi fœda adulteria. Deo ſit gratia, noſtros ſacerdotes ab iſtis longè alios eſſe, & unâ uxore optimè contentos nullis in ſequiorem partem ſuſpicionibus anſam præbere. Et quomodo clerici unâ contenti non ſint, quum laicos, quibus virtute, ſobrietate & pudicitiâ ſi non præſtare, ſaltim æquari clericos decebat, unâ contentos eſſe aut ſeveram animadverſionem & capitale ſupplicium exſpectare oporteat? Quam impurus autem apud Pontificios ſit cœlibatus, facilè intelligimus, & ipſimet ejus patroni patefaciunt. Intelligimus etiam ex re & vero eſſe, quod ſcripſit M. Antonius de Dominis: *Ridiculum o-* *lib.2.c.10.*
mnino eſt noſtrorum Pontificiorum *argumentum, quo inſectari ſolemus* *num.45.*
noſtros Sacerdotes & Religioſos, præſertim juniores, ſi qui ad reformatas ſe conferant eccleſias, in iiſq́ legitimas ſibi copulent uxores. nam dicimus libidinis explendæ cauſſâ illos à nobis deficere. Quaſi verò jam non liceat paſſim noſtris ſacerdotibus & religioſis abſq; ullâ commigratione impunè, ad exemplum plurium Cardinalium *& Epiſcoporum, in omnem ſe libidinem effundere, multo latius, ſi ſenſum ſpectes, quàm apud eccleſias reformatas, in quibus legitimo & ſancto matrimonii vinculo ſumma libidinum noſtrarum libertas in iſtu confugis compeſcitur & coërcetur.*

Audivimus, quid ſtatuant Pontificii doctores, cœlibatus patroni, nempe conjugium non eſſe remedium incontinentiæ & libidinoſi ardoris; nec eſſe è re, ut clericis conjugium permittatur, ne, qui ſin unâ contenti eſſe nequeant, qui nunc ſoluti ſcortantur, tunc matrimoniis illigati adulteria faciant. Addunt præclaris hiſce placitis conſectarium, planè dignum ſuperioribus præmiſſis, minùs videlicet delinquere ſi concubinas alant & fornicentur, quàm ſi matrimonia contrahant. Quum ante ſeculum & quod excurrit

ſub initia reformationis Argentinæ nonnulli ſacerdotes uxores duxiſſent, & in eos epiſcopus animadvertere ſtatuiſſet, Senatum renitentem expertus ad legatum Pontificium Laurentium Campegium
A.C. 1524. Cardinalem, qui Norimbergæ in comitiis eo tempore agebat, rem detulit. Aderant à Senatu, qui factum excuſarent, monentes inter alia
Sleidanus lib. 4. *eccleſiaſticos Argentoratenſes magnâ ſui parte turpiter vivere cum meretricibus, quas domi foveant, magnâ quidem cum offenſione populi, peſſimoq́ exemplo, ſed tamen ſummâ cum impunitate, nec eo nomine quemquam adhuc eſſe mulctatum ab epiſcopo.* Regeſſit autem Cardinalis, *Quòd ſacerdotes fiant mariti, multò eſſe gravius peccatum, quàm ſi plurimas domi meretrices alant. nam illos habere perſuaſum, quaſi rectè faciant, hos autem ſcire & peccatum agnoſcere: nec enim omnes eâ eſſe, quâ fuit Baptiſta Iohannes, continentiâ.* Et ſic quidem hæc à Sleidano commemorantur. Egregiam verò & dignam themate probationem. Priùs oſtendi oportebat, conjugium clericorum crimen eſſe, & deinde de gravitate ſtatui. Et ſi maximè eſſet, non propterea gravius, quia nullam in eo criminis rationem reus animadvertere vel deprehendere potuit. Etiam Saulus perſuaſum habebat, quaſi rectè faceret, quum eccleſiam perſequeretur: nec propterea graviùs peccavit, quàm ſi feciſſet, quòd im-
2. Tim. 1, 13. probè fieri ſua met ipſi dictaſſet conſcientia. *Eram blaſphemus,* inquit, *& perſequutor & injurioſus: ſed mei miſertus eſt: nam ignorans id faciebam.* Sed talia refutationem non merentur. Interim Franciſcus Coſterus Jeſuita Enchiridio controverſiarum, ubi de Cœlibatu agit, propo-
cap. 19. ſitionem nonam hujuſmodi format: *Sacerdos ſi fornicetur aut domi concubinam foveat, tametſi gravi ſacrilegio ſe obſtringat, graviùs tamen peccat, ſi contrahat matrimonium.* Et hoc Enchiridion probarunt & laudarunt Theologi Moguntini, Colonienſes, Trevirenſes & Lovanienſes. Ita videlicet abſona non niſi abſonis defenduntur: & qui abſurdam ſententiam præfractè tuendam ſuſcipit, ad majorem abſurditatem gradum ſtruit.

Nondum eò delapſi fuerant Canoniſtæ & Scholaſtici. Gra-
diſt. 28. c. 9. tianus ex concilio Neocæſarienſi: *Presbyter ſi uxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Quòd ſi fornicatus fuerit, extra eccleſiam abjici, & ad pœnitentiam inter laicos redigi oportet.* AB ORDINE, ait hîc gloſſa, *id eſt, ab officio & non beneficio. Et ſecundum hoc magis punitur ſacerdos qui fornicatur, quàm qui legitimè contrahit: & hoc ideo, quia facit contra ſacrum ordinem, & etiam contra legem: & ideo minùs peccat ducendo*

tendo uxorem, quia credit hoc ſibi licere. Thomas Aquinas: *Si Acoluthus in ſecretá confeſſione ad diſcretum ſacerdotem veniat, & ſe nullo modo poſſe continere dicat, non multùm peccat ſacerdos, dando ei conſilium; ut cum aliquá occultè matrimonium contrahat, & occultè epiſcopi ſui oculos fallat. Minus enim credimus eſſe peccatum, beneficium cum occulto conjugio retinere, quam fornicariam contra divinam prohibitionem habere. Si verò poſteà ſacros ordines à ſuis Prælatis cogatur accedere, credimus minus eſſe peccatum uxore uti, quàm cum aliâ fornicari, ſi ex toto noluerit continere.* Hæc totidem verbis è Summâ, cujus initium *Commiſerationes Domini,* Martinus Chemnitius allegat: nam equidem id ſcriptum me non legiſſe fateor. *Exam.Concil.Trid.*

Vidimus itaque ſenſim à ſeculo in ſeculum ad majores abſurditates, quin impietates progreſſum fieri. Ne presbyter fornicetur, præceptum eſt Dei; ne ducat uxorem, Pontificis. Annón itaque, dum ſtatuunt contrahentem matrimonium graviùs peccare quàm fornicantem, Pontificis legem divinæ legi præferunt? Annón, dum Pontificiæ primas, divinæ ſecundas adſignant, præludunt ei, qui *ſe opponit & effert, ſupra quicquid dicitur Deus aut numen?* Non dicam *2.Theſſ.2.v.4.* nunc, mandatum Dei eſſe, ut quicumque non continet ſeſe atque uritur, ſive presbyter fuerit, ſive laicus, matrimonium contrahat: Pontificis eſſe, ne contrahat. Mandata itaque ſua Pontificem divinis non modò præponere, ſed & opponere. Id in confeſſo eſt, etiam hodie vel ſub ipſo honeſto reformationis titulo maritos eccleſiaſticis beneficiis & collegiis ejici, retineri verò fornicatores & concubinarios. Quodnám tetrius, deteſtabilius & flagitioſius flagitium flagitio Sodomiæ? & id tamen ſuperiori ſeculo publicatis rythmis Italicis laudavit Johannes Caſa, nihilominùs Pontifici ab epiſtolis & arcanis, Cameræque Apoſtolicæ decanus, Archiepiſcopus etiam Beneventanus & in ditione Venetâ legatus. Si conjugium clericorum laudare auſus fuiſſet,

——————tædâ luxiſſet in illâ,
Quá ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant.

Bellarminus, quum ſibimet ipſe objeciſſet: *Cœlibatus clericorum prodigioſas libidines parit, mundum concubinis & eccleſiam ſcandalis* *l.1.de Clericis c.21.* *replet. Reſpondeo, ait, falſum eſſe, quòd cœlibatus iſta pariat, ſed abuſus eſt cœlibatus qui iſta parit. — Si autem propter abuſus res bonæ tollendæ eſſent, ſacramenta & ſcriptura etiam tollenda eſſent.* Quod equidem a tanto viro ine-

ptè dictum arbitror. Abuſus ſupponit ſive includit uſum abſtractè loquendo, hoc eſt, rem, de quâ agitur, applicari ad praxin ſive opus aliquod. Nam ſi rectè applicatur, bonus & legitimus eſt uſus; ſecus, abuſus. Quis autem dixerit, aut ſi dicatur, adſequi poſſit, cœlibes quum fornicantur, cœlibatum ſuum ad praxin & opus transferre? Cœlibatus quidem eſt ſtatus vitæ extra matrimonium, quæ degitur *l.2.adv.Iovin.in fine.* VEL continenter & absque omni Venere, unde Hieronymus *cœlibibus nomen inditum eſſe* dicit, *quòd cœlo digni ſint, quia coitu careant*; quomodo cœlibatus idem fuerit quod continentia ſtatúsve continentiæ; & talem fidelium, præſertim religioſorum & clericorum cœlibatum eſſe oportet: VEL incontinenter & non ſine Venere, quamvis illicitâ, qualis cœlibatus impurus & profanus eſt, Chriſtiano nomine indignus, nec verè propriéque, hanc præſertim materiam tractantibus, cœlibatus appellandus, ſed ſtatus ſcortationis, peccati mortalis aut concubinatus.

Igitur qui ſcortatur & libidinibus indulget, eo ipſo quemadmodum continens, ita quoque cœlebs, ſecundum veram quidem propriamque acceptionem cœlibis, eſſe deſinit, & neque continentiâ neque cœlibatu abutitur, ſed & illam & hunc penitus amittit. *1.Cor.6,18.* Corpore ſanè ſuo ipſius abutitur: nam *omne peccatum, quod fecerit homo, extra corpus eſt, ſed qui ſcortatur, in proprium corpus peccat*. Hujus autem prægrandis & enormis peccati inter clericos Pontificios adeo frequentis cauſſa eſt temerarium propoſitum continentiæ, ſive etiam lex cœlibatus indifferenter omnibus impoſita. Cauſſa eſt, inquam, quæ removet prohibens. Conjugium enim incontinentiæ & uſtionis adęquata ſive, ut medici loquuntur, appropriata eſt medicina, per quam fit, ut ardor reſtinguatur, & legitimè laudabiliterque agatur, quod alioquin vitioſè & nequiter ageretur, ſicut in ſuperioribus fuit expoſitum. Prohibet itaq; vagas & damnandas libidines. At temerarium propoſitum continentiæ & lex univerſalis cœlibatus ſalutarem hanc & divinitùs datam medicinam amovēt & ſecludunt. Si graſſante lue peſtilente alexipharmacum in promtu eſſet, quo adhibito contagium prohiberetur tutiq́; præſtarentur homines, alioquin certò perituri; qui hujusmodi ἀλεξίφαρμακον removeret aut ſegregaret, ille profectò interitus hominum cauſſa eſſet. Haut aliter ſcortationum & flagitiorum cauſſa eſt, qui incontinentibus matrimonium interdicit.

Ajunt

Ajunt Pontificij doctores, donum continentiæ precibus im-p[illegible] poſſe. Nolim negare, aliquos impetrare poſſe: omnes poſ-[illegible] non magis admitto, quàm quod Bellarminus ſcribit, *illos* *l.1.de Cler.* *[illegible] donum continentiæ, qui volunt & cupiunt continere -- & illam vo-* *cap.11.* *luntatem [illegible]nendi propter Deum eſſe ipſum donum continentiæ.* Quaſi i[illegible]ve[illegible]e & poſſe nullum foret diſcrimen, & quicumq; cuperet a-[illegible]e excellere, hoc ipſo eâ excelleret. Donorum ſine quibus [illegible]mo conſequi nequit, longè alia eſt ratio; de quibus lu-[illegible]do, impetrari precibus omnia poſſe, nec Deum permiſ-[illegible], ut homo ſalutis ſuæ ſatagens ullo neceſſario auxilio do-[illegible]at[illegible]. At continentia, quæ videlicet remedio conjugii [illegible]et, ad ſ[illegible]tem neceſſaria non eſt, ſed referenda magis inter d[illegible] nullis ad ædificationem & emolumentum eccleſiæ [illegible]p[illegible]cio Deus impertit. Gratias gratis datas vocant, [illegible]num, loquendi linguis, vel alia præſtandi communem [illegible] naturam & vires excedentia. Confert has gratias Deus, [illegible]um eſt, aliquibus, quorum operâ ad mortalium converſio-[illegible]ſtis veritatis propagationem uti conſtituit. Sic voluit p[illegible]s architectos eccleſiæ pollere linguis loquendi, mira [illegible] interpretandi donis, quorum videlicet adminiculo doctri-[illegible]ca paſſim terrarum annunciaretur, confirmaretur, illu-[illegible]. Hæc etiam ipſa non doctrinæ modò exiſtimationem di-[illegible], ſed doctoribus quoque auctoritatem & dignitatem [illegible] & ut in veneratione ſint, efficiunt. Neq; negandum, eos [illegible] rectè uſi ad ſalutem multos erudierint, & in eccleſiâ [illegible]averint, mercedem ſuam, quam Aureolam nonnulli 1. *Cor.* 3. [illegible] accepturos. Pari ratione continentia matrimonij non 14. [illegible] eſt peculiare & extraordinarium, communem na-[illegible]nem ſ[illegible]perans, quod eò præcipuè ſpectat, ut præco [illegible]ere & [illegible]ce impedimento muneri vacare, peregrinas ter-[illegible]c, & [illegible]qutionum procellas, ſi ingruant, (quarum intui-[illegible]que alij non malè convenit) fortiùs excipere vel [illegible]nare poſſit: qualia primis præſertim eccleſiæ tem-[illegible]bantur. Conciliat itidem perſonæ dignitatem & [illegible]c [illegible]ebit remuneratione, ſi qui uxoris ducendæ li-[illegible]habuit, ſ[illegible] aptè ſponte, ut Deo & eccleſiæ totus [illegible]. Refero itaq; donum continentiæ ad grati[illegible],

quas vocant gratis datas. Et ſicut fieri poteſt, ut propter ejuſmodi gratias homo inſoleſcat, ſuperbiat, aliosque præ ſe contemnat; ita quoque continentia vel virginitas occaſio eſſe poteſt ſemetipſum efferendi & alios, etſi ejusdem fidei conſortes, deſpiciendi: quale periculum donis fidei, ſpei, caritatis non adhæreſcit. Fidem itaque, ſpem, caritatem Deus quibusvis largiri paratus eſt: non item alteras illas gratias, quibus non ex æquo ſemper eccleſiæ nedum homini opus eſt, & fieri poteſt, ut, qui nactus fuit, ad ſuam ipſius perniciem abutatur. Sicut itaq; præclara quidem dona ſunt ſanationum, linguarum, prophetiæ, & ſcientia ad decus & incrementum eccleſiæ, neutiquam autem quovis tempore æquè ſive utilia ſive neceſſaria, atque ideo non ſemper precibus à Deo impetrari poſſunt, ſed
1. Cor. 12. *diſtribuit illa Spiritus privatim ſingulis, ſicut vult*: ita quoque de dono continentiæ, quæ ad uſtionem reprimendam matrimonij medicinâ nullatenus indigeat, ſtatuendum. Nam & huc reſpiciens Apoſtolus, *Vnusquisq;*, inquit, *proprium donum habet ex Deo, alius quidem ita, alius*
1. Cor. 7, 7 *autem ita*. Et quemadmodum dicit, *Velim omnes vos linguis loqui*; ita quoque, *Velim omnes eſſe, ſicut ipſe ſum*. Quin illa, quam diximus, me-
1. Corinth. dicina ab ipſo Deo data & ordinata, ut ſit humanæ infirmitatis & in-
14, 5. continentiæ remedium, neutiquam fuerit contemnenda vel temerè rejicienda, nec obſtinatè flagitandum aut exſpectandum, ut aliter Deus nobis, quam cæteris ſuis fidelibus, vel certè maximæ fidelium parti, conſulat. Apoſtolus igitur ipſo etiam illo tempore, quo iſtæ gratiæ frequentiſſimæ erant, & quum ſcriberet, *Velim omnes eſſe, ſicut ipſe ſum*; non tamen ſcripſit, *Si ſe non continent, orent*; ſed, *Si ſe non continent, matrimonium contrahant*. Applico huc verba Auguſtini è li-
Cap. 31. bro de Agone Chriſtiano: *Sunt qui viduas, ſi nupſerint, tamquã adulteras damnant, & ſuper doctrinam Apoſtolicam ſe prædicant eſſe mundiores. Qui nomen ſuum ſi vellent agnoſcere, mundanos ſe potius quàm mundos vocarent. Nam viduas ſuas uri cogunt, quas nubere non permittunt. Non enim prudentiores habendi ſunt, quàm Paulus Apoſtolus, qui ait, Malo eas nubere, quàm uri.* Vocabulo *viduarum* ſubſtitue vocabulum *clericorum*; & rei præſenti inſigniter quadrabit.

Dicent, presbyteris & diaconis ad ſalutem opus eſſe, ut matrimonio abſtineant; atque ideo Deum, qui ad ſalutem neceſſaria nemini deneget, ut abſtinere poſſint, indubiè argitu[illegible]m. Reſp[illegible]n-deo opus eſſe ut fornicationibus & impudicitijs abſti[illegible]ant, & h[illegible]

fini

[illegible] aliis, ita quoque ipſis conjugium indulſiſſe. Ut ma-
[illegible] abſtineant, Deus, qui ſolus ad ſalutem neceſſaria præſcri-
[illegible] Obligatio enim abſtinendi à conjugio aut eſt à lege
[illegible] poſitivâ, aut à voto. Et quidem, quod clericos attinet, à ſo-
[illegible] voto eſſe ſub initium hujus tractatus oſtendimus.
L[illegible] humana non poteſt ſtatuere, quæ ad ſalutem ſint neceſ-
[illegible] quibus obſervatis aut vitatis ſalus nequeat obtineri;
[illegible] quod juxta legem divinam bonum & laudabile eſt,
[illegible] damnationem inducat. Lubet hîc adſcribere ver-
[illegible] is Gerſonis ex Lectione quartâ de Vitâ ſpiri-
[illegible] *poteſt dare præcepta affirmativa aut negativa ſub* In initio.
[illegible] *illam infligere ſolus poteſt. Nullus ergo perdit gra-*
[illegible] *onis æternæ incurrit, niſi pro quanto divinæ le-*
[illegible] *extiterit.* Item: *Omiſſio horarum canonicarum,* Coroll.4.
[illegible] *orum eccleſiaſticorum & generaliter omnium ſtatutorum*
[illegible] *canonum numquam eſt mortale peccatum, niſi pro quanto*
[illegible] *iva diſſonans invenitur.* Et poſt aliqua: *Quòd ſi quis* Coroll.6.
[illegible] *ut diceret hujuſmodi legem habere robur legis divinæ, ſibi*
[illegible] *aut alios hoc cognoſcentes reſiſtere in faciem, & dicere,*
[illegible] *ulat ad veritatem evangelii. Ex quo amplius videtur,*
[illegible] *re, tot leges & canones & regulas quot reperiuntur, o-*
[illegible] *peccatum mortale, tum ex multis cauſſis, tum nominatim*
[illegible] *hujuſmodi conſtitutiones impertinentes ſunt legi divinæ,*
[illegible] *ſui expoſitionibus ſufficienter tradita explicataq; eſt.*
[illegible]

[illegible] quidem agere animus non eſt. Dico tamen
[illegible], Si, qui dono continentiæ caret, continen-
[illegible] m eſt votum, nec id Deus ratũ habet. Quod
[illegible] non eſt, tuasq; vires ita ſuperat, ut à te præſtari
[illegible] eria [illegible] tui eſſe nequit. Et quod votum amoto
[illegible] pe[illegible]m præſidio in præſentiſſimum peccandi
[illegible], fu[illegible] ruinæ & interitus tui cauſſa, id Deus,
[illegible] h[illegible]nes affectu, non probat, non acceptat.
[illegible] ſolvi oportet: ſed quæ nec temerè conce-
[illegible] poteſtatem & ſupra vires ſint voventis, nec in
[illegible] æ ſalutis præcipitent. At quibus ſpe-
[illegible] æ divinitus collatum non eſt, ſi nihilo-

minus continere nec medicinâ conjugii uti velint, uruntur, hoc eſt,
æſtu libidinum ita flagrant, ut animo tranquillo pacatâque con-
ſcientiâ officij ſui partes peragere & Deum invocare nequeant, at-
que adeo periclitentur, ne vehementia cupiditatum victi ſuccum-
Philippica 18. bant & impura deſideria opere compleant. *Uri eſt illegitimo congreſſu*
aut fœdis cogitationibus ſe polluere, ait rectè Alfonſus Virveſius; cujus
hac ipsâ de re ſententiam, etſi compluribus verbis conceptam, quia
Philip. 19. ſani judicii luculenta impreſſa habet veſtigia, viſum eſt operæ pre-
cium ſubjungere. *Non minimam,* inquit, *difficultatem faciunt verba il-*
la; Propter fornicationem unusquisque uxorem ſuam habeat: quibus unicui-
que tribuitur jus uxorem ducendi, ſi aliter fornicationem vitare non poteſt
Quo jure ego, ut ingenuè loquar, non video, quomodo ſe quisquam poſſit pri-
vare illorum, quibus explorata fuerit propria fragilitas, quin ſimul ſe vita æ-
Eccl. 5, 3. *ternâ privet. Diſplicet enim Deo infidelis & ſtulta promiſſio. Et quid ſtultius*
quàm id polliceri, quod præſtare nequeas? Receptiſſimum vero eſt apud Theo-
logos, in viâ ſalutis humanæ nullam eſſe perplexitatem, hoc eſt, neminem ita
legibus aut votis poſſe teneri, quin aliquis pateat illi modus, quo ſaluti ſuæ
conſulere poſſit. Iam ſi daremus illum, qui temerè ſe legibus aut votis conti-
nentiæ adſtrinxit, nec poſſe ducere uxorem, quia cœlibatum promiſit, aut
ſaltem admiſit; nec poſſe continere, quia non eſt de illis, qui poſſunt capere
Matt. 19. 11. *verbum iſtud, quandoquidem non omnes capiunt, ut Chriſtus ait: hujusmodi*
homini clauſa eſſe videretur utrinque ſalutis via (quis autem hæc credat?) nam
ſi duxerit, peccat in profeſſionem & leges eccleſiæ: ſi non duxerit, peccabit, ſi
continere nequeat, in jus divinum. Quid igitur faciet? quò ſe vertet miſellus
homo, qui peculiari illo munere continendi deſtitutus, medius tenetur, & u-
trinque diris & inextricabilibus ſcrupulis conſtringitur? Ego autor illi eſſem
ut omnia tentaret quò perficere poſſet, quod eſt pollicitus: nec id oneris ei
imponerem, niſi ſe ipſe, jure illo ducendi, quod habent omnes homines, ſua
ſponte privaſſet, ita ut nihil juris ſibi reliquerit, præter id, quod conferunt A-
poſtoli verba, Propter fornicationem unusquisque uxorem ſuam habeat: quo non
poteſt uti, niſi prius tentatis omnibus, deprehenderit ſe fornicationem aliter
vitare non poſſe. Nam ſi poteſt aliter vitare, nullum ſupereſt ei ducendi jus,
quo ceſſit in univerſum cœlibatus profeſſione. Cur non poteſt, inquies, quod
conceſſum eſt omnibus, uti? Quia libertatem illam communem ſponte ſua
obtulit Deo, exhibens corpus ſuum hoſtiam viventem, ſanctam Deo placentem:
Rom. 12. 1. *ſi tamen, quod Apoſtolus addit, rationabile fuerit ejus obſequium. Hæc colla-*
tio quum poſſibilis ſit, ut ſupponimus, tametſi difficilis, & piam eſſe tunc A-
poſtoli

[illegible] tum Chriſti ipſius verba declarent, quis dubitet, quin illum, qui [illegible] obliget ad reddendum? Verùm de hoc fuſius, quum de votis [illegible] diſſeremus. Nunc ad illum, quem legitimus ſcrupulus angit & [illegible] omnibus, quæ Chriſtiana prudentia fert, ſeriò ac fidei ardore [illegible] ſe neuſque continere, confidenter ego illi auderem conſule-[illegible] propria autoritate, quæ potius eſſet temeritas, ſed ſummi Pontificis [illegible] ſaluti ſuæ per [illegible] prospiceret. Annón poterit hoc Pon-[illegible] Quid ergo poteſt, ſi animas Chriſti ſanguine redemtas, de [illegible] inferni, quò ſe incautè præcipitarunt, evadere conantes, non [illegible]? An tantum poteſt excommunicationum & anathematum [illegible], leges condere; & totius orbis lites Romam transferre? Ego [illegible] jure illi Chriſtiana respublica attribuit, libenter agnoſco, ita [illegible] ſalutem præcipuè intelligat ſibi commiſſam, & ad hanc [illegible] ſciat ſe plenitudinem poteſtatis accepiſſe. Hoc eſt [illegible] quum caſus neceſſitatis inciderit, poſſe facere id, [illegible] faceret, ne ſalus animarum diſcrimen aliquod majus [illegible].

[illegible] defenſorem cœlibatus & votorum monaſticorum [illegible] qui dono continentiæ non pollet, ſemetipſum re-[illegible] privare nequeat, *quin ſimul ſe vita æterna privet.* Re-[illegible] hominem temerarij voti laqueis irretitum ad Ponti-[illegible] poteſtate voto ſolvatur. Sed neq; Pontifici neque ulli [illegible] Deus ſuas partes ita transſcripſit, ut quisquam, quaſi [illegible] per auctoritatem vel plenitudinem, ſicut loquun-[illegible] vera & valida ſive juramenta ſive vota reſcindere & [illegible] poſſit tollere. Solvuntur enim quemadmodum ju-[illegible] vota, quæ quidem ſolvi fas fuerit, per clavem [illegible] ſententiæ, hoc eſt, declarantur & oſtenduntur eſſe [illegible] contraria, vel noxia, vel periculoſa, & proinde à DEO [illegible] obligationem inducere. Hoc quidem rectè Vir-[illegible] cujus res agitur, non vult ſuo ipſius judicio [illegible] autem conſilium & ſententiam potius exquirat, [illegible] & epiſcoporum? *Nam labia ſacerdotis cuſtodient* Mal. 2, 7. [illegible] Romanus epiſcopus patriarcha eſt occidentis, ſive, [illegible] univerſæ eccleſiæ, ipſum præ cæteris omnibus [illegible] facultate explicandi, quæ dubia vel ambigua [illegible]. Nihil itaq; mirum, ipſum de talibus ſæpè

conſultum fuiſſe, non tamquam qui à Deo peculiariter ſibi commiſſam de votis diſpenſandi poteſtatem poſſideret, ſed qui ut dignitate, ita quoque ſcientiâ excellere crederetur. Quin ex epiſtolis Alexandri III. & Innocentij III. quas inter Decretales de Voto & voti redemtione allegat Raymundus, manifeſtum eſt & ipſi fatentur, rogatos fuiſſe, ut in dubijs caſibus conſilium darent. *Acceſſit ad nos*, ait ille, *ut ſibi noſtrum ſuper hoc conſilium aperiremus.* Iſte: *Noſtrum & fratrum noſtrorum conſilium cum devotione requirens.* Quod tamen, quâ fuerunt ambitione, in argumentum & augmentum potentiæ ſuæ detorſerunt.

lib.3.tit. 34.

Jam quod dixi acceptationem divinam requiri, ut valida ſint vota, id ita benè & perſpicuè docuit Franciſcus Suarez, ut nullâ alia opus ſit demonſtratione. *Materia voti*, inquit, *eſſe debet conſona divinæ voluntati, aliàs Deus non acceptat illam, & conſequenter promiſſio non valet.* Item: *Quia de ratione promiſſionis, cuicumq; fiat, eſt, ut includat conditionem, ſi res promiſſa promiſſario placuerit: nam ſi diſplicеat, non tenet promiſſio, & hac ratione omnis promiſſio, etiam jurata, deſinit obligare ad arbitrium promiſſarij, quia ratione conditionis incluſæ pendet a voluntate ejus: ergo etiam votum, quatenus promiſſio eſt, hanc includit conditionem: ergo ut votum obliget, neceſſaria eſt acceptatio ex parte Dei.* Sic etiam Thomas Aquinas de voto diſputans, *vanam* docet eſſe *promiſſionem, ſi promittatur id, quod non ſit acceptum.* Quis autem dixerit, Deo acceptum eſſe vel à Deo acceptari, quod vi infinitæ ſuæ ſcientiæ certò videat & cognoſcat promittenti occaſionem fore peccati & damnationis? Si filius meus promittat mihi, quod non modo ex re ipſius non fore, ſed cauſſam damni & interitus præbiturum intelligam, num ejuſmodi promiſſionem, quamvis profectam ex animo pietatem & obſequium teſtandi cupidiſſimo, ratam habebo & acceptatione meâ confirmabo? Deus autem multos occaſione votorum ſuorum in laqueos & ruinam præcipites actum iri certò & infallibiliter videt ac intelligit: & erga fideles, utpotè filios ſuos, non aliter afficitur, quàm pater. *Ut enim miſeretur pater filiorum, miſeretur Dominus timentium ipſum.* Vota itaque temeraria & infelicem exitum habitura eum acceptare non dicent, niſi qui aut quò evaſura ſint, ignorare, aut paternum in ſuos animum exuiſſe eadem operâ velint aſſerere.

l.2.de Voto, cap.7.

lib.4.c.22

2.2. qu. 8. art. 2.

Pſ.103,13.

Adſeri-

Adſcribam in eandam ſententiam verba lectu digniſſima Martin [illegible] eri ex epiſtolâ ad Bartholomæum Latomum: *Tu certè nullum [illegible] vel famuli tui votum probaveris; niſi quod ſit in re tibi grata. [illegible] [illegible] finxit quoſdam, ut velit eos ſibi in matrimonio ſervire, non in cœlibatu, eaq; de cauſſa præcipit his, ut unusquisq; ſuam uxorem, unaquæq; ſuum maritum habeat, vitandæ fornicationis cauſſa. Tales ergo ſi voveant cœlibatum, Deus perinde gratū habebit, & ita reddi ſibi poſtulabit ipſorum vo[illegible], [illegible] gratum ſis habiturus votum famuli tui, quem quum ad ſcribendum conduxiſſes, ille tibi voviſſet, omiſſa ſcriptione jucundum aliquod carmen ca[illegible] vel ſcite ſaltare. Velut ſimiliùs conferam, Si famulo mandaſſes precio[illegible] ſupellectilem tuam impoſitam equo tuo celeriter aliquò perfer[illegible] em voveret in tuam gratiam ipſe eam ſarcinam humeris ſuis, quò [illegible] [illegible] are ex itinere autem feſſus incideret in manipulum latronum, [illegible] [illegible] em raperent, & famulum occiderent. Hoccine votum tibi [illegible] vel conſultius vel gratius Domino faciunt, qui juſſi à Do[illegible] accipere paratum eis adjutorium uxorem.* Nempe qui do[illegible] [illegible] ç non inſtructi poterant & debebant comite uxore hoc [illegible] [illegible] gere, malunt ſoli ambulare, atque adeo quum temera[illegible] [illegible] id aliquando zelus; ſed prudentiâ deſtitutus expreſ[illegible] [illegible] infirmitatis ſuæ remedium & adverſus tentationes [illegible] [illegible] nt, incidunt plerumq; in uſtiones, fornicationes & [illegible] [illegible] itia. Valet igitur hîc, quod dixit Johannes Gerſon, [illegible] paullò antè laudabamus: *Iuramentum ſicut & votum* coroll. 13. [illegible] *[illegible] gunt palam ad deteriorem exitum. Idcirco recipiunt di[illegible] [illegible] relaxationem, aut commutationem, ut ſapiens, præſertim* [illegible]. Sapientia videlicet apud ſuperiores & qui digni[illegible] [illegible] n eccleſia funguntur, potiſſimùm quærenda. Ad [illegible] [illegible] primis recurrendum; quod etiam ne quid teme[illegible] [illegible], ſi quiſq; ſuopte judicio permittatur, vel, quein [illegible] ſtatuo poteſt ſanciri. Hinc Thomas Aquinas: *Quia* 2.2.q. 88. art. 2. *[illegible] pertinent, de facili fallitur homo in judicando, talia vo[illegible] [illegible] arbitrium ſuperioris ſunt vel ſervanda, vel præ[illegible] [illegible] n quod ſ ex obſervatione talis voti magnum & mani[illegible] [illegible], & non eſſet facultas ad ſuperiorem recurrendi, non [illegible] ſervare.* Perpendendum etiam quod ab eo[illegible] *[illegible] dam ſunt quidem in ſe conſiderata bona, poſſunt [illegible] tum, in quo non ſunt obſervanda.* Et noſtro

tem-

L. 4 tract. tempore eruditiſſimus vir Paulus Laymannus in Theologiâ ſuâ mo-
4.c.8. rali inter juſtas cauſſas diſpenſandi ponit, *ſi votum voventi, ſpectata corporis conſtitutione naturaq́; fragilitate periculum majoris ruinæ pariturum videatur. Hujusmodi,* inquit, *ſolet eſſe votum cœlibatus ſeu perpetuæ continentiæ, editum à perſona ad carnis lapſum proclivi.*

Cæterùm nos hic de cœlibatu non ut à voto, de quo ſaltem ἐκ παρέργου nonnulla interſerere voluimus, ſed ut à lege pendet, diſputamus. Diximus autem ſuprà, per legem humanam poſitivam non poſſe fieri, ut ad ſalutem neceſſarium ſit conjugio abſtinere, & proinde continentiæ donum acquirere. Si alteruter conjugum morbo detineatur, (id à Pontificijs ſolet objici) ut maneas in ſtatu gratiæ nec ſalute excidas, prorſus opus eſt adulterio abſtinere. Eatenus igitur à Deo continentiam, quippe ejuſmodi caſu omnino neceſſariam, impetrari poſſe nullum eſt dubium. Quamobrem non eſt paritas inter eum, cui talis aliquis inevitabilis caſus neceſſitatem continentiæ imponit, & alium qui remedium divinitùs ordinatum negligit aut ſpernit, & ſibimetipſi, quum declinare facilè poſſet, ad merum hominum arbitrium, ne ſperatâ dignitate vel divitijs excidat, laqueum induit. Idem de juvenibus, priuſquam matrimonium ſortiantur, dicendum. nam ipſis quoq; tantiſper continere & vagas libidines ſcortationesq́; vitare, ne iram Dei & damnationem incurrant, neceſſarium eſt. Gratiam igitur, quâ hactenus opus, à Deo cõſequi poſſunt. Adde, ſpem potiundi licito & honeſto amore ἀταξίαν concupiſcentiæ frenare & compeſcere. In alijs verò ſpes iſta penitùs præciſa & lex in contrarium poſita concupiſcentiam, quæ ejus eſt perverſitas, magis auget & accendit: quod poteſt etiam ex capite ſeptimo ad Romanos ſive probari, ſive declarari.

Dicunt, ſi precibus jungantur ſeria jejunia & vigiliæ corpori macerando, & non minùs, quàm lautitiæ ciborum & liberalior potus, converſatio & colloquia cum fœminis vitentur, innoxium & caſtum cœlibatum præſtari poſſe. Et ſanè verum eſt, niſi peculiare & eximium continentiæ donum Deus contulerit, neceſſaria iſta videri, & à clericis Græcis cœlibibus ita obſervari. Perſuaſum videlicet habent Græci, ut ex illis, qui apud nos fuerunt, accepi, virum juvenem, qui genium ſuum ultra communem conſuetudinem non defraudet, qui comedat, bibat, ut vulgò fit, conviviis interſit & cum fœminis verſetur, perpetuam continentiam præſtare vix poſſe, certè ſuſpi-

[illegible]icionibus obnoxium eſſe. Jubent itaq; clericos ſuos aut matrim[illegible]o copulari, aut diſciplinam, qualis ab ipſorum monachis ſive calogeris ſervari ſolet, amplecti. Cujus quantus ſit rigor, nos doceat αὐτόπτης Petrus Bellonius. *Per omnem vitam*, ait, *carnium eſu abſtinent, atq; etiam frequentiſſimè piſcium ſanguine præditorum, præſertim quadrageſimæ ipſorum tempore. Duriter admodum vivunt, & vix ullum ferculum eſt illis uſitatius olivis conditis, non noſtris ſimilibus, ſed nigris & maturis, quæ ſine muria inſtar prunorum exſiccatorum ſervantur.--Caterùm è ſex religioſorum millibus in monte Atho degentium ne quem ocioſam vitam traducere exiſtimetis. nam ſummo diluculo è ſuis monaſteriis egreſſi ſinguli ſua inſtrumenta geſtant; alij bipalium, alij ligonem, alij falcem, peramq; haben[illegible] ex humero dependentem, in qua panis bis coctus & cepa. Singuli pro ſui monaſterij œconomia ſuſtinenda laborant, alij vineas fodientes, alij arbo[illegible]tes, alij naves fabricantes.* Hujuſmodi vita calogerorum a[illegible]zcos; nec multùm abſimilis presbyterorum cœlibum, qui [illegible]achi vocantur. Sed quid ad eam Latinorum monacho[illegible] vita? quid epiſcoporum, clericorum, canonicorum? quibus ne[illegible] delicatiùs epulatur, largiùs bibit, aut majore ocio marce[illegible]. *Nempe*, ut verbis utar Laurentij Juſtiniani, primi Venetorum [illegible] *ſacerdotum clericorumq; maxima pars obruta jacet volupta[illegible], & be[illegible]iarum quaſi more degentium parum ab illa ſecularium, illo[illegible]ſatio diſtat. Incedunt quotidie per plateas; hinc inde diſcurrunt; [illegible] & [illegible]aculis interſunt; choreis dimiſſa omni gravitate ſe miſcent; [illegible] turpiloquiis vacant & nugis; habitu pompatico veſtiun[illegible] criſpantibus comam nutriunt.* Quis tales credat continen[illegible], vel poſſe eſſe?

Obſerv. l. 1, c. 35.

De compunctione & complanctu Chriſt. perfectionis.

F[illegible]ciſcus Coſterus jubet *ad cohibendos motus concupiſcentiæ a[illegible] cilicij, vigiliarum, jejunii adhibere, corpusq; petulcum laboribus [illegible], & ad proximas inferni pœnas oculos convertere. Beatus Benedi[illegible], in ſpinas ſe volutavit nudum; Sanctus Franciſcus in frigidiſſi[illegible], ut ſuperata tentatione infernum evaderent.* Quis autem ho[illegible] facit vel adhibet? Et ſi beato Benedicto & Sancto Fran[illegible] ſuper[illegible]das tentationes ejuſmodi remedijs opus fuit, quali[illegible] hominibus noſtris, qui ab innocentiâ & ſanctimoniâ [illegible] & Franciſci longiſſimè abſunt? Cur non catervatim, ju[illegible] iſti, æſtate per denſa ſenticeta, hyeme per altas nives [illegible] a jocum, ſi intelliguntur jejunia aliæque carnis ca-

Enchir, controv. c. 19, prop. 7.

ſtigationes moderatæ & ordinariæ, quales abſque noxâ infirmitas humana admittere & ſuſtinere poteſt; in iis qui ſpeciali dono continentiæ præditi non ſunt, haut efficient, quod hîc quæritur. Sin de admodum intenſis & communem atq; tolerabilem modum excedentibus agitur, non eſt medicina, quæ indifferenter tot hominibus & toti clericorum ordini poſſit applicari. Pauci fortè heroica quadam fortitudine præditi admiſerint aut ſuſtinuerint: reliqui eam vim ſibimetipſis inferre neq; volent, neque poterunt. Quin ſi inferant, multi non corporis modò ſed animi quoq; deliquium incurrent, & ad officia vocationis ſuæ obeundæ inepti evadent. *Fames & ſitis*, ait Seneca, *exaſperat & incendit animos.* Hieronymus item ad Demetriadem, *Novi ego*, inquit, *in utroq; ſexu, per nimiam abſtinentiam cerebri ſanitatem quibusdam fuiſſe vexatam.* Si itaq; clericos vehementiâ jejuniorum, vigiliarum & ſimilium afflictionum debiles & valetudinarios, quin moroſos aut deliros reddiderimus, num ad ſacra officia & eccleſiæ miniſteria & populi Chriſtiani inſtitutionem ſolatiumq; rectè eos præparabimus, & rem Deo gratam faciemus? Quãquam metuendum non eſt, ut ejuſmodi jugum aut epiſcopi & prælati, quorum foret in ſuoſmet ipſorum humeros priùs recipere & exemplo præire, imponant, aut reliqui admittant.

l.3. de ira, cap. 9. epiſt. 8.

Breviter, repudiato conjugij divinitùs ordinato remedio, nullum humanitùs inveniri poteſt, quo ſcandalis & turpitudinibus, quibus univerſalis clericorum cœlibatus Pontificiam eccleſiam horrendum in modum inhoneſtat & infamat, obviam queat iri. Nicolaus itaq; Tudeſcus Siculus, primùm auditor Rotæ, deinde abbas Monacenſis, tandem archiepiſcopus Panormitanus, quin Cardinalis, *qui meritò*, ut Trithemius ſcribit, *lucerna juris appellatur*, quamvis decretalibus Pontificum totus immerſus, re tamen ipsâ convictus, quum quæſtionem propoſuiſſet, *Numquid hodie eccleſia poſſit ſtatuere, ut clericus poſſit contrahere matrimonium, ſicut Græci*; reſpondet, *Credo quòd ſic, -- & non ſolum credo poteſtatem ineſſe eccleſiæ hoc condendi, ſed credo pro bono & ſalute animarum quòd eſſet ſalubre ſtatutum, ut volentes continere & magis mereri, relinquerentur voluntati eorum; non volentes autem continere, poſſint contrahere: quia experientia docente, quum hodie non vivant ſpiritualiter nec ſint mundi, ſed maculentur illicito coitu, cum eorum graviſſimo peccato, ubi cum propria uxore eſſet caſtitas, ut dicitur cap. Nicæna, unde deberet Eccleſia facere ſicut bonus medicus,*

de ſcript. eccleſiaſt. c. Cum olim, De cler. conj.

... ut ſi medicina, experientia docente, potiùs officit quàm proſit, eam tollat. Et utinam idem eſſet in omnibus conſtitutionibus poſitivis, ut ſaltem ... rent quò ad pœnam, & non quò ad culpam. nam ita creverunt ſtatuta poſitiva, ut vix reperiatur aliquis, qui non corruperit viam ſuam. Tantum luminis inter medias tenebras auditori Rotæ & interpreti Decretalium evidens rei veritas affudit, & ingenuam confeſſionem expreſſit.

Idem omnino viſum fuit Polydoro Virgilio Urbinati, ſub finem ſeculi decimiquinti de rerum inventione ſcribenti. Verba hominis ſunt, quæ ſubjicio: *Illud dixerim, tantum abfuiſſe, ut iſta coacta caſtitas illam conjugalem vicerit; ut etiam nullius delicti crimen majus ordini dedecus, plus mali religioni, plus doloris omnibus bonis impreſſerit, ... it, attulerit, quàm ſacerdotum libidinis labes. Proinde forſitan tam ... ca Chriſtiana, quàm ex ordinis uſu eſſet, ut tandem aliquando jus ... matrimonij ſacerdotibus reſtitueretur, quod illi ſine infamia ſanctè ... colerent, quàm ſe ſpurciſſimè ejuſcemodi naturæ vitio turpificarent.* lib. 5, c. 4.

Quin idem viſum fuit Pontifici Pio ſecundo, ante pontificatum Æneæ Sylvio, cujus variá inter apophthegmata Platina & Sabellicus hoc quoq; referunt, quod rectè dictum eſſe Johannes Hof... Auguſtanam confeſſionem cenſens agnoſcit, nempe, *... cauſam, cur adimeretur ſacerdotibus conjugium, ſed multò majores eſſe ... reddi debeat.* Sub alienâ itaque perſonâ propriâ ſententiam ... Aeneas expromſit, quando res in concilio Baſileenſi gerentans cuidam pro Amedæo Sabaudiæ duce in Papam eligen... ti hæc tribuit verba: *Fortaſſe non eſſet pejus ſacerdotes quàm ... rari, quoniam multi ſalvarentur in ſacerdotio conjugato, qui ſte... byteratu damnantur.* Neque verò mirum Aeneam Sylvium ... ſecundum ita ſenſiſſe, quippe qui ſibimetipſi exemplum ... uerit, quo conjugii neceſſitatem & honeſtatem doceretur. ... alicubi, *de me facio conjecturam, quem amor in mille pericula ... eris gratias, quòd ſtructas inſidias millies fugi, felicior aſtro quem Vulcanus cum Venere jacentem ferreo illaqueavit reticulo, de... q; diu cæteris oſtentavit.* Et epiſtolâ quadam ad parentem ... exhortatione filium ſe ſuſcepiſſe non fatetur tantùm, ſed gau... gloriatur. Ann. 10. lib. 6. lib. 2. in fin. prol. in hiſt. duor. amant. Epiſt. 15.

Quoniam in Pontificem incidimus, & quidem Pium, ſubjungamus huic ipſi aliquot ſucceſſores, ut quanta eorum in cœlibatu, quem tantâ pertinaciâ urgent & defendunt, caſtitas ac continentia fuerit, tandem intelligamus. PIUM videlicet ſecundum excepit PAULUS ſecundus, qui *illacrymaſſe dicitur, quòd ipſe qui non ſolùm eccleſia, ſed etiam continentiæ antiſtes eſſe deberet, filiam in ore atq; in oculis civitatis cum ſummo probro verſari videret, quum legem Dei ſciret eſſe, qua huic in matrimonio naſci licebat*; quemadmodum pro conjugio ſacerdotum ad Julium tertium ſcribit diſertus ille Ruthenus, Stanislaus Orichovius, Sequitur SIXTUS quartus, quem lupanar Romæ condidiſſe ſuprà ex Henrico Cornelio Agrippâ diximus, & cujus in epitaphio propter hanc aliasq; cauſſas Johannes Sapidus:

Sixte jaces tandem, deflent tua buſta cynædi,
Scortaq;, lenones, alea, vina, venus.

Lib. 7. *Alebat inter familiares ſuos*, ut memorat in hiſtoriâ Florentinâ Nicolaus Machiavellus, *duos, qui omnium opinione ipſius filij erant, quos tamen magis honeſto nomine palliaverat; Petrum unum, quem utpote regularem ad cardinalitiam dignitatem titulo S. Sixti evexit; Hieronymum alterũ, quem Forojulio donavit, expulſo inde Antonio Ordelaffio, qui eam urbem unà cum ſuis majoribus aliquot ſeculis in poteſtate habuerat.* Eorumdem meminit Onuphrius Panvinius. & nominatim de Petro cardinale, quòd *ampliſſimis ſacerdotiorum reditibus auctus ita ſplendidus fuerit, ut pecuniæ perdendæ* (uni prandio ultra XX. florenorum millia impendiſſe ſcribit Machiavellus) *natus eſſe videretur. Nam eo*, inquit Onuphrius, *biennio, quo tantùm poſteà ſupervixit, ducenta aureorum millia in victu abſumſiſſe, LX. verò millia æris alieni, argenti autem cælati CCC. pondo reliquiſſe traditur. Obijt voluptatibus confectus,-- paullo ante obitum creatus à Sixto totius Italiæ legatus.* Merito ſcilicet ſuo, & tanto munere dignus. Apud inferos autem excipi canit Baptiſta Mantuanus in hunc modum:

Vita Sixti. (margin)

In Alfonſo lib. 4.

At tu implume caput, cui tanta licentia quondam
Fœmineos fuit in coitus, tua furta putabas
Hic quoque, prætextu mitræ, impunita relinqui.
Sic meruit tua fœda venus: ſic prodiga in omnem
Nequitiam, ad virtutis opus tua avara libido,
Illa Dionææ Cytheraia munera conchæ,
Illa, pudicitiam quibus expugnare ſolebas,

Et ne-

Et noctes emere, & nuda indulgere paleſtræ,
Scimus, & in ſcriptis tua ſancta redegimus acta.

Hæc de Sixto quarto, ejusq; filijs & cardinalibus.

Succedit INNOCENTIUS OCTAVUS, qui ut Marulli epigramma habet;

Octo nocens pueros genuit, totidemq; puellas,
Hunc meritò potuit dicere Roma patrem.

Nam profectò, ut luſit Sannazarius,

Progenie exhauſtam reſtituit patriam.

Sicut autem obſervavit ſcriptumq; reliquit Raphaël Volaterranus, *pontificum primus fuit, qui novum & ipſe exemplum introduceret, palàm liberos nothos jactandi, ac ſoluta omni antiqua diſciplina divitiis omnibus eos cumulandi.* Franciſcum filium & Theodorinam filiam Onuphrius nominat: illi patrem *oppida nonnulla urbi vicina dediſſe, Laurentijq; Medicis filiam Magdalenam formoſiſſimam puellam matrimonio junxiſſe;* iſtam *Gerardo Vſumari Genuenſi nuptam magnis divitiis cumulaſſe* affirmat. Lib. 22.

Excipit nunc ALEXANDER ſextus, monſtrum veriùs ex libidine, avaritiâ, ſævitiâ & perfidiâ conflatum, quàm homo. Is, ut iterum Onuphrij verba producamus, *ſi quando negociis non premeretur, omnis ſe jucunditatis generi ſine diſcrimine dedit, mulieribus maximè addictus, ex quibus quatuor filios & duas filias tulit.* Nihil autem *habuit prius* (iterum etiam Volaterrani verbis utemur) *quàm Innocentij exemplo ſuos nothos honoribus, verùm longè majoribus extollere; quando jam res hæc,* ait Raphaël, *honori & gloriæ eſſe cepit.* Onuphrius ſpeciatim, qualiter id perfecerit, exponit. *Lucretiam filiam,* inquit, *quam ante pontificatum Hiſpano cuidam in matrimonium dederat, eidem ablatam* (tantâ ſcil. in æſtimatione eſt apud Pontifices ſanctum & indiſſolubile matrimonij vinculum) *Iohanni Sfortiæ Piſaurenſi principi primùm; deinde abdicatam Aloiſio Arragonio, Alfonſi regis filio notho; quo demum interfecto Alfonſo Eſtenſi Ferrariæ duci collocavit. Ex filijs verò natu minimum Gofredum principem Squilatinum fecit; medium Cæſarem, Cardinalem; maximum natu Iohannem ducem Gandiæ in Hiſpania creari procuravit, cui etiam uxorem dedit filiam notham regis Alfonſi. Qui quum nocte quadam vagaretur, inſidiis Cæſaris cardinalis fratris interfectus & in Tiberim projectus eſt, conniuente prorſus ad immane parricidij ſcelus patre pontifice.* In quem proinde epigramma Sannazarij:

Piſcatorem hominum ne te non Sexte putemus,
Piſcaris natum retibus ecce tuum.

Sed de eodem & filiâ Lucretiâ (nam quomodo ſceleratum filium fratricidam Cæſarem ad ſummas opes, dignitates & potentiam cum maximâ multorum injuriâ evehere allaboraverit, nunc omitto) teteriora idem Sannazarius:

Ergo te ſemper cupiet Lucretia Sextus?
O fatum diri nominis! hic pater eſt.

Et Johannes Jovianus Pontanus:

Conditur hoc tumulo Lucretia nomine, ſed re
Thais, Alexandri filia, ſponſa, nurus.

Hiſt. lib. 6. At mittamus hanc belluam, ſive ut Guicciardinus loquitur, *draconem, qui immoderata ambitione & peſtifera perfidia omnibusq; horrendæ crudelitatis, monſtroſæ libidinis & inaudita avaritia exemplis univerſum orbem infecit.* Ei ſucceſſit viginti ſex dierum pontifex Pius tertius, natus è ſorore Pij, cujus propterea nomen ſumebat, ſecundi. Sequutus eſt JULIUS ſecundus, genitus ex fratre Sixti quarti. Patrui ingenium retulit, Marti adeo deditus, ut obſidioni Mirandulæ ipſe tanquam copiarum imperator intereſſet, fixo prope tormenta, quorum diſponendorum curam ſibi ſumſerat, tentorio; nec alie-*Lib. 9.* nus à venere, quippe, ut teſtis eſt Guicciardinus, *ebrioſus, deliciis voluptatibusq; innutritus.* Filia ſanè ei fuit, Felix nomine, quam pontificatum adeptus Johanni Jordani Urſino in matrimonium dedit, uti ſcribit Onuphrius. Quæ de vi nobilibus adoleſcentibus illatâ ipſiâ Gallis objecta fuerunt, non adduco, ne incerta afferre vel hoſtili teſtimonio crediſſe videar.

Julio ſubrogatus fuit LEO decimus, de quo non proferam a-*L. 4. vita Leon. X.* lia, quàm quæ ipſe ejus encomiaſtes Paulus Jovius prodidit: *Non caruit infamia, quòd parum honeſtè nonnullos è cubiculariis (erant enim è tota Italia nobiliſſimi) adamare, & cum his teneriùs atque liberè jocari videretur.* Addit excuſando homini; nam ne iſta quidem omittemus: *Sed quis vel optimus atque ſanctiſſimus princeps in hac maledicentiſſima aula lividorum aculeos vitavit? Et quis ex adverſo tam malignè improbus ac invidiæ tabe conſumtus, ut vera demum poſſet objectare, noctium ſecreta ſcrutatus eſt? Ac ſi aliqua ex parte eo nomine ſugillari incluta virtus potuit, Leo certè cum ſuperiorum principum,* Sixti puta quarti, Innocentij Octavi, Alexandri ſexti *fama comparatus, æſtimatione rectiſſima continentiæ laudem feret.*

Nempe

Nempe inter profligatiſſimæ vitæ homines, qui nondum omnem pudorem dexcoxit & ſua crimina celata cupit, probus videri poteſt.

Succeſſor Leonis HADRIANUS ſextus, Germanus, atq; adeo, ut Germanicam virtutem decet, ab infamiâ monſtroſarum libidinum, quod equidem ſciam, immunis; quâ tamen familia ejus non caruit. Legimus enim apud Onuphrium: *Quum adoleſcentes aliquot honeſtarum indolis tum ſtirpis in gratiam parentum in familiam adſcitos ex Hiſpania ſecum in urbem duxiſſet, intellexiſſetq́, Italos ex convictu illorum neſcio quæ abominanda, noſtratibus inuſitata, ſuſpicari, ſtatim in Hiſpanias remiſit.* Qui ſequitur CLEMENS ſeptimus ipſe ex illegitimo congreſſu natus fuit, de quo Paulus Jovius: *Neminem planè oderat, quum neminem adamaret, præterquam ab occultiore cauſſâ conciliatos. his certè unis adeo intemperanter favit, ut ad ſummos honores aut ad ſummum auctoritatis locum ſtabilesq́ divitias nullo pudore proveheret.* hiſt. lib. 32.

Proximus ab hoc PAULUS tertius cœlibatum & continentiam ſuam aliquot ſpurijs teſtatam fecit, è quibus Petrum Aloiſium ad Parmæ & Placentiæ imperium abs ſe evectum, quum enormibus flagitiis & ſceleratæ inprimis ac horrendæ libidini deditum accepiſſet, ni[illegible]ominùs impensè amavit, & tantùm, ſeſe ejuſmodi vitiorum commonſtratorem filio non fuiſſe, reſpondit. Quaſi verò qui cœlibatum pro[f]eſſus & ſimulans damnato congreſſu filium gignit, genito incontinentiæ œſtrum non affricet; & libidinis exemplum, quandocunq; ille ortus ſui ſaltim reminiſcitur, non ſuggerat? Hæc et[illegible]vo per libellum Italicum typis excuſum objecta ſunt, quæ legere eſt apud Sleidanum: *Innocentio pontifice conjectus in vincula fuiſti, præſul [illegible]ſſime propter homicidia duo & commiſſum parricidium, matre nimirum & nepote tuo quodam veneno ſublatis, ut omnis ad te conflueret hereditas, quumq; deinde liber factus, non dubitares ambire galerum purpureũ, & ter [illegible]es a collegio repudiatus, germana tua ſoror, Iulia Farneſia, tandem pervicit. Quum enim copiam ſui non ſe facturam eſſe deinceps minaretur, [illegible]ander ſextus pontifex offenſionem veritus & iram illius, in cardinalium [illegible]rum allegit. Alteram deinde ſororem tuam, pro familia tua conſuetudine parum pudicam, interemiſti quoq; veneno. Per Anconitanam provinciam [illegible] legatus, Iulio ſecundo pontifice, puellam ejus civitatis nefariè cir[illegible], quando diſſimulans quis eſſes, teq́ pro nobili quopiam gerens ex le[illegible]us, illam vitiaſti; quod quidem facinus, puellæ patruus, cardinalis* Libro 21.

nalis Anconitanus, urbe captâ coram Clemente pontifice captivo, tibi graviſſimis verbis objecit. Nicolaus Quercaus, cum Laurâ Farneſiâ, tuâ nepte, conjuge ſuâ te congredientē deprehendit, & pugione tibi vulnus incuſſit, cujus etiamnū cicatrix apparet. De filia tua Conſtantia, qui cum toties rem habuiſti, quid dicam? etenim, ut ea liberiùs potiri poſſes, maritum ejus Boſium Sfortiam ſuſtuliſti veneno, qui quum nequitiam veſtram animadvertiſſet, incredibilem animo dolorem concepit, nec umquam poſteà viſus eſt hilaris. Libidine profectò Commodum & Heliogabalum longè ſuperas: idq; tot ſpurijs tuis doceri poteſt. Filias ſuas Loth vitiavit, ignarus & ebrius: tu verò ſobrius, non modò cum nepte, ſed etiam cum ſorore congreſſus es, atq; filia.

Paulo tertio ſuccedit JULIUS tertius, qui, ut ſcribit Pontificib. addictiſſimus Onuphrius, *Cardinalis veluti furtim voluptates ſequebatur, Pontifex factus votorum jam omnium compos, abdicata rerum cura, hilaritati & genio ſuo nimium indulſit.* Narrationem ſaltim unius facti, è quo cognoſci queat, veluti leo ex ungue, ab eodē, cujus modò meminimus, Sleidano mutuabimur. *Novus pontifex galerum ſuum cardinalitium, cui vult, largitur antiqua conſuetudine. Iulius autem, quo tempore Bononiæ fuerat legatus, in delitiis habuerat adoleſcentem quendam, Innocentium. Hunc tametſi reliqui minùs probarent, imò reclamarent, in cardinalium adoptavit collegium, & in domeſticam conſuetudinem rurſus admiſit, eiq; cognomen ſuum & inſignia quoq; attribuit. Romæ fama erat, & libellis quoq; perſcriptum fuit, à Iove Ganymedem foveri, licet deformem. Sed nec ipſe Pontifex hoc ad reliquos cardinales diſſimulare, & per jocum fertur*
hiſt. lib. 6. & 28. *aliquando commemorare, quàm ſit laſcivus adoleſcens & importunus.* De eodem Thuanus: *Innocentius Montanus (qui, quòd in familia ſimiæ curam gereret, Simiæ etiam poſt adeptam dignitatem nomen retinuit) ſumma ampliſſimi ordinis infamia à Iulio tertio in collegium cardinalium cooptatus, majore infamia vitam poſteà exegit; accuſatus patrem & filium caupones, ut illius uxore potiretur, interfeciſſe -- opimorum ſacerdotiorum abdicatione ſe meritæ pœnæ exemit, ne egeſtate quidem à contaminata vita ad ſaniorem mentem revocatus, in qua, quamdiu ſuperſtes fuit, magno curiæ Romanæ dedecore perſeveraverit.*

Nolumus in hac camarinâ concutiendâ ulteriùs pergere, quæ leviter tantummodò commota aures & animum horrore impleat, Quis autem à reliquis inferiorum ordinum prælatis & clericis continentiam exſpectet, quum videat primos & ſummos illos continentiæ exactores incontinentiſſimè vixiſſe? quis exempla eorū, qui

primi

τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου, plurimùm valere non credat? Quis non perſpiciat, imò manibus palpet, cœlibatu ſic univerſim introducto nullum omnino decus, ſed econtra ingens opprobrium & dedecus in eccleſiam invehi? Quis etiam, qui tot petulcorum & infami libidine contaminatorum pontificum continuâ ſerie ſibi ſuccedentium laſciviam perpenderit, perſuadeat ſibi, amore & zelo caſtitatis & ſanctimoniæ cœlibatum tantâ pertinaciâ ab ipſis urgeri & defendi? Quis non potiùs credat longè aliam, quamvis occultam, ſubeſſe cauſſam? Nempe malunt univerſam eccleſiam gemitu piorum, multitudine verò ſcandalorum & infamiâ turpitudinum oppleri, quàm videri vel leviter erraſſe, ſuæque exiſtimationis qualemcumque etſi non veram, ſed ſaltim apparentem jacturam facere. Aut ſi iſta non fuerit, hæc fortè erit, quam nunc ſubdam, cauſſa. 1.*Petr.* 5,3.

Romanos pontifices orbis Chriſtiani, imò univerſi imperium affectare certum eſt, & nos alibi oſtendimus. Dominari volunt eccleſiæ, dominari quoque volunt imperiis & regnis, & à ſuo nutu principes pendere, præeſſe aut dejici, prout ipſis viſum fuerit. Et quidem ſummam ſpiritualem poteſtatem plerique ſibi arrogare videntur, ut ſub eo prætextu ſummam in temporalia poteſtatem obtineant & exerceant. Quis enim Alexandrum ſextum & ſimiles alios Deum eſſe vel æternam vitam eſſe, in quâ improbè factis pœnæ irrogentur, crediſſe exiſtimet? Viri autem reipublicæ & principum ſuorum amantes, tantam ambitionem ægrè ferre, & ſeſe pro virili opponere ſolent: nec clerici, præſertim præſtantis & ingenuæ indolis, quæ ingenitum erga patriam affectum exui non permittit, laicis ab eâ parte cedere. Id igitur operam dant pontifices, ut ſi laicorum ordinem non poſſunt, ſaltim clerum totum à caritate patriæ, reipublicæ, principum abſtrahant, & ſibi ſolis devinciant. Nolunt itaque ſacris initiatos matrimonia contrahere & liberos gignere, ne ſint, quorum gratiâ reipublicæ artiùs adſtringantur. Qui cum liberos gignit reipub. cives, principi ſubditos futuros, non poteſt non rempub. amare, principem revereri & utrique felicitatem & tranquillitatem optare. Pontifices autem, ut diximus, à ſe [illegible] clerum pendere, & à repub. principibuſque avelli cupiunt. [illegible]unt itaque, conſilio in eam rem, ut apparet, minimè vano, conjugiis prohibendum eſſe, ne caritate ſuorum, legitimæ præſertim prolis, in quam affectus ſolet eſſe vehementiſſimus, à principi-

bus ad nutum pontificum oppugnandis & repub. turbandâ revocetur. nam quò paucioribus & minoribus caritatibus teneatur, eò magis in poteſtate pontificum fore, & in ipſorum gratiam alacriùs & animoſiùs adverſus patriam & principes, ubi juſſus fuerit, inſurrecturum eſſe haut temerè ſibi perſuadent. Aut hæc, niſi fallor, cœlibatus ab incontinentiſſimis hominibus pertinaciſſimè adſerti cauſſa eſt, aut nulla.

Leviculæ ſunt aliæ, quas ſolent comminiſci, & vix adduci dignæ. Neque enim ipſos afferre puto, quòd eas quicquam evincere vel efficere credant, ſed ne deſit, quod prætexant. Dominicus Soto

l.7. de Iuſt. & jure qu. 6. art. 1. inter cæteras hanc quoque adducit: *Negare nemo poteſt, cœlibatum præſtantem eſſe virtutem, quam potiſſimùm ſacerdotes populo prædicare & commendare debent, viduaſq; & reliquos continentes ad caſtitatem animare. Quomodo autem poteſt hortator eſſe viduitatis, virginitatis aut caſtitatis, qui ipſe conjugii lege vivit?* Hæc ille. Quaſi verò Hieronymus virginitatem non ſatis, & plus etiam, quàm ſatis, laudaverit,

ep. 50. c. 8. & ad eam incitaverit, qui tamen ipſe virgo non fuit. *Virginitatem,* ait apologiâ ad Pammachium, *in cœlum fero, non quia habeam, ſed quia magis mirer, quod non habeo.* Ingenua & verecunda confeſſio eſt, quo

epiſt. 43. ipſe careas, id in aliis prædicare. Et ad Chromatium: *Scitis lubricum adoleſcentiæ iter, in quo & ego lapſus ſum.* Sed etiam qui virginitatem laudat vel ad eam cohortatur, modum excedere caveat: quod fiet, ſi Apoſtoli veſtigia premat, qui virginibus & viduis ita cœlibatum

1. Cor. 7. v. 9. & 35. commendat, ut tamen dicat, *Si ſe non continent, matrimonium contrahant*; ut ſe nemini laqueum injectum ire diſertè profiteatur. Ne itaque palmarium ſibi ducat eccleſiæ doctor, ſi quovis modo ad cœlibatum homines impellat. Et quare cœlebs eſſe debeat, ut cœlibibus caſtitatem cœlibem inculcet; & non potiùs maritus, ut conjugibus, qui præ alteris plures ſunt, caſtitatem conjugibus, qui præ alteris plures ſunt, caſtitatem conjugalem (nam hæc quoq; caſtitas eſt) commendet, & exemplum præbeat maritis, quo-

1. Petr. 3, 7. modo debeant συνοικεῖν κατὰ γνῶσιν, ut Apoſtolorum os & coryphæus loquitur, *cohabitare* & converſari *prudenter* & circumſpectè, quemadmodum videlicet præſtantiore judicio & ſcientiâ præditos decet, *vaſiq; muliebri ut infirmiori honorem tribuere,* id eſt, debitâ ſollicitudine rectè conſulere, & moleſtias ab ejus infirmitate exortas æquo animo perferre, *ne,* ſi id non fiat, per diſſidia & jurgia dome-

ſtica

His preces interrumpantur? Sanè in his ritè præſtandis non eſt nulla difficultas: & partem eccleſiæ multò maximam conjugati faciunt. Indigent doctore & exemplo. Horum igitur utpote longè plurium potior habenda ratio, nempe ut ducem ipſi quoque habeant, qui & iſta doceat, & exemplar ſit, quod intueantur, & ad cujus imitationem ſuos mores componant. Ergo ſi propter paucos cœlibes presbyterum cœlibem eſſe convenit, multò magis propter complures conjugatos conjugatum eſſe oportebit. Ecce quomodo ejuſmodi argutiæ non modò contra nos nihil efficiunt, ſed etiam levi negocio inverſæ in auctores ſuos retorquentur! Ejuſdem farinæ, & deterior quidem, alia apud eundem Soto. *Si ſacerdotes*, inquit, *conjugati eſſent, tunc ad epiſcopatus non niſi magnates, puta Duces & Comites ac cæteri ſeculares principes aſſumerentur, & ad pinguia beneficia alii ſeculares nobiles.* Quaſi hoc ſi conjugati fuerint, neceſſariò futurum ſit; aut hodie, quia conjugati non ſint, non fiat. Tædet talium nugarum.

Omnes autem quæ pro cœlibatu clericorum adduci poſſunt rationes, petuntur vel ab utili, vel ab honeſto. Cœlibatum videlicet efficere, ut clericus alteri nulli rei, præterquam ſacro miniſterio, vacet; ut bona eccleſiæ fideliter conſervet & rectè diſpenſet; ut in egenos ſit liberalis, & ſi quid ſimile poteſt excogitari. Præterea tantopere decere & ornare eccleſiaſticum ordinem, tantum gloriæ, dignitatis & exiſtimationis paſſim apud populum ei conciliare, quum conjugium contrà dedeceat & commaculet, vilemque & contemtum eum reddat. Cæterùm qui legerit, quæ à nobis hactenus dicta ſunt, facilè intelliget, nullam earum ratiuncularum quicquam efficere; & nullo negocio nodos, quicumque inde nectantur, diſſolvi. Si quæ incommoda ſecum trahit conjugium, partim talia ſunt, ut ea & eorum ſimilia vita humana, quòd ſit humana & non angelica, declinare penitus nequeat, niſi ſæpiculè interim in graviora amet incidere; partim verò ejuſmodi, ut iis in promtu ſit medicinam invenire. *Prophetæ quidem omnes*, ait Chryſoſtomus, *& uxores & domus habebant, ſicuti Eſaias & Ezechiel & eximius Moſes, & nihil hinc virtuti eorum fuit impedimento.* Scandalis autem & flagitiis, quæ ad cœlibatum indifferenter omnibus majorum ordinum clericis impoſitum conſequuntur, nullum hodie remedium poteſt inveniri. Sacer igitur eccleſiaſticus ordo è cœlibatu

homil.56. in Matth.

ſic rigidè & præfractè obtruſo non decus, non dignitatem, non exiſtimationem, ſed dedecus, ſed contemtum, ſed ignominiam & infamiam reportat. Quare quum ſit ſtatutum poſitivum, & ad id finis, propter quem primitus ſancitum fuit, non ſequatur, ſed exeat magis in eventum prorſus contrarium; hoc ipſo ceſſat, vim amittit & obligare deſinit. Quicumque enim veterum cœlibatum cleri ſive optarunt ſive exegerunt, eâ intentione hoc fecerunt, ut magnam ſanctimoniam, dignitatem & excellentiam ille acquireret.
4.*diſt*.15. Unde locum hîc habebit, quod alicubi ſcripſit Thomas: *Præcepta*
qu.3.*art*.1. *juris poſitivi magis obligant ex intentione legiſlatoris, quàm ex ipſis verbis; & ideo transgreſſor talis præcepti magis eſt reputandus, qui obviat intentioni legiſlatoris, quàm qui deviat in aliquo à legis ordinatione.*

Conſult. Georgius Caſſander dicit, ſtatutum illud, *etiamſi Apoſtolicum*
art.23. *eſſet*, hodie tamen relaxari oportere: nempe quia etiamſi fortè hominibus Apoſtolicæ ætatis convenire potuiſſet, noſtris tamen hominibus, moribus & temporibus adeo non convenit, ut contrarium intentioni ſtatuentium effectum producat. Atqui tantum abeſt Apoſtolicum illud eſſe, ut Apoſtoli potiùs epiſcopis, presbyteris, diaconis conjugium apertè permiſerint, imò commendaverint, ſicut manifeſtum eſt & à nobis pridem oſtenſum fuit. Veteres autem qui cœlibatum clericis commendarunt aut etiam imperarunt, præfervido eximiæ cujusdam ſanctimoniæ continentiæque ſtudio & amore incenſi non tantam infirmitatis alienæ, quantam proprii zeli rationem habuerunt: certè quò poſterioribus & ſequioribus temporibus res evaſura eſſet, prævidere non potuerunt.
de vitâ ſpi- *In primo vigore eccleſiaſticæ diſciplinæ*, ait Gerſon, *multa ſevero rigore ſta-*
rituali lect. *tuta ſunt, quæ modò defluentibus in pejora moribus non ſolùm inutilem,*
4.*cor*.13. *ſed impoſſibilem haberent exſequutionem.* Et rectè paullò antè laudatus Caſſander, *Nimis rigidâ*, inquit, *& intempeſtivâ hujus conſtitutionis exactione graviſſima & abominanda in eccleſiâ ſcandala exſtitiſſe videmus. Nam cauſſæ illæ, quibus Majores ad conſtitutionem hanc faciendam inductos eſſe diximus, non ſolùm hodie ceſſarunt, ſed etiam in contrarium ſunt converſæ. nam primùm videmus hoc decreto uſque adeo caſtitatem & continentiam in clero non confirmari, ut per illud ad omne libidinis & flagitii genus feneſtra aperta eſſe videatur: item uſque adeo non refrenatam in clero avaritiam, ut etiam frena magis laxata eſſe videantur. Dereliquerunt*, ait in ſuo Aulico Alanus Charterius Carolo VII. Galliarum

regi

[illegible] quondam à ſecretis, *conjugium: cæterùm hujus loco adſumſere ſibi [illegible]nas, vagas ac diſſolutas libidines. Nolo longiùs extendere hunc ſer[illegible] quia tantum hæ valent conſtitutiones, quantum inde percipitur utilitatis. Quid autem conſtitutio, ne ſacerdotes ſint uxorati, affert aliud, quàm ſubvertere & evitare legitimam generationem, ut ea convertatur in adulterium; & honeſta converſatio cum unâ duntaxat ſponsâ abeat in multiplicationem effrenis libidinis?*

Manifeſtum eſt igitur, & cùm experientiâ, tum multorum gravium & prudentium virorum teſtimonio conſtat, legem univerſalis cœlibatus non modò eccleſiæ utilem non eſſe, ſed noxiam & detrimentoſam; & proinde irritam. Quod enim majus damnum dari poteſt eccleſiæ, quàm quòd clerus ſordido concubinatu & libidinibus pollutus infamiâ fœtet.? ut interim taceam aliud incommodum, in ſe equidem grave, ſed quod fortè non nemini præ altero leve queat videri: nempe per illam conſtitutionem multis aliàs [illegible] & egregiis miniſtris eccleſiam ſpoliari. Viri quantâvis pietate, [illegible]orum integritate, vitæ innocentiâ, eruditione, eloquen[illegible]ctiſſimi, ſi vel uxores duxerint, vel ſuæ ſibi imbellicitatis co[illegible] aut de dono continentiæ non admodum certi periculoſis [illegible]batus vinculis innodari nolint, per legem, quâ de agimus, clero arcentur. Per eam itaque talium (quales complures eſſe quis [illegible]itet?) uti[l]iſſimo & maximè profuturo miniſterio eccleſia privatur, & habere cogitur pleroſque neceſſariis dotibus minùs inſtructos, aut etiam minùs probos vel certè cautos, qui ſpe videlicet di[illegible] & opum ineſcari ſe & illaqueari patiuntur, & poſteà nec [illegible] partes pro dignitate explere, nec cœlibatum intemeratum, [illegible]ortebat, & inculpatum præſtare valent. Animadvertit hoc [illegible], qui fuit prudentiâ, Caſſander. *Plerique*, inquit, *homines docti [illegible] ad continentiæ obſervationem adſtringere ſe nolunt, quum & infir[illegible] ſuæ rationem habeant, & exemplis turpitudinum & ſcelerum, quæ [illegible] cœlibatus paſſim in oculos & aures incurrunt, moveantur: quo fit, [illegible]ſimi adoleſcentes pietatis indole præditi ad Theologiæ ſtudium ſe ad[illegible], aut a piis parentibus ad hoc ſtudium applicentur, ſed ii ferè tantùm, [illegible] beneficia, vitæ luxum & ſplendorem ac carnis licentiam & va[illegible]mque libidinem animo præſumunt; præter nonnullos, qui impru[illegible] & nondum ſibi ſatis noti in laqueum inducuntur.* Hæc ex re & vero C[illegible]er.

Apoſtolus de ſuâ ſibi divinitùs conceſsâ auctoritate loquu-
2. Cor. 13. tus, *quam dedit mihi Dominus*, inquit, *εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ad ædificationem & non ad deſtructionem*. Intelligimus itaque, quibus limitibus poteſtas præſidibus eccleſiæ à Deo attributa, circumſcribatur; & conſtitutiones, quæ manifeſta damna dant, qualem illam de cœlibatu, quo de tractamus, legem eſſe liquidò couſtat, à poteſtate, quam Dominus dedit, non proficiſci. Quin hac in ipsâ noſtrâ materiâ verſans Apoſtolus, quum cœlibatum commen-
1. Cor. 7. daſſet, ſubjungit, *Hoc autem dico veſtro commodo, non ut laqueum vobis injiciam*, id eſt, vinculo aliquo neceſſitatis ad cœlibatum vos adſtringam, vinculo inquam, quod libertatem vobis adimat, & occaſionem ſuffocationi ſive exitio veſtro ſpirituali præbere poſſit. Laqueum enim injicit, qui faciendo neceſſarium quod liberum eſt, ejusmodi perversâ ſive doctrinâ ſive lege, ruinæ cauſſam hominibus præbet. Laudato itaque cœlibatu commodisque ejus oſtenſis, liberum cuique relinquit Apoſtolus, num amplecti eum velit, nec ne. Si neceſſitatem aliquibus impoſuiſſet, laqueum injeciſſet, facturum non ad ædificationem, ſed ad deſtructionem.

Sed neque nos, ajunt Pontificii, neceſſitatem cuiquam imponimus, nec laqueum injicimus. Clericatui quidem neceſſitatem cœlibatus adjungimus: ſed ad clericatum ambiendum neminem compellimus. Ultrò & ſuâ ſponte ordines ſuſcipit, quicumque apud nos quidem ſuſcipit. Suſcipiens autem neceſſitate cœlibatus adſtringitur; quam tamen volens, ſicut ordines, quibus annexa eſt, admittit. Ergo, inquam, non uni vel alteri perſonæ, quod tolerabilius, ſed toti ſacro ordini neceſſitatem cœlibatus imponitis, quod longè gravius; imò eccleſiæ ipſi. Ordo enim ſacrorum miniſtrorum ex inſtitutione divinâ eccleſiæ neceſſarius eſt: nec ita ſe habet, quemadmodum ordo monachorum, quo eccleſia poteſt carere. Ordini autem illi Pontifex lege rigidiſſimâ cœlibatum injungit. Eccleſiæ igitur imponit neceſſitatem habendi tot cœlibes, quot opus eſt habere ſacros miniſtros ſive clericos, quibus ſanè benè multis opus eſt: ut taceam interim, numerum à Pontificiis inſigniter adauctum eſſe, & additos plurimos, quibus opus non erat. Et quoniam qui horum omnium cœlibatum exigit, continentiæ dotem iis elargiri nequit, imponit eccleſiæ neceſſitatem in ſacro miniſterio habendi & tolerandi pleroſque incontinentes & impuros cœlibes:

libus: quantæ ſervituti & turpitudini eccleſiam Chriſti ullo humano imperio ſubjicigrande neſas eſt. Quod attinet autem perſonas, ne ipſis quidem neceſſitas illa cœlibatus ſub conditione, nempe ſi cupiant ſacris ordinibus initiari & eccleſiæ ſervire, imponi poteſt. Omnibus enim & ſingulis conjugatis jus capeſſendi ſacra miniſteria, omnibus item & ſingulis ſacris miniſtris jus matrimonii, utrumque divinitùs indultum, nulla humana auctoritas planè & in totum auferre poteſt aut debet, ut poſteà pluribus oſtendemus. Laqueum autem ſi non omnino palàm & directè, certè per inſidias & indirectè injiciunt. Nempe cœlibatum invidioſis laudibus extollunt, neminis viribus ſuperiorem eſſe dicunt, matrimonium econtra ſugillant & deprimunt; & quod caput rei eſt, cœlibatui amplas prælaturarum & ſacerdotiorum dignitates & opes, tamquam [illegible]cium, circumdant. Ita pendentes laqueos oſtendunt. Neminem quidem obtortâ cervice raptum illis induunt, ſed cùm dulcedine verborum, tum ſplendore rerum ineſcant & pelliciunt, ut irritatus ſuâ ipſius cupiditate advolet & collum inſerat. Ubi inſeruerit, nodum fortiter adſtringunt, & animadverſo periculo extrahere & regredi cupidum nullâ ratione dimittunt. Quin à conjugio magis, quàm à fornicationibus deterrent, clamantes cum Bellarmino, id jam *non conjugium eſſe, ſed ſacrilegium*; imò cum Coſtero, *pejus omnibus adulteriis ſacrilegium*. Æneas Sylvius, quum adhuc Cardinalis eſſet Senenſis, ad amicum quendam ſuum Johannem Frunt in hunc ſcribit modum: *Credimus te uti non inſulſo conſi-[illegible]m nequeas continere, conjugium quæris: quamvis id priùs cogitandum fuerat, antequam initiareris ſacris ordinibus. Sed non ſumus dii, qui futura proſpicere valeamus. Quando huc ventum eſt, ut legi car-[illegible]re nequeas, melius eſt nubere, quàm uri. Non tamen hæc Pontifi-[illegible]entia, ut diſpenſandum cenſeat: ſtat in ſuâ ſeveritate.* Annón iſta [illegible], ut laqueum hominibus injicere meritò dicantur?

l.1.de cler. cap.19.

Ench. c.19.

epiſt.307.

Animadvertit iniquitatem & abſurditatem legis de cœlibatu [illegible]ordini univerſim impoſito Baptiſta Mantuanus, Carmelitarum quondam Prior generalis, qui anno antequam B. Lutherus indulgentias diſputare inciperet, è vivis exceſſit: & [illegible]o ipſius nomine non auderet, alieno & quaſi ſub perſon[illegible]at. Quum enim conjugium Sancti Hilarii prædicaſſet,

Pro-

lib.1.Faſt. *Propterea leges quæ ſunt connubia contra*
Eſſe malas quidam perhibent. Prudentia patrum
Non ſatis advertit, dicunt, quid ferre recuſet,
Quid valeat natura pati. cervicibus, ajunt,
Hoc inſuave jugum noſtris imponere Chriſtus
Noluit. iſtud onus, quod adhuc quàm plurima monſtra
Fecit, ab audaci, dicunt, pietate repertum.
Tutius eſſe volunt, quâ lex divina ſinebat
Ipſe viâ, veterumq́; ſequi veſtigia patrum,
Quorum vita fuit melior cum conjuge, quàm nunc
Noſtra ſit, excluſis thalamis, & conjugis uſu.

Pergit deinde ad examen aliarum quoque legum:

Adjungunt etiam primi jejunia veris.
Quæ niſi ſint ſervata, volunt nos ire ſub orcum.
Adſpice, quàm duris, ajunt, frenata capiſtris
Gens electa fuit. Lex Chriſti æterna, nec umquam
Ceſſatura, ſinus (dicunt) ſine tendat in amplos,
Vt ſit conveniens, habilisq́; & idonea toti
Humano generi, non importuna ſenectæ,
Non onerosa inopi, non importabilis ægro.

Et poſt aliqua:

Exclamant, & uti inter ſe quandoq; jocantur,
Theſtylis hanc nimio pultem ſale fecit amaram.

Concludit tandem:

Hæc ideo volui noſtris intexere chartis,
Vt quoties patres, quibus eſt cuſtodia cymbæ
Petridos, à ſummo coëunt paſtore vocati,
Sint memores, magno ad leges opus eſſe ferendas
Ingenio, multis oculis, examine recto.

In eandem ſententiam Johannes Gerſon, integro pænè ſeculo antiquior, tractatu antè aliquoties à nobis laudato de Vitâ ſpirituali animæ, *Legiſlator*, ait, *noſter Chriſtus, utique ſapientiſſimus, judicialia* (ritualia, facientia ad ordinem & decorum in eccleſiâ) *omnia tamquam variabilia reliquit illorum judicio, quibus dixit, Qui vos audit, me audit: ita tamen, ut noverint ſe poſitos ad ædificationem, non ad deſtructionem; & ut ſecundum legem Dei, quæ regula eſt generalis omnium Chriſtianæ religionis profeſſorum ſub uno abbate Chriſto, ipſi judicent, eam non amplian-*

lect.4.coroll.13.
Luc.10,16.

phantes, neque reſtringentes, neque duriorem facientes, quàm expreſſerit Chriſtus, qui jugum ſuum dixit eſſe ſuave, & onus leve. Matt.11,30 *Non enim plus habent in poteſtate prælati eccleſiæ ligare ſubditos ad aliqua, quæ non ſunt tradita in lege evangelicâ profeſſa ab omnibus Chriſtianis, quàm habent abbates ſuper religioſis ſuis ad obligandum eos præter regularem profeſſionem ſuam: de quibus tamen eſt ſententia Sancti Thomæ & aliorum doctorum concorditer, quòd non poteſt abbas monacho præcipere aliud, quam in regulâ ſuâ profeſſus fuerit.* Ex hac doctrinâ Gerſonis facile fuerit colligere legem de cœlibatu vitioſam & irritam eſſe.

Nulla ſanè ſive Pontifici ſive aliis prælatis conceſſa divinitùs eſt auctoritas, per quam lex de clericorum cœlibatu eccleſiæ queat imponi. Jure ducendi uxorem, ut Alfonſum Virveſium rectè obſervaſſe ſuprà monuimus, non poteſt emiſſo voto *ſe quiſquam privare illorum, quibus explorata fuerit propria fragilitas, quin ſimul ſe vitâ æternâ privet.* pag.76. Si ipſe ſe per votum privare nequit, neque alius per legem privare eum poterit, quin ſimiliter eum vitâ æternâ privet. Per quæ vero vita æterna obtineri debeat, per quæ itidem amittatur, id totum a Chriſto domino, qui propterea ſolus verum & unicum caput ac princeps eccleſiæ eſt, perfectè fuit conſtitutum. Paſtoribus & miniſtris nihil aliud demandatum, niſi ut Chriſti conſtitutiones promulgent & annuncient, homines ad amplectendum & ſervandum incitent & hortentur, & ut commodiùs ſervari poſſint, externum ordinem & decorum in eccleſiâ dirigant. Quicquid itaque poteſtatis in hoc ipſo ordine & decoro dirigendo obtinent, ad hoc, ut Chriſti conſtitutiones ſerventur, refertur; quibus, quemadmodum ab ipſo præſcriptæ ſunt, ſervatis, ſalus rata eſt. Et ſic poteſtas iſta ad ædificationem facit. Non refertur autem huc, ut rationem obtinendæ ſalutis intricatiorem & difficiliorem reddat: ſic enim ad deſtructionem faceret; nempe ut conſtituat, propter quæ non [illegible]vata homines ſalute excidant, etiamſi alioquin per gratiam divi[illegible] Sanctique ſpiritus opem quæcumque evangelio ſuo Chriſtus [illegible]it, præſtiterint; ut, inquam, qui, ſi ſtaretur intra terminos ſo[illegible] a Chriſto ſancitarum conſtitutionum, ſalvarentur, nunc pro[illegible] conſtitutiones humanas non ſervatas damnentur: privandi [illegible] ſalute per has ipſas conſtitutiones, absque quibus eſſet, non [illegible]rentur. Tales itaque leges, per quas homines ſecundum Chri[illegible] alias ſalvi pereant, Pontifex & epiſcopi ferre nec poſſunt nec debent.

Liben-

Libenter in hac materiâ de conſtitutionibus humanis, in quâ plurimùm mihi intellexiſſe videtur, Johannis Gerſonis verbis utor. *Quum finis omnis legis*, inquit, *ſit caritas ſecundum Apoſtolum; quum præterea religiones & auctoritates Prælatorum data ſint ad ædificationem, non ad ſubverſionem & illaqueationem fidelium, ſeq; eis ſubmittentium; quis audeat dicere vel cogitare, quòd ſancti viri Spiritu ſancto pleni, ſupra jugum Chriſti ſuave & facilitatem legis ſuæ, adjicere voluerint onus grande tot & talium conſtitutionum ſub obligatione pari ad præcepta purè divina, hoc eſt, ſub reatu damnationis æternæ?* Item, *Vellem nobis dicerent, auſteriores illi religionum* (conſtitutionum) *cenſores, ſi quæſiſſet aliquis ab Auguſtino; Ecce jubes pater, ut non loquamur in clauſtro, ut in geſtibus corporis nos compoſitos, ut in nutibus oculorum nos caſtos habeamus: vis ne igitur, ut quiſquis contraria horum fecerit, quæ aliunde ex Chriſti libertate licerent, ille ſit reus capitalis criminis? vis ut infernalis æternæ mortis ſupplicio tradatur? Novi manſuetudinem animi tui piiſſime pater Auguſtine: novi prudentiſſimam diſcretionem tuam, quam audire mihi videor reſpondentem, & cum quodam horrore animi ac fricatione faciei dicentem; Abſit hoc, ô filii. Qui vos judicat, Dominus eſt. Ego interim, quod ſalubre ſit, dedi monitum vel conſilium.* Et ad ſimilium monitorum vel conſiliorum claſſem conſtitutiones de cœlibatu, quæ quidem ab auctoritate eccleſiaſticâ intra ſuos cancellos ſe continente, & per caritatem ac prudentiam Chriſtianam gubernatâ profectæ fuerint, referri oportet.

de vitâ ſpirit. animæ lect. 6.

Non poteſt Pontifex rem quamcumq; ex ſe licitam & divinitùs permiſſam ulli mortalium, præſertim ſi extra noxam & pœnæ reus non ſit, ſimpliciter & in totum prohibere, verbi gratiâ, eſum carnium, vel uſum vini. Non poteſt itaque vel uni alicui infimæ conditionis homini conjugium penitus interdicere. Poſſit fortè vetare, ne certo quodam tempore carnibus veſcatur, vel vinum bibat, vel nuptias celebret, & ne cum nonnullis perſonis cognatione conjunctis contrahat: ut numquam carnes edat, vinum bibat, numquam & cum nemine contrahat, inprimis ſi perſona nulli pœnæ (quæ tamen quàm bene & congruè interdicto matrimonio inferatur, nunc non inquiro) ſit obnoxia, mandare non poteſt. Si id uni perſonæ non poteſt mandare, multò minùs toti ſacro miniſtrorum ordini, qui alteram & quidem inſigniorem eccleſiæ partem facit. Dicent, abſque proprio eorum, quorum intereſt, conſenſu tale quid imponi

non

non poſſe: ſuos autem clericos conſentire & ſervandi cœlibatus votum emittere. Sed ego de cœlibatu, quatenus à lege pendet & mandatur, nunc diſputo. Votum aliàs hîc nullum eſſe, alibi oſtendimus. Et eſto, ſi vel maximè hîc ſit votum; ad hoc tamen ipſum faciendum lege & mandato compelluntur. Jubentur, inquam, vovere. Jam verò ſi ordini clericorum cœlibatum Pontifex lege imponere non poteſt, nec poterit eidem imponere, ut cœlibatum voveat. Quod enim mihi mandari non poteſt, ut præſtem; id ut præſtare me velle promittam, itidem mihi mandari nequit. Lex itaque, quâ totus clericorum ordo & omnes ſacris initiandi vovere jubentur, iniqua & nulla eſt.

Martinus Becanus objectionem hanc ipſe adfert, *Eccleſiam non poſſe ſtatuere legem, quæ certo hominum ſtatui generatim adimat libertatem contrahendi matrimonium.* Reſpondens autem, *Verum quidem eſt*, inquit, *quòd abſolutè loquendo non poſſit hoc facere: ſed falſum eſt, quòd non poſſit facere eo modo, quo nunc facit, nempe ſub hac conditione: Si quis velit eſſe presbyter vel epiſcopus, debet ſervare continentiam. Nam per hujuſmodi legem non cogit quempiam ad continentiam, ſed relinquit unicuique liberum, ut poſſit amplecti ſtatum eccleſiaſticum vel non amplecti, & conſequenter ut poſſit uxorem ducere vel non ducere.* Id verò quicquid eſt, difficultatem non expedit. Manet enim, certo hominum ſtatui, nempe ſacrorum miniſtrorum, generatim adimi libertatem contrahendi matrimonium: & quidem abſolutè adimi. Nam conſtitutis in ſacro miniſterio nulla ponitur conditio, ſub quâ libertas contrahendi integra relinquatur. Eſt ſanè in cujusvis fidelis arbitrio, num ſacris initiari velit, annon. Fidelibus itaque non adimitur libertas abſolutè, ſed ſub conditione; ſi velint ſacris initiari. Initiatis verò nulla ſupereſt conditio, cujus intuitu libertas ipſis & ipſorum ordini dici poſſit ſalva remanere. Iſti igitur hominum ſtatui ſive ordini generatim & abſolutè adimitur libertas contrahendi matrimonium; quod per eccleſiam fieri non poſſe fatetur Becanus. Nec ad alia vitæ genera ſive ſtatus amplectendos cogi ſolent homines. Interim qui legem tulerit, Si quis velit eſſe miles, ei uxorem ducere numquam licebit; univerſo militum ordini libertatem ducendi abſolutè ademerit. Sic etiam qui ſanxerit, Si quis velit alicubi eſſe advocatus in foro, adſeſſor in judicio, magiſtratus in civitate, cœlebs eſto; toti illi ordini cœlibatũ impoſuerit. Et poſſent adferri

Manuali contr. l. 1. cap. 13.

ratiunculæ: ne videlicet curâ rei familiaris à negotiis ſibi concreditis maximi momenti,& in quibus fortunæ civium & ſalus reipub.ſita ſit, avocentur; aut cupiditate ditandi liberos corrumpi ſe patiantur & juſtitiam cauponentur. Quæ fortè non minùs fuerint plauſibiles, quàm alteræ pro cœlibatu clericorum. Quia tamen ejusmodi leges iniquæ futuræ,iniquæ pari ratione ſunt illæ de clericis.

quæſt.2. Venit in mentem,quod de ſexu muliebri ordinibus ſacris prohibito ad diſtinctionem XXV. quarti ſententiarum ſcribit Scotus. Dicit,mulieres prohiberi non eſſe determinatum per eccleſiam, ſed à Chriſto id haberi. *Non enim,*ait,*eccleſia præſumſiſſet totum ſexum muliebrem ſine ſuâ culpâ privare actu, qui poſſet ſibi licitè competere, quiq́, eſſet ordinatus ad ſalutem mulieris, & aliorum in eccleſiâ per eam: quia hoc eſſe videretur maxima injuſtitia non ſolùm in toto ſexu, ſed etiam in paucis perſonis.* Eadem tradunt Durandus & Petrus Paludanus. Dico & infero idem de ordine ſive ſtatu conjugatorum. Huic enim Deus eccleſiaſticum docendi & ſacra peragendi miniſterium permiſit, minimèque interdixit. Perperam itaque Pontifex præſumſit totum ordinem conjugatorum ſine ſuâ culpâ privare actu,qui poſſet juxta divinam legem licitè competere, eſſetque ordinatus ad ſalutem ipſorum & aliorum in eccleſiâ per ipſos. Et quia hoc in paucis perſonis maximæ fuerit injuſtitiæ, longè omnium maximæ eſt in toto ſtatu ſive ordine. Maximam igitur injuriam facit Pontifex,non modò toti ſacrorum miniſtrorum ordini, dum eum conjugio divinitùs permiſſo penitus prohibet; ſed etiam toti conjugatorum ordini,dum eum ſacris miniſteriis, ad quæ à Deo admittitur,omnino arcet. Ad injuriam verò ulli vel infimo mortalium, nedum totis præcipuis humani generis & eccleſiæ catholicæ ordinibus inferendam, vel ad jus,quod Deus ipſis conceſſit, auferendum Pontifex nullam habet poteſtatem. Quod igitur hîc agit,absq; poteſtate agit: & proinde vitioſè, atq; ita,ut neminem obliget.

Neq; præditus eſt poteſtate, quâ flagitium & ſcelus eſſe jubeat faciatque id, quod juxta Dei legem opus eſt bonum, pium & honeſtum. Stando in terminis legis divinæ, opus bonum eſt clericum ad vitandam fornicationem & ſobolem ſuſcipiendam conjugio uti, ipſumque clerici conjugium ſanctum eſt & honorabile. Per auctoritatem itaque Pontificis non poteſt effici ſcortatio, adulterium & ſacrilegium: qualibus deteſtandis titulis conjugia clericorum Pontificii

ſtitii infamant, uxoribus eorum ſcortorum & meretricum nomina indentes. Quum anno ſuperioris ſeculi LI purioris religionis præcones Sueviâ pellerentur, & *ex ipſis quidam partui jam eſſe vicinam uxorem ſuam diceret, ideoq; majorem in modum oraret, ut eam ſibi reviſere tantùm liceret; Atrebatenſis ad ſuos converſus, Vxorem, inquit, vocat, quæ ſcortum eſt.* Hæc Sleidanus. Subjungam aliud è Matthæo Paris, qui in anno *lib.22.*
clↄccxxv. hæc narrat. *Iohannes Cremenſis cardinalis de licentiâ Henrici primi regis Anglorum in Angliam veniens ad nativitatem B. Mariæ apud Londonios ſolenne concilium celebravit. Vbi igitur de concubinis ſacerdotum ſeveriſſimè tractaſſet, dicens ſummum eſſe ſcelus de latere ſurgere meretricis ad corpus Chriſti conficiendum; ipſe quum die illâ corpus Chriſti conſecraſſet, poſt veſperam fuit in meretricio interceptus. Res notiſſima negari non potuit.* Mirum, quòd qui conjuges presbyterorum concubinas & meretrices appellare non erubuit, ſuo flagitio ſanctitatis & cæremoniæ titulum non indiderit. Nam eò ventum eſſe videmus, ut vocabula rerum aut perdiderimus, aut commutaverimus. Viventes in conjugio ſcortatores & ſacrilegi vocantur; econtra homines libidinibus polluti, inceſti, ἀρσενοκοῖται, quales complures Pontifices fuiſſe certum eſt, & nos ex occaſione de ſerie benè longâ ſuprà oſtendebamus, ſanctiſſimi domini audiunt.

Sicut autem poteſtatem non habet Pontifex, quâ actionem bonam in flagitium convertat: ita non magis, quod Deus juſſit, prohibere poteſt. Eſt verò præceptum divinum, ut qui ſe non continent, ſive clericus ſit ſive laicus (nec enim hîc diſcriminantur, nec par ratio, diſcriminis cauſſa reddi poſſit) matrimonium contrahat, & vitandæ fornicationis ergò uxorem habeat. Hoc præceptum juris divini cùm ſcripti tum naturalis nulla lex Pontificia vel totum vel ex parte poteſt antiquare aut abolere: & ſi prodierit aut prodeat aliqua, quæ id conetur, nullarum eſt virium, nec à quoquam mortalium attendi debet vel ſervari. Eſt ſanè conjugium, quemadmodum ſuprà diximus, incontinentiæ & libidinum adæquata & divinitùs ordinata medicina, quâ omnes ejus indigos ægros uti Deus non modò cupit, ſed præcipit. Et ſi dictamen rectæ rationis & lex naturæ hominem cum periculoſo morbo conflictantem non permittit idoneam medicinam, quæ in promtu ſit & facilè adhiberi queat, contemnere vel repudiare; quomodo permittat ægritudini periculoſiſſimæ, quæ æternam mortem inducere minetur, parato

I.Cor.7.

pag.67. & 72.

hom. 22. in varia loca Matth.

remedio non prævertere? *Vt ſcortationem evitemus, ut moderemur concupiſcentiam, ut vivamus pudicè, ut placeamus contenti uxore propriâ, hoc nobis adfert conjugium, hic ejus fructus, hoc inde lucrum eſt*, ut alicubi dixit Chryſoſtomus. Qui fas eſſe queat, magnum numerum fidelium, & quidem quos ſcortationes evitare, concupiſcentiam moderàri & pudicè vivere totius eccleſiæ maximopere interſit, hoc fructu, hoc lucro privari, prohiberi? Si paſtor, cujus oves ſint propriæ, noverit gregem ſontico cuidam morbo obnoxium eſſe, & corripi conſuevisse; noverit eximium quoque remedium προφυλακτικὸν, & paret atque exponat, ut cuivis ſit obvium; vicarius verò paſtor, cui cura ovium demandata, præcipuas & à quibus contagium in reliquas facilè derivetur, arceat & uſurpare prohibeat: num id factum ἀρχιποίμενα gratum habebit & probabit? num vicarius iſte paſtor deſiderio primarii directâ fronte non obnititur, & gregem perditum it, eo nomine grandes pœnas meritò daturus? num rectè non fecerint oves, quibus de voluntate ſui domini & ἀρχιποίμενος conſtet, ſi eam magis, quàm lubitum malè conſulti aut etiam improbi vicarii, ſequantur, & præcepta ſervi, menti & ſententiæ herili contravenientis, nihili pendant?

Extendant enim portentoſis modis illud, ex quo utramq; paginam faciente fanda nefanda deducere ſolent, *Paſce oves meas*: non tamen eò usq; umquam extendi poterit, ut liceat contra voluntatem & intentionem ἀρχιποίμενος medicinâ ab ipſo præſcriptâ & gregi neceſſariâ oves arcere; liceat, quod ille præcepit, interdicere, quod ſanxit, abolere; liceat opus præclarum & bonum ſacrilegii condemnare; liceat integris præcipuisq; totius gregis ordinibus inſignem injuriam facere; liceat denique oves, quas ille ſalvas ſummis opibus expetit, in præcipitium impellere & exitio involvere.

Qui igitur omnium maximus eſt defectus, hîc deprehenditur, nempe legem latam eſſe à non habente poteſtatem. Thomas doctrinam de legibus explicans ſic alicubi ſcribit: *Quod aliquis poteſtati non ſubdatur, poteſt contingere dupliciter. Vno modo, quia eſt ſimpliciter abſolutus ab ejus ſubjectione, unde qui ſunt de unâ civitate vel regno, non ſubdantur legibus principis alterius civitatis vel regni. Alio modo ſecundum quod regitur ſuperiore lege, puta ſi aliquis ſubjectus ſit proconſuli, regulari debet ejus mandato, non tamen in his, quæ diſpenſantur ei ab imperatore: quantum enim ad illa non adſtringitur mandato inferioris, quum ſuperio-*

1. 2. qu. 96. art. 5.

perio-

[illegible] mandato dirigatur. Dico ſimiliter quod ad contrahendum matrimonium pertinet, fidelis quicumque atque adeo etiam clericus regitur ſuperiore lege, Dei videlicet ipſius & Chriſti, à quo ſi mandatum aut ſaltim licentiam contrahendi habet, non poteſt per Pontificem & epiſcopos, quibus longè inferior poteſtas curandi externi ordinis & diſponendorum rituum commiſſa eſt, prohiberi. Dices; conjugium & cœlibatum clericorum ad externum ordinem & ritum pertinere. Nego, inquam ego, quatenus conjugium eſt remedium incontinentiæ compeſcendæ divinitùs conſtitutum: ſic enim incontinentibus, etiam clericis, ne ſalute excidant, neceſſarium eſt. Ad ritualia igitur eatenus referri non debet. Et qui integro alicui hominum ſtatui conjugium ſimpliciter interdicit, jam non intra limites diſponendorum ritualium ſeſe continet. Si conſti[illegible]t, non contrahendum eſſe cum perſonis his aut illis, non eſſe cel[illegible]ndas nuptias omni tempore; id equidem ad ordinem, dec[illegible], diſciplinam, ritum pertinuerit: non item ſi innoxiis hominib[illegible] vel integro cuidam hominum generi jus contrahendi penitus adimat. Poteſt quidem fieri, ut nonnulli etiam veterum legem cœl[illegible]tus non niſi ritualem exiſtimaverint: quod licet aliquâ ex parte queat admitti, & ipſa etiam ſic fortè proponi & emolliri, ut rationem ritus non excedat; quatenus tamen toti clericorum ſtatui abſque ullo diſcrimine & exceptione impoſita pleroſque neceſſario [illegible]itandum vagas & illicitas libidines remedio privat, ſic modum [illegible] non ſervat.

Idem Thomas ex Iſidoro requiſita & conditiones legis, quæ 1.2.*qu.*94.
[illegible] valida ſit & vim obligandi habeat, adfert & exponit. Sunt *art.*3.
[illegible] in hanc rem duo apud Iſidorum in Originibus dicta. Unum
[illegible] libro, his verbis conceptum: *Si ratione lex conſiſtat, lex erit* *cap.*10.
[illegible]m quæ ratione conſtiterit, duntaxat quòd religioni congruat, quòd [illegible] conveniat, quòd ſaluti proficiat. Alterum mox ſequitur, & li[illegible] q[illegible]incto reperitur: *Erit lex honeſta, juſta, poßibilis ſecundum* *cap.*21.
[illegible] ſecundum patriæ conſuetudinem, loco temporiq́ue conveniens, neceſ[illegible]ilis, manifeſta quoque, ne aliquid per obſcuritatem in captionem con[illegible], nu[illegible] privato commodo, ſed pro communi civium utilitate conſcripta. Ha[illegible] in legibus qualitates ſive conditiones exigunt, quicum[illegible] naturam legum expoſuerunt, cùm Canoniſtæ (nam Gratia[illegible] etiam prius dictum diſtinctioni primæ, poſterius quartæ inſeruit)

ſervit) tum Scholaſtici. Et Thomas quidem poſteriores omnes, etiamſi plures ſint, ad tres priores, ut *religioni congruat*, ut *diſciplinæ conveniat*, ut *ſaluti proficiat* (nam *ratione conſtare* accipit ut aliquid generale ad tria illa ſpecialia, quod in ſingulis inſit) reducit. Sed conſideremus poſteriores, utpote quæ diſtinctiùs enumerentur; & videbimus legi de univerſali ſacrorum miniſtrorum cœlibatu vix ullam earum convenire.

Sit lex honeſta. Si honeſtam eſſe fuerit nihil honeſti interdicendo inhoneſtæ turpitudini nullam cauſſam præbere, tum lex quam examinamus, non erit honeſta, ſicut ex iis, quæ diximus, plus quàm ſatis ſit, poteſt intelligi. Honeſtiſſima eſt copula conjugii & ſanctiſſimum fœdus inter uxorem & maritum, unde ipſi Sancto ſpiritui viſum fuit Chriſtum tamquam ſponſum & Eccleſiam tamquam ſponſam in ſummo cantico introducere; & à conjunctione matrimoniali typum conjunctionis Chriſti & eccleſiæ petere. Si eſſet alia inter homines honeſtior copula & ſanctior conjunctio, ab hac potiùs quàm ab iſtâ ſumeretur imago. Interim clericos conjugio abſtinere, & continentiam ſervare non eſt quidem inhoneſtum. Sed lex quæ idipſum ſine diſcrimine ab omnib9 exigit, à multis ſegregat remedium amovendæ turpitudini neceſſarium. Eſt itaq; inhoneſtæ turpitudinis cauſſa, ut quæ removet prohibens, quemadmodum pridem diximus. Nihil itaq; Pontificios juvabit, ſi contenderint, ſuâ lege non removeri conjugium tamquam inhoneſtum, ſed præcipi cœlibatum tamquam magis honeſtum, ſive majus & excellentius bonum. Eſto, ſit ita, quemadmodum etiam admittit Apologia Auguſtanæ confeſſionis, *virginitatem eſſe donum conjugio præſtantius*: dum tamen lege honeſtum, & quidem eximium ac præclarum, quod obtineri poterat, preciſè excludunt, & interim alterius ſublimioris acquirendi facultatem ſuppeditare nequeunt, in cauſsâ ſunt ut multi & illud amittant, & hoc nō conſequantur, atq; ita utroq; perdito inhoneſtiſſimâ turpitudine, qui alioquin egregiâ honeſtate nitere potuiſſent, inquinentur. Quamquam, quod in ſe bonum eſt, quin eximium bonum, ſpe & prætextu ſublimioris adipiſcendi, & quidem incerti, ſimpliciter prohiberi poſſe, falſum eſt. Sed hoc omiſſo ad reliquas veræ legis conditiones pergamus.

Eph. 5, 32.

pag. 72.

de conjug. ſacerd.

Sit juſta. At iſta lex injuriam facit non uni modò aut alteri perſonæ, ſed integris ordinibus cùm conjugatorum, quos jure clericatus,

[illegible]s, tum clericorum, quos jure conjugii, juribus inquam divi-
[illegible] & naturali lege conceſſis, citra ipſorum culpam, ſpoliat.

Thomas objectionem, ut ſolet, formaverat; *Leges humanæ* 1.2.q.96.
frequenter ingerunt calumniam & injuriam hominibus. Sed licitum eſt u- art. 4.
nicuiq; oppreſſionem & violentiam evitare. E. Ad eam reſpondet, *Quod*
ratio illa procedit de lege, quæ infert gravamen injuſtum ſubditis, ad quod et-
iam ordo poteſtatis divinitus conceſſus non ſe extendit: unde nec in talibus ho-
mo obligatur ut obediat legi, ſi ſine ſcandalo vel majore detrimento reſiſtere
poſſit. Si de injuriâ uni aut paucis illatâ citòque tranſiturâ ageretur,
poſſemus dicere vitandi ſcandali ergò accipiendam & muſſitandam
eſſe. Sed agitur de injuria integris, ut diximus, ordinibus incuſsâ,
d[illegible]rabi[illegible] & ad poſteros propagandâ: quin ſcandala, ceu hactenus
ita quoque porrò paritura; ut per occaſionem reſiſtentiæ exoritura,
[illegible]en non niſi accepta fuerint, metui non debeant, quum à
[illegible] longè maxima oriantur. Sicut etiam nullum majus detri-
m[illegible] poteſt eſſe, quàm quòd multis remedium, ipſis, ne in pec-
cata [illegible]cidant & ſalute excidant, neceſſarium aufertur.

[illegible] *poſſibilis ſecundum naturam, ideſt*, ut bene explicat Franciſcus l. 1. de leg.
Suarez, *conſiderata fragilitate & conditione naturæ. Quod etiam*, inquit, c. 9. num.
Deus ip[illegible] modo obſervat. Nam ideo non præcipit omnibus virginitatem 19.
ſe[illegible]are, quia non erat hoc poſſibile ſecundum naturam. Si hoc non eſt poſ-
[illegible]e omnibus, fidelibus puta & laicis; nec poſſibile eſt omnibus
c[illegible]; nam hi è mediâ turbâ fidelium & laicorum adſciſcuntur,
[illegible] modo de ijs conſtat, quòd minùs fragiles ſint aut dono con-
tinentiæ magis polleant, quàm alij, qui clericatui non admoventur.
C[illegible] apud Pontificios, qui hanc legem mordicùs defendunt, nul-
lus delectus habetur, nulla exploratio inſtituitur, quid eorum qui
admoventur, humeri valeant, quid ferre recuſent. Quin, ut apud l.1.de vo-
[illegible]em Suarez lego, *confirmatur quotidianis exemplis, ordinem ſacrum* to, cap. 4.
[illegible], *&*, ſicut ipſe vult, *votum caſtitatis emitti ab ijs, qui non habeant*
[illegible]*atem ſervandi caſtitatem, imò etiamſi domi concubinas foveant.* Sed
[illegible]e in omnium manu, ut poſſint continere & non-uri, ſatis ſu-
[illegible]ſtendimus, nec opus eſt hîc repetere.

[illegible] *loco temporiq; conveniens.* Etiamſi primis eccleſiæ ſeculis lex pag.129.
[illegible] cœlibatus convenire potuerit, hodiernis tamen temporibus
[illegible] convenire anteà diximus. Sanctus Paulus nullam quidem
[illegible] ferens, ſed ad cœlibatum idoneis conſilium dans, hoc ipſum 1.Cor. 7.
[illegible]ſens tempori accommodat. *Exiſtimo*, inquit, *hoc bonum eſſe* Διὰ 26.

τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, *propter inſtantem neceſſitatem*, ſive imminentem perſequutionis calamitatem. *Tempus oportunum*, quo liceat commodè & tuo ipſius arbitratu vitam inſtituere, *contractum eſt in poſterum*.

Sit neceſſaria & utilis. Thomas rectè explicat, *neceſſitatem referri ad remotionem malorum, utilitatem ad conſequutionem bonorum*. Quæ verò mala removeat lex cœlibatus, & quanta bona adferat, ex ſuperioribus abundè poteſt conſtare, & teſtatus fuit Sigiſmundus Imperator, qui formulam reformationis cleri, concilio Baſilienſi offerendam fecit conſcribi, & inter alia hoc quoq; caput inſeri: *Quia plus mali quàm boni ex Calixti decreto in eccleſia ſequutum ſit, melius & animæ tutius eſſe, ut juxta ritum eccleſiæ orientalis clericis licentia conceda-*
Exam. cōcil. Trid. *tur contrahendi honeſta matrimonia*. Sic ex ipsâ formulâ Argentinæ anno cIↄ Iↄ xx. editâ allegat Chemnitius. Adſcribam ad has condi-
In l. 2. di- tiones uberiùs declarandas verba Gabrielis Vazquez. *Non ſufficit*,
ſput. 155. inquit, *ut lege removeatur aliquod damnum, niſi adferat etiam majus bo-*
cap. 1. *num: ſi enim majus bonum non adferret, etiamſi removeret aliquod malum, non eſſet ſecundum rationem, verbi gratia, ſi ex ejus obſervatione ſequerentur plura mala, quemadmodum ſi lex aliqua non permitteret meretrices, & graviter puniret, etiamſi ex ſe habeat omnes conditiones, & ſit neceſſaria, id eſt, neceſſitate aliqua exigente videatur lata, ſi tamen utilitatem non adferret, ſed potiùs inde graviora ſequerentur peccata, non eſſet ſecundum rationem*. Quaſi ut eveniant bona, liceat mala facere, vel poſitivâ & apertâ conceſſione, ut fiant, permittere. Inter cauſſas verò, propter quas Pontifex publica lupanaria fovere & meretricibus facultatem corpore queſtum faciendi liberam concedere cogitur, præcipuam eſſe
pag. 91. cœlibatum clericorum alibi oſtendimus; quem ſi mitigatâ lege relaxaret, Romam proſtibulis exonerare poſſet. Liceat autem, obſecro, mihi pro conjugio verba facere, qualia pro meretricibus fecit Vazquez. Si lex aliqua non permittat clericorum conjugium, & graviter puniat, etiamſi ex ſe habeat omnes conditiones, (quarum nullam habet) & ſit neceſſaria, id eſt, neceſſitate aliquâ exigente videatur (& profectò ſaltim videtur) lata; quia tamen utilitatem non adfert, ſed potiùs inde graviora oriuntur peccata, quæ, abſque illâ foret, non orirentur; proinde non eſt ſecundum rationem. Sequitur apud eumdem Vazquez de hac ipsâ & ſuperioribus conditionibus: *Has omnes conditiones exiſtimo ita neceſſarias ad veram rationem le-*

gis,

gi[illegible] *ſubditos poſſit obligare, ut deficiente aliqua illarum lex non ſit ſe*[illegible] *rationem, & proinde eſſentia illius & obligatio non conſtet.* Quid [illegible] de lege cœlibatus & obligatione, quam importet, ſtatui debeat, [illegible]nc liquet.

Sit manifeſta, ne aliquid per obſcuritatem captioſum contineat. Hæc conditio, ait Vazquez, *pertinet potiùs ad perfectionem legis, quàm ad eſſentiam.*

N[illegible]*llo privato commodo, ſed pro communi civium utilitate conſcripta.* *pag. 89.* E[illegible]m hoc ſuprà demonſtravimus, quòd clerus cœlebs Pontifici & Romanæ ſedi artiùs devinciatur, privatum eſſe commodum Pontificis & curiæ. Concludimus igitur ex receptiſſimâ de legibus do[illegible] communibusq; principijs, legem de quâ agimus, quando qui[illegible] conditiones ad veram rationem legis, quâ ſubditi poſſint ob[illegible] habet, non eſſe ſecundum rationem, & proinde eſſentiam [illegible]gationem non conſtare, ut verbis Gabrielis Vazquez [illegible] adductis iterum utamur.

[illegible]em addere de acceptatione, interpretatione, ceſſatione, [illegible] legum, ſi opus eſſet; & inde complura contra Pontifi[illegible]atum evincere. Cæterùm cui competit acceptari, inter[illegible] & ἐπιείκειαν admittere, ceſſare vel abrogari, id ſuppo[illegible], quæ obliget aut ſaltim per naturam ſuam obligare [illegible]. At Pontificium de univerſali ſacrorum miniſtrorum cœli[illegible]atum, quia à non habente poteſtatem, vel certè limites ſuæ [illegible]s enormiter excedente profectum eſt, & conditionibus ve[illegible] caret, ideo ex ſe & intrinſecè vitioſum & irritum eſt, nec ad [illegible] obligandi vim, quali nullâ pollet, aliquid iſtorum requi[illegible]ritur.

Acceptationem aliàs ad roborandas leges ita neceſſariam eſ[illegible] [illegible] populus aut major ejus pars reſiſtat & recipere detrectet, vim [illegible] amittat, communis eſt opinio. *Leges,* ait Gratianus, *inſti*[illegible] *cùm promulgantur; firmantur, cùm moribus utentium approban*[illegible] *cùm moribus utentium in contrarium nonnullæ leges hodie abro*[illegible] *ita moribus utentium ipſæ leges confirmantur.* *diſtinct. 4.* Et ad conſtitu[illegible]andri tertij de treugâ & pace notat Gloſſa, *Quod dicit* *Cap. 1.* [illegible] *non tenet; & epiſcopi qui non ſervant hanc conſtitutionem, non* [illegible] *transgreſſores, quia non fuit moribus utentium approbata hujus*[illegible] *treuga.* Hinc illa interpretum paſſiva eſt ſententia, quam ex

 Theo-

Theologis quoque iſtarum partium amplectuntur Johannes Gerſoni *lect.IV.de vita ſpirituali animæ, coroll. XIII*; Johannes Major *in quartum diſtinct.XV, quæſt.IV*; Johannes Driedo *libro primo de libertate Chriſtiana, cap.IX. conſiderat. II*; Johannes Azorius *Inſtitutionum moralium lib.V, cap. IV*; Gregorius de Valentiâ *Tomo ſecundo, diſp. VII. quæſt. V*, ubi etiam dicit, communem eam eſſe Theologorum & Juriſtarum doctrinam. Quamvis autem diſſentiant Gabriel Vazquez *in primam ſecundæ diſput. CLVI, cap. V*; & Franciſcus Suarez *libro tertio de legibus, cap. XIX*; negari tamen non poteſt, ſi lex imponat prorſus inuſitatum, prægrande & prægrave onus, obligationem ejus reſiſtentiâ populi, quippe rationabili, vel impediri vel tolli. Audiamus modò ipſum Suarez, virum ingenio prompto, judicio exacto, induſtriâ admirabili, & in ſtudijs ſcholaſticis verſatiſſimum, quibus ſi pari felicitate linguarum & antiquitatis cognitionem (quâ penitus hominem, ut plerosque alios ejus ſectæ, deſtitui videmus & dolemus) addidiſſet; inter ſummos ſeculi meritò haberetur. Is itaq;, quum loco allegato contra priorem ſententiam diſputaſſet, ſubjungit quæ hîc legi & noſtro

Num. II. negotio accommodari, operæ precium fore exiſtimavimus. *Lex injuſta, inquit, non eſt lex, præſertim quando ex parte materiæ eſt injuſta, quia rem iniquam præcipit: tunc enim non ſolùm ad acceptandum non obligat, verùm neque etiam ſi ſit acceptata: quia non ſolùm non tenentur ſubditi acceptare illam, verùm etiam non poſſunt, quando eſt clarè & manifeſtè de re iniqua. Quando verò tantum eſt injuſta reſpectu ſubditorum, quia illis infert gravamen injuſtum, etiamſi ab eis ſine peccato ſervari poßit; tunc etiam non obligat, ut acceptetur, tum quia excedit poteſtatem legulatoris, tum quia nemo patiens injuriam per legem, poteſt per eam obligari. Imò etiamſi ſubditi acceptent, non obligabuntur lege, ut lex eſt: an verò poßint obligari per modum pacti aut promißionis, vel donationis, aut tandem præſcriptionis, alia eſt quæſtio.* Item, *ſi lex, quamvis non ſit injuſta, ſit tamen nimium dura & gravis, & talis communiter à populo ſeu republica judicetur; tunc veriſimile videtur, non obligare populum ad acceptandum, nec peccare eos, qui incipiunt non ſervare legem.* Hæc nunc applicentur legi de cœlibatu, quæ non modò nimis dura & gravis eſt, ſed etiam reſpectu conjugatorum, quos ſacro miniſterio, & ſacrorum miniſtrorum, quos conjugio arcet, injuſta: quin, quatenus fragiles & ægros medicinâ à Deo præparata prohibet, penitus iniqua.

Panor-

Panorm[illegible] q[illegible]d de acceptatione à Canoniſtis doceri di- *c. Cum o-*
ximu[illegible] ad h[illegible] ipſum cœlibatus negotium transfert. *Lex præcepti tol-* *lim de cle-*
litur, inquit, *ſi moribus utentium non recipitur. ---- Papa etiam cum ma-* *ric. cõjug.*
jore parte concilij non poterit indicere continentiam certo generi perſonarum
poſt promotionem, eu reſiſtentibus & reluctantibus, quia continentia eſt res
quæ poteſt perſuaderi, imperari autem non: cauſſa XXXIII. quæſt. I. cap. Inte-
gritas. [illegible]cus hic, quem ei Gratianus ſuggeſſit, d[illegible] promtus eſt ex
Ambroſi[illegible] exhortatione ad virgines, in quâ ſanctus ille pater Julia-
nam vid[illegible]am introducit filiabus ſuis virginitatis decus commen-
dantem, & inter alia his quoque verbis utentem: *Tentationem tanta-* *Poſt init.*
rum neceſſitatum, difficultatum & affl[illegible]ctionum, quæ in vitâ humanâ
ſi rultu f[illegible] evitare, integritas corporis expetenda vobis eſt, quam ego pro con-
ſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt enim virginitas, quæ ſuaderi
po[illegible]ſt, imperari non poteſt; res magis voti, quam præcepti. Hinc igitur
non[illegible] apud ipſum Ambroſium & ejùs σύγχρονον Hieronymum
dur[illegible]ra, & præceptum magis quàm hortatum redolentia, expo-
nen[illegible]erunt: capienda videlicet haut aliter, quàm conſilia & incita-
[illegible] etiamſi nonnumquam verbis, inſtar mandatorum, exagge-
ren[illegible]

[illegible]m hîc adhuc addo, ex illis quæ diximus, deductum, ita e-
[illegible]ns, [illegible] Pontificijs negari nullo modo poſſit. Qui hodie ſacris
[illegible]r, ad cœlibatum promittendum aut admittendum legê
[illegible]elli, iniquiſſimum quidem eſt: poteſt tamen qualiſcumq; color
[illegible], eos videlicet ſuâ ſponte ambire ſacros ordines, quibus cœ-
[illegible] durâ & inexorabili lege, quidquid tandem de æquitate ejus
[illegible] eſſe non ignorent. Quid autem fiet illis, qui olim le-
[illegible] nondum promulgatâ aut neutiquam obſervatâ, initiati
[illegible]ando videlicet aut nulla ejuſmodi lex fuit; nam aliquando
[illegible] & paullatim modò hîc, modò ibi invaluiſſe certum eſt; aut
[illegible] jam in deſuetudinem venerat & obſervari deſierat, quod de
[illegible]s Siricij & Gregorij ſeptimi ſolet affirmari. Qui, in-
[illegible] quando lex de cœlibatu aut non fuit, aut non viguit, initiati,
[illegible]a ſacros ordines abſq; aliquâ ad recipiendum cœlibatis ju-
[illegible]gatione conſequuti erant, non potuerunt in poſterum ul-
[illegible]tu conjugio, quod aut iniviſſent, aut inire cogitarent, pro-
[illegible]. Non potuit enim prætexti votum, quum nullum emiſiſſent,
aut [illegible]er. juſſi fuiſſent, quin uxorati, ut eo tempore plerique, or-

dines ſuſcepiſſent; non lex divina, ut omnes fatentur; non humana vel ecclesiaſtica poſitiva, quæ vel nulla prorſus fuit, vel in uſu non fuit, non acceptata, aut etiam per deſuetudinem vel contrariam cõſuetudinem abolita, uxoratis aut quibus uxores ducere integrum eſſet, paſſim ad ſacros ordines admiſſis. His igitur ipſis non modò ulla ratione, ſed ne quidem prætextu vel colore nuptiæ poſteà interdici aut uxores adimi potuerunt: & conjugia talium, pleraque ante ordinationem contracta, ſacrilegij infamiâ adſpergere, dirimere & irrita atq; nulla pronunciare, non humanæ inſaniæ, ſed diabolicæ fuit audaciæ. Conjugij enim legitimè contracti vinculum nulla humana auctoritas ſolvere poteſt vel tollere. Iſta verò, de quibus loquimur, conjugia legitimè contracta fuerant, quippe quibus, quum contraherentur, nulla vel divina vel humana lex, ut Pontificios ſuis ingratijs fateri oportet, obſtiterit.

Interpretationem humanæ legis ſive ἐπιείκειαν quod attinet, locum ea habet in ſingularibus caſibus ab univerſali lege, quæ generaliter loquuta ad ejuſmodi particularia ſe dimittere non potuit, exemtis. Ceſſat igitur obligatio in caſu, quo obſervatio legis pugnatura eſſet cum virtute aliquâ vel præcepto legis naturalis aut divinæ, & proinde iniqua futura. Jam verò præceptum eſt divinum, ut qui ſe non continet, ad reſtinguendam uſtionem & vitandam fornicationem matrimonium contrahat: eſt quoq; præceptum juris divini naturalis, ut quiſq; periculum lapſus in peccatum & amittendæ ſalutis, remedijs, quibuſcumq; poteſt, præſertim ſi in promtu ſint, ante vertat. *Multi* autem clerici *ſalvarentur in ſacerdotio conjugato, qui ſterili in presbyteratu damnantur*, ut Aeneam Sylvium ſcripſiſſe ſuprà
pag. 65. diximus: & ex eodem etiam exemplum Johannis Fruntij produxi-
pag. 95. mus. Produximus quoq; Alfonſum Virveſium, rectè adſerentem *quòd jure ducendi uxorem nemo illorum privare ſe poſſit, quibus nota fuerit propria fragilitas, quin ſimul ſe vita æterna privet.* In ejuſmodi itaq; caſibus ceſſabit obligatio legis cœlibatum iniungentis, etiamſi alioquin inter leges humanas locum aliquem tueri poſſet. Ceſſat præterea obligatio legis poſitivæ, iuxta Suarezium, in caſu, quo obſervatio nimis dura & difficilis futura: *Quia*, ut loquitur continuando verba proximè citata, *tunc veriſimiliter præſumitur, non eſſe latam legem illam à principe cum intentione abſolutè obligandi, ſed ſolum experiendi, quomodo talis lex à populo recipiatur.* Loquitur de lege toti populo nimis

[illegible] moleſtâ. De caſibus verò, quibus non univerſo populo, ſed
no[illegible]is [illegible] altim perſonis prægravis futura, al bi: *Non ceſſat tantùm* l. 6. de leg.
ob[illegible]gatio l[illegible]gis in particulari, nec ſolùm locum habet Ἐπιείκεια, *quando obſer-* c. 6. nu. 9.
vare legem eſſet iniquum, ſed aliquando ac ſæpè illum habebit, etiamſi ini-
quum non ſit, ſolum quia eſt nimis grave aut difficile. — Conſtat propter vi-
tandum magnum gravamen licitum eſſe non ſervare legem, quamvis ſi velim
cedere juri meo, poſſem facere actum præceptum cum illo gravamine, ergo ex-
cuſatio non ſemper eſt cum obligatione non faciendi actum præceptum, nec
oritur ſemper ex iniquitate actus, ſed ex alio jure, quod homo habet, ut non
tam ſerviliter (ut ſic dicam) obligetur. Caſus prioris generis, nempe
q[illegible]s obſervatio mala & iniqua futura, ſub poteſtatem; poſteriores
autem, n[illegible]mij oneris & gravaminis ſub voluntatem æqui legislatoris,
q[illegible]cquid de poteſtate ſit, non cadunt. Unde in talibus intentionem
& vol[illegible]tatem legislatoris magis, quàm nuda legis verba, attendi
opo[illegible]re unanimis omnium doctorum eſt conſenſus. Nempe ejuſ-
mo[illegible]ſus legislator; cujus voluntas non niſi æqui boniq; publicæ-
q[illegible]ulorum tranquillitatis cupida eſſe creditur, ſi prævidere
potui[illegible], [illegible]pſe exemiſſet, aut etiam hodie, ſi præſens adeſſe & circum-
ſtant[illegible]nes cognoſcere poſſet, eximeret.

[illegible]um aliquod Thomæ in ſuperioribus recitavimus: ſub- Pag. 92.
j[illegible] mu[illegible] n[illegible]n[illegible] alterum in eandem ſententiam: *Præcepta, quæ per mo-* 2. 2. q. 147.
dum c[illegible]mun[illegible] ſtatuti proponuntur, non eodem modo obligant omnes, ſed ſe- art. 3.
[illegible] quod re[illegible]ritur ad finem, quem legiſlator intendit; cujus auctorita-
tem [illegible] tran[illegible]grediendo ſtatutum contemnat, vel hoc modo tranſgre-
ditur, ut [illegible]pediatur finis, quem intendit, peccat mortaliter talis tranſgreſ-
ſor. [illegible] em ex aliqua rationabili cauſſa quis ſtatutum non ſervet, præcipuè
[illegible], in[illegible] etiam, ſi legiſlator adeſſet, non decerneret ſervandum, talis
[illegible]io non conſtituit peccatum mortale. Eadem legimus in ſpecu-
lo [illegible]ali Vincentij Bellovacenſis, & prætereà hæc quoque verba: Parte 10.
[illegible]u intentio non eſt, vel eſſe non debet in condendo jus aliquod poſiti- diſt. 26.
[illegible]are homines ad illius juris obſervantiam habentes cauſſam legiti-
[illegible]letiam rationabilem non obſervandi. Martinus Navarrus Ma-
[illegible] *[illegible]videtur juſta, ob quam legiſlator, ſi præſens foret, excuſationem* c. 23. nu.
[illegible]. Cauſſa etiam, quæ bona fide pro juſta habetur, & ob quam, nî ta- 43.
[illegible]aret, legem non tranſgrederetur, à peccato mortali excuſat.
D[illegible]s Soto: *Legis obſervatio, ſi in exitium vergat communis ſalutis,* l. 1. de juſt.
[illegible]rvanda. [illegible]adneq; in privatam perniciem eſt ſervanda. Etenim ille, & jure q.
cuipa- 6, art. 8.

cui palàm eſſet, obſervationem legis eſſe letalem, conſtaretq; ex natura legis non eſſe ejus mentem in tantum periculum adigere ſubditos, neutiquam tenetur legem cuſtodire: ut ſi mihi conſtet hoſtes mihi in via inſidias paraſſe, non teneor die feſto ire ad ſacrum. Si licet ſtatutum eccleſiaſticum ob periculi ab inſidijs humanis vitæ corporali imminentis metum non ſervare; multò juſtiùs idem licebit ob metum longè graviorem incidendi in inſidias ſatanæ, (*ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram*, ait Apoſtolus) in peccatum & exitium animæ. Dicent fortè, periculum illud ab incontinentiâ & inſidijs diabolicis per Dei gratiam poſſe evitari. Eam rem pridem diſcuſſimus. Nunc ſaltim dico, alterum quoq; illud æquè poſſe; cujus tamen declinandi ergò conceditur legem eccleſiaſticam non ſervare.

1. Cor. 7.5.

pag. 73.

Lubet adjicere concluſiones nonnullas Suarezij, qui doctrinam de legibus è veteribus & recentibus ſcholaſticis, quin etiam juris canonici & civilis interpretibus, amplo opere copioſiùs & accuratiùs, quàm quisquam alius, expoſuit. *Dicendum eſt*, inquit, *quando certò conſtat materiam legis humanæ ex accidente, eventu vel circumſtantia factam eſſe iniquam ſeu contrariam alteri præcepto aut virtuti magis obliganti, tunc ceſſare obligationem legis, & propria auctoritate poſſe omitti, ſine recurſu ad principem.* Et adductâ auctoritate Thomæ ejusque interpretum, *ratio eſt*, ait, *quia ibi ſuperior auctoritas nullum effectum habere poteſt: nam etiamſi poſt recurſum ad illam vellet ſubditus legem ſervare, non poſſet illi obedire, quia obediendum eſt Deo magis, quàm hominibus, ergo impertinens eſt in eo caſu licentiam poſtulare. Secundò dicendum eſt, quando certò conſtat, legem non obligare, etiamſi poſſit ſine peccato ſervari, ſubditus propria auctoritate poteſt illam non ſervare. Tertiò dicendum eſt, qui probabiliter judicat, legem non comprehendere caſum illum, ſecurè poteſt excuſari ab obligatione legis, etiamſi formidet, vel utrinq; habeat rationes probabiles dubitandi.* Hæc talia ad noſtrum negocium & eccleſiaſticam ſive potiùs pontificiam conjugii clericorum prohibitionem quivis nullo negocio poteſt accommodare. Conſtat igitur, ſi qui clericis cœlibatum indicunt & matrimonium interdicunt, ſervari eam legem velint cum periculo animæ, ab ijs etiam, qui urantur & jugum ferre non poſſint, modum poteſtatis ſuæ enormiter excedere, & quæ neque debeant neq; poſſint, magnâ iniquitate præcipere. Sin, quod de priſcis eccleſiæ antiſtitibus meritò nobis perſuademus, non voluerunt

lib. 6. c. 8.

[illegible] præſcribere, niſi quod potuerunt & debuerunt; haut fuit ipſorum ſententia & intentio cœlibatum aliter legibus ſuis, aut potiùs m[illegible]s & conſilijs, exigere, quàm quatenus ſine periculo ac detrimento ſpirituali ſervari potuit, atq; adeo tamquam ritum, qui privatim in commodum miniſtrorum & publicè in eccleſiæ ornamentum cederet. Qui, inquam, epiſcopus ſive pontifex aliter accipi cupit, & quantumcumq; tandem periculum immineat, quodcumque d[illegible]um ſequatur, nihilominus legem ſervari; is terminos poteſtatis ſuæ evidenter tranſilit. De quo etiamſi non conſtaret evidenter, ſed ſaltim probabiliter, audi quid ex ſuâ & aliorum doctorum ſententiâ doceat Suarez: *Si judicium probabile eſt ſuperiorem excedere poteſtatem ſ[illegible]am præcipiendo rem graviorem vel cum majore periculo quàm poſſit, [illegible]tus probabiliter credit non potuiſſe fieri præceptum pro tali caſu, [illegible]ſuam libertatem poſſidet: ergo poteſt jus ſuum anteferre, & con[illegible]legis pro ſua libertate operari abſq; alia interpretatione.*

[illegible]terea ceſſat lex, ſi finis ejus ceſſet, hoc eſt, ſi per legem ejusve obſervationem, finis, propter quem primitùs excogitata fuerat, [illegible] amplius non poſſit; & multò magis, ſi res exeat in oppoſi[illegible] H[illegible] enim fuerit finem ſive rationem legis ceſſare non modò [illegible], ſed contrariè. Qui voluerunt clericos conjugio abſtine[illegible] [illegible]rite & cum ratione id voluerunt, clero eximiam mun[illegible] & dignitatem conciliare conati ſunt, inprimis verò decus [illegible]olumen[illegible]m eccleſiæ intenderunt. E cœlibatu autem illo o[illegible]m ſacrorum miniſtrorum univerſali immunditiem & oppro[illegible] cleri, eccleſiæ verò dedecus & damnum ubertim enatum eſſe [illegible] pridem oſtendimus; nec opus eſt actum agere. Evincit id[illegible] experientia, clamat populus Chriſtianus, negare non poſſunt [illegible]atus patroni, teſtantur Imperatores, quin nonnulli Pon[illegible] nec alia fuit mens auguſtiſſimorum principum Ferdinandi [illegible] & Maximiliani ſecundi, quos ob eximiam pietatem, pruden[illegible] [illegible]derationem meritò omnis venerabitur poſteritas, aut Si[illegible] Auguſti regis Poloniæ, aut Alberti ducis Bavariæ, durante [illegible] Tridentino concilio, conjugium clericis concedi partim à [illegible] quarto, partim à Pio quarto per oratores & per literas enixè [illegible]m. Fecit etiam Maximilianus ſecundus Pontifici Pio [illegible] cardina[illegible]s offerri libellum, quo pro conjugio clerico[illegible]ta continebantur, & inter cætera hoc quoque affere-

P batur,

batur, *Paphnutium in Nicana ſynodo honorabiles confeſſum nuptias, & concubitum cum propria uxore caſtitatem eſſe aſſerentem, ſuaſiſſe patribus, ne cœlibatus legem dicerent: gravem quippe eſſe cauſſam, quæ aut ipſis ſacerdotibus aut eorum conjugibus ſcortationis occaſionem praberet. id ſi olim ſanctè & ſapienter dictum, & ut inde honeſtari, hinc infirmitatis hominum ſubveniretur, neceſſarium exiſtimatum eſt, nunc profectò hoc infelici ſeculo veriſſimum eſſe, quo vix inter multos unus reperiatur, qui caſtum cœlibatum praſtet, nam omnes ferè publicos eſſe ſcortatores, cum maximo animarum diſcrimine & populi offenſione.* Hæc in eum modum præter alios Thuanus memorat.

Lib.36. in fin.

Lex itaq; cœlibatus in eventum ſuo fini contrarium evaſit. Ex ſe itaque ceſſat, nec aliâ opus eſt abrogatione. *Lex enim*, ut Suarezij verba denuò producamus, *tunc abrogatur quando ſupponitur eſſe vera lex & permanens toto tempore priusquam abrogetur; & conſequenter debet etiam ſupponi juſta, rationabilis, utilis: nam ſi priùs fiat injuſta, nociva aut inutilis, priùs per ſe deſinet eſſe, quàm abrogetur, & ita jam non habebit locum abrogatio.*

l.6. de leg. cap.25.

Si tamen ullâ opus foret abrogatione, dubium nullum eſt, eccleſiam aut eccleſias etiam particulares, præſertim inſignes & amplas, eâ eſſe prudentiâ & poteſtate, ut leges ocioſas, nedum noxias poſſint abolere. *Neque enim neceſſarium eſt*, ut iterum cum Suarezio loquamur, *mutationem rerum eſſe tantam, ut legem effecerit aut injuſtam aut prorſus inutilem, ſed ſatis eſt ut vel nimis rigoroſa, vel minùs utilis eſſe videatur, ſeu quòd major fructus ex ejus revocatione ſperetur, vel quòd majora pericula aut mala illa modo evitentur.* Optimo igitur jure lex cœlibatus, ſi abrogatione opus ſit, abrogari potuit: ſicut ſanè unanimi conſenſu & introductâ in contrarium conſuetudine in plurimis & ampliſſimis eccleſijs, præſertim ſeptentrionalibus, cenſeri poteſt abrogata.

Hîc procul dubio manum injicient & de poteſtate Pontificis, abſque cujus auctoritate nihil innovari debuerit, verba facere incipient. Nobis quidem de eâ hoc loco diſputare non eſt integrum: id ſolum adſerimus, non magis verum eſſe, quòd à Chriſto Pontifici poteſtas in univerſam eccleſiam conceſſa, quàm verum eſt, quod ab Apoſtolis jus conjugii clericis ademtum. Patriarchalia jura, quæ Romanus epiſcopus in occidente & in illas, de quibus loquimur, eccleſias tacito quodam populorum conſenſu aliquamdiu obtinuit,

eodem

[illegible] conſenſu, & expreſſo quidem, amiſit, poſtquam enormiter [illegible] cepit, & eccleſias ſervilibus imò iniquis oneribus, quorum [illegible]nendorum nullum ei jus erat, pellum dare. Si animo ſuo mo[illegible] fuiſſet, aut frequenter & comiter monitus, quæ nimiâ do[illegible] ubid ne peccata fuerant, emendaſſet, dignitatem ſuam ſine [illegible] retinere, & ut hactenus ita quoque porrò tamquam patriar[illegible] potuiſſet. Sed quia quantiſcumque obteſtationibus nihil [illegible] ab illo impetrari poterat; nec ſpes erat umquam impe[illegible], in libertatem, quam à Chriſto habebant, majores noſtri [illegible] occidentis complures, ſeptemtrionis verò omnes eccleſiæ ſeſe [illegible]nt. Neq; enim vult Chriſtus eccleſiam aliquam ſuam, ne[illegible]es & amplas, tantæ ſervitnti ſubjacere, ut nequeat [illegible] ſtatuta, quæ prædura experitur, abrogare; vel primatui, aut, [illegible], ſuperioritati cuidam, non niſi conſuetudine, vel, ad [illegible]n, jure poſitivo introductæ, præſertim poſtquam in domi[illegible] tolerabilem & meram tyrannidem converſa fuit, ſeſe ſive [illegible] ſive ſubtrahere. Unicuiq; tali eccleſiæ eam auctoritatem [illegible] caput & princeps contulit, ut poſſit ſcandala, quibus laceſ[illegible] amovere, & tranquillitati ſuæ conſulere, nec opus ſit eâ gratiâ R[illegible]e, inprimis ex quo nihil inde opis aut præſidii poteſt ſpe[illegible]. P[illegible] igitur auctoritatem, accedente in iſtis partibus cùm [illegible]nte [illegible]erudine, tum concordibus populi Chriſtiani ſuffra[illegible] cœlibatus, ſi non alioquin aut ut iniqua numquam obliga[illegible] ex quo noxia eſſe cepit, ex ſe obligare deſiit, ante centum & [illegible] nos abrogata fuit, ut exinde apud nos quidem nemo eâ te[illegible] teneri poſſit.

[illegible] omnino poteſtatem Pontificiam attendere, dico eâ[illegible] cœlibatus ferri aut potuiſſe, aut non potuiſſe. Si non potuit, [illegible] leges univerſis eccleſiis Pontifex ponere non poteſt, vel [illegible] iniquas non poteſt, utrumutrum fuerit, lex, de quâ diſpu[illegible] irrita & nulla erit. Sin potuit, attamen non aliter potuit, [illegible] moderatione, ne vel privatim homines in laqueum exi[illegible] conjiceret, vel publicè eccleſiæ emolumento decoriq; offi[illegible]. [illegible] quid ejuſmodi emergere cepit, lex iſta aut interpreta[illegible] relaxationem admiſit, aut in ſeſe collapſa ultrò exſpiravit, [illegible]um fuit, id, quemadmodum diximus, apud nos [illegible] abolitumque eſt.

Sic itaque pontificiam cœlibatus legem ſubſiſtere non poſſe demonſtrare voluimus è vulgatâ de legibus doctrinâ, principiisque utrinq; receptis, ipſis etiam doctorum alterius partis verbis, ut fortiùs ſtringeremus, neque quicquam in rem noſtram torquere videremur, prolatis.

Oſtendimus etiam paullò ab initio hujus tractatus, Apoſtolos nemini conjugium interdixiſſe, quemadmodum perperam &, propemodum dixerim, impudenter docent novatores Soto, Bellarminus & qui ab iis ſe paſſi ſunt ſeduci: ſed contrà epiſcopis, presbyteris, diaconis liquidò, diſertè & abſque ullâ exceptione uxores uxorumque uſum permiſiſſe, imò commendaſſe. Nunc quoq; praxin Apoſtolicæ & primitivæ eccleſiæ videamus, quomodo videlicet primis illis & ſinceris ſeculis liber fuerit conjugii uſus; ut ita teſtimonio Apoſtolico teſtimonium eccleſiaſticum ſubjungatur, & cum antiquitate Scripturæ antiquitas genuinæ traditionis connectatur & quaſi continuetur, quemadmodum fieri oportere procœmio in Vincentium Lerinenſem oſtendimus. Indicabimus etiam, ſi res ferat neque nimiùm tractatus excreſcat, quomodo & quales lapſu temporum de cœlibatu clericorum leges latæ, & quo ſucceſſu receptæ & obſervatæ fuerint.

Exempla itaq; prima ſuppeditat Scriptura ipſa, quibus ſubſequa ſunt exempla ex hiſtoriâ & antiquitate. Conſiderandum verò uxoratum quem eſſe, ubi res extra contentionem poſita eſt, alicujus momenti aut obſervatu magnoperè dignum minimè videri; & rariſſimè rem ferre, ut de mulieribus, quarum ſicut in republicâ, ita quoq; negocijs eccleſiaſticis infimæ aut propemodum nullæ ſint partes, mentio injiciatur. Hiſtoriæ autem & ſcriptis poſteritatis aures demoraturis non inſeritur, niſi quod novum, rarum & inſolens fuerit, quale certè non eſt hominem uxorem ducere aut habere. E numero igitur uxoratorum clericorum, quorum memoriam ad poſteros literarum monimentis tranſmiſſam legimus, non eſt quòd ipſorum multitudinem, ut in ſe fuit, æſtimemus. Ut enim uxores memorentur, non niſi ex occaſione, obiter & rarò fieri poteſt. Uxoratos autem ſive conjuges clericos ubi legimus, accipimus ita uxoratos, quemadmodum omnibus ſeculis & ubique gentium eſſe moris erat, nempe tales, qui utendæ uxoris jus habuerint. Maritos aliàs eſſe, quibus ad uxores accedere numquam liceat, inauditum,

nec

[illegible] quam in mentem venire poteſt. Hoc igitur adeo inſolens [illegible] & expreſsè addi oportuiſſet, præſertim quum in hiſtoriâ, quæ [illegible] ſunt & præter exſpectationem fiunt, curioſè & diſtinctè [illegible] poni ſoleant. Quamobrem ubi maritum legimus, & non legi[illegible]s quicquam ſingulariter annotatum de perpetuâ ſejunctione & ab[illegible]entiâ, maritum juxta communem ſenſum & uſum intelligi[illegible]; nec exiſtimamus fieri potuiſſe, ut paſſim pleriq; mariti (ita enim [illegible] initium fieri oportuiſſe Pontificij fatentur) in clerum legerentur, qui è veſtigio conſuetudini uxorum, ſive lege jubente, ſive ſuapte ſponte emiſſo voto, renunciarent, quin hoc alicubi non apud [illegible]ſiaſticos modò, ſed ethnicos quoque ſcriptores, ſaltim illos, [illegible] in Chriſtianam religionem invecti ſunt, annotaretur.

[illegible]cipem Apoſtolorum meritò primum omnium produci- *Mat.* 8 14
mus, [illegible]um fuiſſe ex ſacris literis certum eſt. Uxorem itaque *Marc.* 1,30
fu[illegible] minus certum eſt. Fuit, ajunt Pontificij; neque enim *Luc.* 8, 38.
po[illegible] negare: ſed ex quo ille ad Apoſtolatum vocatus eſt, juri ma[illegible] [illegible]ciavit, & uterq; cùm ipſe tum vxor perpetuam continen[illegible] vo[illegible] & præſtiterunt. Cæterùm ſocrum & proinde uxorem [illegible]ſſe, hoc lego; juri ſuo renunciaſſe, non lego. De priore itaque certu[illegible]m; poſterius quo mihi perſuadeatur, non invenio. Conan[illegible] ta[illegible]n alicunde evincere, &, vt ſolent, nihil ne dicant, aliquid [illegible] adferunt. Quum Petrus, ajunt, Servatori dixiſſet,
[illegible] omnia, & ſequuti ſumus te; reſpondit Servator, *Qui-* *Matt.* 19,
[illegible] domos aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut 27.
[illegible]eres, aut agros cauſsâ nominis mei, centuplicia accipiet. Er- *Marc.* 10,
go [illegible], Petrus & cæteri Apoſtoli uxores, quas habuerunt, reli- 28.
[illegible]t. Quæ verò, obſecro, eſt conſequentia? Diximus anteà, *Luc.* 18,28
[illegible] ſimul retineri non poſſunt pater, mater, uxor aut liberi, & *pag.* 67.
[illegible], [illegible] præ hujus amore patrem, matrem, uxorem, liberos [illegible] portere. Extra illum caſum vt per religionem Chriſtia[illegible] ceſſant officia erga parentes aut liberos, ita nec erga con[illegible]. Quis autem credat Apoſtolos iſto adhuc tempore, quo Spi[illegible] nondum illuſtrati terrena omnia ſomniabant, matrimo[illegible]gibus ſuis renunciare voluiſſe? Reliquerunt quidem [illegible]iones ſuas, vt Matthæus; alij piſcationes aut ſimiles ar[illegible] [illegible]tam tolerabant, ut Petrus ejuſq; frater Andreas: quia [illegible]l conſiſtere nequibant Chriſto ſemper adeſſe operamq;.

ramq; dare, & in telonio ſedere aut in lacu Tiberiadis piſcari. Quæ verò obligatio & officia parentibus, liberis, uxoribus debita cum officijs Servatori præſtandis non pugnabant & unà ſtare poterant, integra omnino manſerunt & ſublata non ſunt. Retinuit etiam Petrus poſt vocationem ſuam jus ſuum in domum ſuam. Nam *quum veniſſet Servator in domum Petri, vidit ſocrum ejus in lecto projectam & febricitantem.* Quur itaq; non retinuerit jus in uxorem? Iter quidem cum Chriſto faciens ab uxore abfuit: ſed videmus milites ut ſtipendia mereantur, & mercatores qui ad extremos Indos currunt, ſæpè & longiùs & diutiùs abeſſe, nec propterea matrimonium & jura maritorum à ſe abdicare. Petrus ergo quum dicit, *Ecce nos reliquimus omnia*, intelligit potiſſimùm lucra, artes & negotiationes, unde quæſtum facere, ſeq; & ſuos ſuſtentare conſueverant. Quod ſi omninò ad uxores velis trahi, non poteſt aliter, quàm vt dicas reliquiſſe uxores non quidem penitus & ſimpliciter, ſed quatenus cohabitatio per operam, quam Servatori dabant, impediretur vel interrumperetur: quemadmodum videlicet milites aut mercatores ſæpè uxores ſuas relinquunt. Et exiſtimare non nemo poſſet, ad ſimilem modum Apoſtolos jam Spiritu ſancto repletos & munus omnibus per orbem terrarum populis prædicandi aggreſſos, uxores reliquiſſe.

Matth. 8. 14.

Cæterùm ne ſic quidem reliquerunt, ſed ſuas ſibi uxores itineris comites adſumſerunt, & ſecum circumduxerunt, ut manifeſtè Sanctus Paulus teſtatur, quum ſcribit, Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, *Annon habemus poteſtatem ſororem uxorem* (conjugem videlicet Chriſto initiatam & eadem ſacra mecum amplexam: id enim hîc ſoror, ut etiam ibi, *Non eſt ſervituti ſubjectus frater aut ſoror in hujusmodi*) *circumducendi, ut & reliqui Apoſtoli, & fratres Domini & Cephas?* Apoſtoli itaq; pleriq; (hanc enim vim ad minimum habet vox *reliqui*) uxores habuerunt, & ſecum circumduxerunt. Fratres Domini fuerunt Jacobus, Joſes, Simon & Judas, ut eſt Matthæi XIII, 55, Marci VI, 3; nempe nati ex Joſepho, Deiparæ virginis ſponſo; qui quemadmodum credebatur & dicebatur Servatoris pater, ita quoq; ejusdem filij, beatiſſimæ virginis privigni, credebantur & dicebantur Servatoris fratres. Præcipuus horum Jacobus fuit, qui peculiariter elogio fratris Domini cohoneſtatur Galat. I, 19. Ita ad literam & ut verba ſonant, accepit Chryſoſtomus, cujus integram ad hunc locum expoſitionem è verſione Franciſci Aretini (nam Græca ad

1. Cor. 9. 5.

1. Cor. 7. 15.

[illegible] nunc non ſunt) adſcribam. *Intuere ſapientiam Pauli; primis poſtremo addidit: quod enim vehementiſſimum eſt, tunc ponitur. Neque enim tam mirum erat oſtendere id feciſſe alios, quàm principem ipſum & cui cælorum claves erant creditæ. Verumtamen non eum ſolum poſuit, ſed omnes, tantum non dicens, Sive inferiores quæras, ſive ſuperiores, omnium adſunt exempla. Et fratres Domini priore incredulitate liberati* (reſpicit ad illud, *Ne fratres quidem ejus credebant in eum*) *ex probatorum numero* Ioh.7.5.
facti ſunt, quamvis ad Apoſtolos non perveniſſent, id eſt, in Apoſtolos lecti non eſſent. *Quamobrem medios eos poſuit, utrinque maximos collocans.* Hæc ſunt, quæ ad eum locum diſſeruit Chryſoſtomus. Ad verba ἀδελφὴν γυναῖκα nihil peculiariter addit: ſed ſimpliciter & ut ſonant, accipit. Sicut enim apud Hebræos אשה indifferenter & fœminam & uxorem ſignificat, ſic quoq; γυνὴ apud Græcos præſertim Helleniſtas. Nuſquam in toto novo teſtamento uxor alio quàm hoc vocabulo denotatur. Γαμετὴ non invenitur; ut nec in verſione græcâ [illegible], nec in apocryphis: ἄκοιτις, παράκοιτις, quæ poëtica ſunt, multo [illegible]. Sororem itaque ſive fidelem fœminam, quæ uxor eſſet, à [illegible] etiam à pleriſq; alijs Apoſtolis, circumductam fuiſſe ex irrefragabili teſtimonio Pauli certiſſimum eſt. Quomodo enim ſine offen[illegible]o, & ſiniſtris ſuſpicionibus alias, quæ uxores non eſſent, ſibi adj[illegible]ere, eque loco in locum, ex urbe in urbem, è provinciâ in pro[illegible]nciam c[illegible]cumducere potuiſſent? At quis neſcit, ſummo eos ſtudio cav[illegible], ne quam rudibus populis, ad quos prædicatum veniebant, occaſionem ſcandali præberent? *Si non vis ſcandalizare eccleſiam, [illegible] fœminam*, ait Bernhardus. *Alioquin ex hoc unà cætera, quæ* Serm.65.
[illegible] *manifeſta ſunt, procul dubio credibilia fiunt.* Et ſanè, ſi varia & in Cãtica.
[illegible]q[illegible] peregrinationis comites, qui ſolatio & auxilio eſſent, v[illegible]ſſent, viros potiùs quam fœminas adſciviſſent. nam ſi matrimonium ſecludas, non modò vir magis deceat, quàm fœmina, ſed etiam commodus magis & utilis fuerit. Præterea propriè loquendo circumducitur à marito uxor, non verò alia, quæ ſuâ ſponte, [illegible]bet, ſequatur; ubi non libeat, ſubſiſtat aut retrocedat. [illegible] diſcipulas ſuas ſive a ſeſe ad Chriſtum converſas hujuſmodi [illegible] doctor aut apoſtolus habere potuit, ut eas per regiones [illegible] adeo varias & longè diſſitas, qualia profectò A[illegible] fuerunt, circumduceret. Et ſi diſcipulas cir[illegible], quæ ſingulari numero utitur Paulus? Indicium enim

facit.

facit ſingulas à ſingulis circumductas eſſe; quod ipſum uxores arguit, non diſcipulas. Et ſi ſororem ſaltim fœminam, non uxorem
In 1.Cor.9 intelligi cupit, quur addit, quod bene obſervavit Petrus Martyr, γυναῖκα? Sororem enim fœminam eſſe nemo ignorat. Omnis quidem ſoror fœmina: ſed non omnis ſoror, uxor eſt. Ergo ſubjici, quòd uxorem intelligi oporteret, operæ precium erat; quod fœminam, nullum. Sic etiam omnis frater vir eſt: ſed non omnis vir, frater ſive gentilis eſt. Igitur ἄνδρες ἀδελφοὶ, quod in Actis Apoſtolicis plus quàm
l.1.de cler. decies occurrit, huc à Bellarmino fruſtra trahitur: nec enim quadrat.
cap.20. Ἄνδρες in alloquio appellare, honorificum aliàs eſt. Et eſt, ut diximus, aliquid generale: cui ſive declarationis ergo, ſive captandæ benevolentiæ ſubjicitur ἀδελφοί. Sic quoq;, ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε, Act. VII, 2; XXII. 1: ἄνδρες Ἰσραηλῖται, Act. II, 22; III, 12; V, 35: ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Act. XVII, 22, quomodo illos etiam compellare ſolitus Demoſthenes. Quippe ſunt iſtæ formulæ compellandi: quarum nulla ad quod hîc eſt extra alloquium & inverſo ordine, ἀδελφὴν γυναῖκα, accommodari poteſt. Concludimus igitur hîc, ut in pleriſq; alijs plus quàm centum novi teſtamenti locis, per γυναῖκα uxorem ſignificari.

Tertullianus tamen, poſtquam ad Montaniſtas tranſivit, & non modò ſecundas nuptias damnavit, ſed etiam de primis auſus
Exhort. ad fuit ſcribere; *& ipſa ex eo conſtant, quod eſt ſtuprum: & ideo optimum eſt*
caſtit. c.9. *homini mulierem non tangere, quia cara eſt ſtupri affinitate*: ex eo, inquã, hunc quoque locum corrumpere & torquere auſus eſt. De Apoſto-
de monog. lis enim verba faciens, *Petrum ſolum*, inquit, *invenio maritum per ſo-*
cap.8. *crum; monogamum præſumo per eccleſiam, quæ ſuper illum ædificata omnem gradum ordinis ſui de monogamis erat collocatura. Cæteros quum maritos non invenio, aut ſpadones intelligam neceſſe eſt, aut continentes. Nec enim, ſi penes Græcos communi vocabulo cenſentur mulieres & uxores pro conſuetudinis facilitate, (cæterum eſt proprium vocabulum uxorum) ideo Paulum ſic interpretabimur, quaſi demonſtret uxores Apoſtolos habuiſſe. Si enim de matrimonijs diſputaret, rectè videretur dicere, Non enim habemus poteſtatem uxores circumducendi, ſicut cæteri Apoſtoli & Cephas? At ubi ea ſubjungit, quæ de victuariâ exhibitione abſtinentiam ejus oſtendunt, dicens, Non enim poteſtatem habemus manducandi & bibendi? non uxores demonſtrat ab Apoſtolis circumductas, quas & qui non habent, poteſtatem tamen manducandi & bibendi habent, ſed ſimpliciter mulieres, quæ illis eodem inſtituto,*

quo

quo & Dominum comitantes, miniſtrabant. Hæc Tertullianus libro de monogamiâ, quem *adverſum eccleſiam editum* eſſe Hieronymus ſcri- *cap.53.*
ptores eccleſiaſticos enumerans teſtatur: & commentario in epiſto-
lam ad Titum, *Scripſit*, inquit, *& Tertullianus de monogamiâ librum ha-* *in c.1.v.6.*
reticum, quem Apoſtolo contraire nemo, qui Apoſtolum legerit, ignorabit. Ni-
hilominus Hieronymus ipſe nimiâ virginitatis admiratione abre-
ptus, ubi cõtra Jovinianum diſputat, Tertullianicum hoc commen- *lib.1.c.14.*
tum ταυ ἀμφοιν arripit, & tantùm non exſcribit. Hieronymum ſe-
quitur Auguſtinus libro de opere monachorũ, capite quarto. Theo-
doretus eam expoſitionem memorat quidem, ſed non videtur pro-
bare. *Quidam, ait, ita ſunt interpretati, quòd quemadmodum Dominum ſe-*
quebantur fideles mulieres, neceſſarium alimentum diſcipulis ſuppeditantes: *in 1. Cor.9.*
ita etiam aliquos ex Apoſtolis ſequebantur aliquæ ardentiorem fidem oſten-
dentes. Non ſubdit, quod alibi eum adjeciſſe ſuprà oſtendimus, *Ad-* *pag. 49.*
mitte eorum interpretationem, qui ſic intellexerunt. Non igitur, ut jam di-
xi, probaſſe videtur. Iſidorus tamen Peluſiota epiſtolâ ad Iſido- *l.3.ep.176.*
rum diaconum probat, & confirmare nititur. Recentiores porrò
interpretes Theophylactum & Oecumenium eodem ire mirum nõ
eſt: ut nec Latinos Haymonem, Thomam, Hervæum, cujus ſub An-
ſelmi nomine commentaria leguntur. Ea quoq; quæ Ambroſio tri-
bui ſolent, Ambroſii non eſſe notum eſt. Chryſoſtomum autem pro
ea detorſione falsò allegari conſtat ex ſuperioribus, ubi, quæ à Chry-
ſoſtomo ad hunc locum dicta inveniebamus, adſcripſimus.

Tertullianus, quemadmodum liquet è dictis, opinionis ſive
incertæ ejus interpretationis auctor eſt: ab eo Hieronymus, qui vel
ipſa Pontificiorum confeſſione in prædicandâ virginitate & ſugil-
lando matrimonio modum exceſſit, eſt mutuatus, & Auguſtino aliud
agenti ſuggeſſit. Inde poſt aliquot ſecula tranſiit ad recentio-
res, nimios ut plurimùm cœlibatus admiratores, qui quantum hujus
æſtimationi decederet, ſi Apoſtoli uxores circumduxiſſe evince-
rentur, facilè animadvertebant, & propterea diverſam expoſitio-
nem avide amplexi ſunt.

Interim idem Tertullianus alibi, Exhortatione videlicet ad *cap.8.*
caſtitatem, Paulum de uxoribus loquutum eſſe agnoſcit. Pame- *Annotat.*
lius quidem aliorum verba, non ſua ipſum protuliſſe affirmat. Sed
totus contextus, quem, ne quiſquam fallatur, adjicio. *Liceat*
nubere, ſi & omne quod licet, bonum eſt. Idem Apoſtolus excla-

mabat, Omnia licent, ſed non omnia pro ſalute. Quod non prodeſt, oro te, poteſt bonum dici? Si licita ſunt & quæ non pro ſalute, ergo & quæ non bona ſunt, licita ſunt. Quid autem magis velle debebis, quod ergo (ideo) *bonum eſt, quia licet; an quod ergo, quia prodeſt? Multum exiſtimo eſſe inter licentiam & ſalutem.* — *Licentia plerumq; tentatio eſt diſciplinæ, quoniam diſciplina per tentationem probatur, tentatio per licentiam operatur. Ita fit, ut omnia liceant, ſed non omnia expediant, dum tentatur, cui permittitur, & vincitur, dum in permiſſione tentatur. Licebat & Apoſtolis nubere, & uxores circumducere. Licebat & de evangeliis vivere. Sed qui bus uſus non eſt in occaſionem, ad exemplum nos ſuum provocat, docens in eo eſſe probationem, in quo licentia experimentum.* Nempe vidit Tertullianus effugere ſe non poſſe, quin concederet, licitum eſſe ſecundò nubere. Reſpondet igitur, etiamſi liceat, non tamen omnia, quæ liceant, prodeſſe vel bona eſſe. Licuiſſe etiam Apoſtolis uxores circumducere & ex evangelio vivere, ſed eâ licentiâ Paulum uſum non eſſe, ut nos exemplo ſuo doceret, non eſſe omnia facienda, quæ liceant. Hunc Tertulliani diſcurſum, & in eo iſta verba non aliena, ſed propria eſſe conſtat. Annotatio itaque Pamelii non eſt nauci. *Quum alludat*, ait, *ad illud* 1. *Cor. IX,* 5; *iſtud usque ad*, SED QVI HIS VSVS NON EST, *non ex perſonâ auctoris dici, ſed eorum qui ſecundas nuptias inde videbantur comprobare velle, ſatis manifeſtum fit ex libri de monogamiâ capite octavo.* Hæc inquam, non ſunt nauci. E ſuâ enim ipſius perſona Tertullianum loqui contextus & diſcurſus manifeſtum relinquunt. Et quomodo uxores Apoſtolorum ad comprobandas ſecundas nuptias adduci potuerunt? quomodo alterum, *Licebat & de evangeliis vivere?* Tertullianus autem, ſicut diximus, eò trahit, ut concludat, Non omne quod liceat, factu bonum eſſe. Et ſi maximè aliena forent iſta verba, clarum tamen eſſet à Tertulliano admitti, negari minimè. Licebat Apoſtolis uxores habere & de evangelio vivere. Ergo utrumque bonum fuit, & ita faciendum. Antecedens ex ſententiâ Tertulliani fuerit admittendum: neganda verò conſequentia, & negatio exemplo Pauli comprobanda. Quod libro de monogamiâ aliam & novam quidem ac violentam expoſitionem adfert, id arguit cum Montani ſomniis ſemel addictum loca Scripturæ indies magis & magis torquere cepiſſe, & tum primùm commentum eſſe, quod quum Exhortationem ſcriberet, ex priſcâ ſimplicitate & verſione accipienti in mentem nondum venerat.

Nam

Nam priſcas verſiones *γυναῖκα* hîc *uxorem* reddidiſſe ex his ipſis Tertulliani verbis conſtat. Conſtat etiam ex Hieronymo, conſtat ex Auguſtino, locis quæ paullò antè fuerunt allegata. Ipſe itaque Tertullianus adverſæ ſententiæ auctor, noſtram, priuſquam planè deliraret, probavit; probarunt quoque vetuſtiſſimæ Latinæ verſiones, Tertulliano antiquiores.

Sed ne ſolam hominis auctoritatem, quæ ſanè hîc cum Montano palàm facientis penitus nulla eſt, elevaſſe videamur; rationes & illa quæ adfert, an majoris momenti ſint, conſideremus. *Eſt penes Græcos*, inquit, *proprium vocabulum uxorum.* Addit Iſidorus, in tabulis dotalibus *γυναῖκας γαμετὰς* à notariis dici. *Τρέφειν τε καὶ ἀμφιάζειν, ὡς προσήκει γυναικὶ γαμετῇ, κατὰ δύναμιν.* At ſanctus Paulus haut uſus fuit dialecto notariorum, ſed Helleniſticâ, in quâ *γαμετὴν* non inveniri ſuprà monuimus. *pag.119.* Fruſtra igitur etiam eſt Pamelius, dum hanc & aliàs ibi memoratas rejectasque voces producit. nam præter *γυναῖκα* Helleniſtæ aliam non habent. Sed pergat Tertullianus. *Si de matrimoniis*, inquit, *diſputaret, rectè videretur de uxoribus loqui: at quia de victuariâ exhibitione agit, uxorum non meminit.* Quaſi verò oſtendere junctim non poſſet, ſeſe jure ſuo, nec in exigendo victu, nec in circumducendâ uxore, uti. Quamquam poſterius ad prius refertur, atq; ita etiam, dum uxoris meminit, non niſi de victuariâ exhibitione, ut Tertulliani verba uſurpemus, loquitur. Apoſtoli, inquit, cæteri jure ſuo utuntur, & ab eccleſiis, quas docent, alimenta accipiunt. Poſſemus etiam nos eadem, ſi vellemus, pari jure exigere. *Annon habemus poteſtatem edendi ac bibendi*, ſumtu ſcilicet auditorum noſtrorum? *Annon habemus facultatem ſororem uxorem circumducendi*, atque adeo victum & alia neceſſaria ab eccleſiis petendi & capiendi non modò pro me uno, ſed etiam pro uxore, *ut & reliqui Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas*, qui videlicet unà cum uxoribus, quas circumducũt, ab eccleſiis aluntur? *An ſolus ego & Barnabas non habemus facultatem non operandi*, & aliunde [illegible]ndi, quam è laboribus manuum noſtrarum? Sic igitur juxta n[illegible]ram veramq; interpretationem à propoſito non deerrat Paulus, [illegible]am minori aut nulli potiùs oneri ſumtuique, ſecus ac reliqui A[illegible]i in more poſitum habeant, eccleſiis ſit, hoc ipſo, quod nul[illegible]orem ducat ac circumducat, oſtendit. Reliqui, inquit, non p[illegible]is modò, ſed etiam pro uxoribus ſuis neceſſaria accipiunt:

mihi tantumdem eſt juris; qui tamen ne mihi quidem uni quicquam depoſco. Habuit igitur, quod etiam obiter hic obſervari poteſt, etiamſi dudum Apoſtolus eſſet, facultatē & jus ducendæ uxoris. Quum enim uxorem non haberet, ſi nec facultatem ducendi habuiſſet, verè dicere non potuiſſet, quod dixit. Et in promtu fuiſſet regerere: Ais te nobis moleſtum non eſſe, quemadmodum eſſe poſſis, petendis uxori alimentis. Sed etiam ſi velles, ne poſſes quidem. Quia enim ante Apoſtolatum uxorem non duxiſti, ex quo Apoſtolus factus es, facultatem ducendi amiſiſti. Uxore itaq; ducendâ vel circumducendâ moleſtiam & ſumtus nobis creare, ſi vel maximè cupias, jam non potes. Sed hæc, ut diximus, ſaltim obiter.

Ultimum, attamen præcipuum, ut videtur, (ita enim avidè à multis arripitur) Tertulliani commentum eſt, quod nunc ſubjicio. *Mulieres Apoſtolis eodem inſtituto, quo & Dominum comitantes, miniſtrabant*. Reſpicit quod apud Matthæum: *Erant illic mulieres multæ, quæ ſequutæ fuerunt Ieſum à Galilæâ, miniſtrantes ei*. Et quod apud Lucam aliquanto pleniùs: *Inter faciebat per ſingulas urbes & vicos, prædicans & evangelizans regnum Dei: & duodecim illi erant cum eo, & quædam mulieres, Maria Magdalene, & Iohanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei ex facultatibus ſuis*. Chriſto itaq; pias mulieres & miniſtraſſe, & ſumtus ſuppeditaſſe, & itinerum comites fuiſſe, quia legitur, certum eſt. De Apoſtolis idem, quia nuſquam legitur, certum non eſt: imò prorſus improbabile eſt. Itineribus enim Chriſti & Apoſtolorum plurimum intereſt; comitatui item & cauſſis ſequendi. Ille enim non niſi in Palæſtinâ, regione non admodum ſpacioſâ, iter faciebat, numeroſo Apoſtolorum & diſcipulorum comitatu, cui ut amplæ alicui familiæ fæminas aliquot intereſſe, præſertim quum ipſa Domini mater unà iret, non erat abſurdum. At Apoſtoli ad remotiſſimas gentes, ad Perſas, Arabes, Indos & Æthiopes prædicatum proficiſcebantur: nec rectè Peluſiota peregrinationes aliorum Apoſtolorum minùs longinquas aut difficiles facit, quàm Pauli. Ejuſmodi peregrinationibus comitatum fæminarum, quum aliàs apparatus nullus eſſet, convenire non potuiſſe quis non videt? Et ſi fortunatiores nonnullæ ad alendos Apoſtolos nonnihil conferre voluerunt, quæ cauſſa ut ipſæ comitarentur, vel circumducerentur? nam domi ſuæ, quorum uſus foret, commodiùs parare, & inde, quò vellent, mittere poterant.

c.27.v.55.

c.8.v.1.& ſeqq.

Quòd

Quod Judaicæ Servatorem ſequerentur, hæc inter alias ſine dubio cauſa fuit, ut perpetuò ejus doctrinam & ſermones audirent, quum alibi qui eum ipſo comparari, vel docendo vicem ſupplere poſſet, non haberent. Fundatis verò per Apoſtolos eccleſiis idonei doctores & magiſtri non deerant. Sicut itaq; dixi, inter cauſſas ſequendi, inter apparatus, inter itinera ingens diſcrimen eſt. Omitto, Sanctum Paulum, ſi de fœminis quæ alimenta ſubminiſtrarent, loqueretur, ſingulari numero uſurum non fuiſſe. Singulas enim ſingulos Apoſtolos ſequutas eſſe aut aluiſſe nemo dixerit. Hoc urgeo, commentum illud Tertullianicum cum ſcopo Paulino pugnare. Nempe Paulus id agit, ut oſtendat, ſe eccleſiis oneri non eſſe, quemadmodum eſſe poſſet cæterique Apoſtoli factitent, ſed rerum aliàs ſibi debitarum gratiam facere. Non itaque edere & bibere auditorum ſumtu: ἀδελφὴν γυναῖκα non circumducere: operari propriis manibus. Atqui fœmina, quæ ſuas facultates impendat & neceſſaria ſubminiſtret, eccleſias non gravabit, ſed ſublevabit. Inter res itaque oneri & ſumtui futuras reponi non potuit. Imò quid opus eccleſiarum impenſis, ſi neceſſaria ſubminiſtrabant fœminæ? Sed non omnia, inquiunt, ſubminiſtrabant. Ego verò Apoſtolos ita ſumtuosè vixiſſe non credo, ut eorum uſibus fortunatarum fœminarum opes ſufficere non potuerint. Et ſi non poterant, quur hoc fine, ut ſcilicet Apoſtolos ſuſtentarent, ſequebantur vel ſequi permittebantur? Sive verò omnia, ſive aliqua ſuppeditarent, eccleſias certè ſumtu levaverint. Oneribus igitur, quæ ab eccleſiis cæteri Apoſtoli ſuo jure exigerent, accenſere Paulus non debuit. Petrus, inquit, & alii Apoſtoli eccleſiarum ſumtu vivunt, ἀδελφὰς γυναῖκας circumducunt, laboribus manuum ſuperſedent. Iſta quidem omnia eccleſiis onus & ſumtum attrahunt. Interim nobis Apoſtolis optimo jure debentur. *Ego tamen nullo iſtorum ſum uſus: ſed gratuitum conſtitui evangelium Chriſti.* Commentum itaq; Tertulliani nullo modo ſubſiſtere poſſe, [illegible]o, manifeſtum eſt. 1.Cor.9,15. & 18.

Pater Annalium Cæſar Baronius contra literalem & genuinam [illegible]onem novum argumentum protulit. *Si uxorem ſignificare [illegible], uti qui eam græce ſcripſit, græci ſermonis regulam ſervaſſet, nec [illegible] γυναῖκα dixiſſet, ſed neceßitate adſtrictus articulum addidiſſet, di[illegible] γυναῖκα, ut uxorem exprimeret. Quum igitur articulum non [illegible], plane conſtat non de uxore, ſed de ſorore intellexiſſe.* Idem Bellar- Anno 57. num.62.

l.1.de cler. cap.20. mino arriſit. *Dico, inquit, Apoſtolum non de uxoribus, ſed de piis fœminis loqui, quæ ſequebantur Apoſtolos & eis miniſtrabant.* — *Et certe proprietas græcæ linguæ hoc ſatis oſtendit. Nam dicit ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ſine ullo articulo. Si enim de uxore loqueretur, diceret τὴν γυναῖκα: uxor enim certa quadam mulier eſt.* Ab utro uter præclarum inventum acceperit, haut poſſum dicere. Ille enim primum tomum ſuorum annalium, iſte itidem primum controverſiarum Sixto quinto inſcripſerunt, nec aliam temporis notationem addiderunt, ut uter utrum prævenerit, equidem ignorem. Eſt autem non argumentum, ſed mera miſeria, & inſcitia, qualem in diſcipulo pædagogus meritò caſtigaret. Nullam uxorem Paulus habebat, nullam ducturus erat: ſaltim adſerit, alicujus ducendæ, ſiquidem jure ſuo uti vellet, copiam ſibi eſſe. Quomodo igitur addito articulo certam perſonam denotare aut debuit, aut potuit? Individua vaga articulis inſigniri non ſolent. Nulla itaq; græci ſermonis regula, nulla proprietas articulum hîc adhiberi permittit.

ibid.n.62. Cæterùm alio adhuc invento nos beat Baronius. *Nihil prohibet*, inquit, *eadem Pauli verba non de qualibet externâ muliere, ſed de ſuâ ipſius ſorore, eademq; germanâ poſſe intelligi, quum præſertim teſtimonio* Act.23,16. *Lucæ evangeliſtæ conſtet Paulum habuiſſe ſororem, cujus filius ipſum liberavit ab inſidiis Iudæorum.* Si ea tum ſuperfuit, ſanè de hac ipsâ loquutus articulo convenientiùs uti potuit, quàm priore caſu. Quin Lucas in ipſis Actis, ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύλου. Contra hanc itaq; expoſitionem ab omiſſo articulo argumentum petere poſſemus rectiùs, quàm fecit Baronius contra ſententiam noſtram. Et quid faciemus vocabulo γυναῖκα? Hoc enim, ſi de germanâ loquitur, quomodo locum habere queat, non poteſt ratio reddi. Et num reliqui Apoſtoli, fratres Domini & Cephas ſingulas germanas habuiſſe & circumduxiſſe credentur? Quod enim de ſe Paulus negat, hoc illos factitare affirmat. Quin inventiuncula hæc commentum Tertulliani tantopere decantatum & receptum evertit. Nam ſi per ἀδελφὴν γυναῖκα germanam intelligit Paulus, corruit quod de aliis mulieribus excogitaverat Tertullianus, & adductis Hieronymi, Auguſtini, Peluſiotæ teſtimoniis probare conatus eſt ipſe Baronius. Ita videlicet, qui evidentem veritatem oppugnant, ſibimetipſis contraria effari compelluntur.

Nec verba igitur, nec natura rei, nec proprietas ſermonis, nec

nec ſcopus ſcribentis Pauli, nec honeſtas converſationis Apoſtolorum, qui *ſine offendiculo & Iudæis, & Græcis, & eccleſiæ Dei* fuerunt, patitur, ut aliud nobis perſuadeamus, quàm pleroſq; Apoſtolos, fratres Domini & Petrum uxores habuiſſe & circumduxiſſe. Pleroſque dico, nam ut ſuperiùs monebamus, eam vim vocabulum *reliqui* habere oportet. Qui interim eorum aut cœlibes aut mariti fuerint, non magnopere curamus; præſertim in tantâ rerum, quæ vitam & geſta Apoſtolorum concernunt, obſcuritate & ignorantiâ, de quâ teſtem producimus Baronium ipſum. *Quod pertinet*, inquit, *ad res ab Apoſtolis geſtas, poſtquam ab invicem ſemel ſeparati ſunt; res quidem perobſcura eſt. Quum enim Apoſtolorum nomine tam facta quàm ſcripta reperiantur eſſe ſuppoſititia; nec, ſi quid de illis à veris ſincerisq; ſcriptoribus narratum ſit, integrum & incorruptum omnino remanſerit: in deſperationem planè quamdam animum dejiciunt poſſe umquam aſſequi, quod verum certumq; ſubſiſtat.* Johannes virgo permanſiſſe perhibetur, quod nos facile admittimus. Paulum quoque cœlibem fuiſſe è verbis, de quibus hactenus egimus, & alteris, *Velim omnes eſſe, ſicut ipſe ſum*, conſtat: fuiſſe, inquam, cœlibem, quum ea ſcriberet. nam potuiſſet habuiſſe uxorem, quæ vivere deſiiſſet; quod nec ipſum tamen veroſimile videtur, quandoquidem non provectâ ætate ut Petrus, ſed adoleſcens ad Apoſtolatum vocatus fuit.

1. Cor. 10, 32.

Anno 44. num. 42.

Act. 7, 58.

Si quid extra canonicas ſcripturas certi de his rebus reperiri poſſet, nihil præferendum foret teſtimonio Ignatii, qui temporibus Apoſtolorum proximus fuit, & ſine dubio, utpote & cum Apoſtolis ipſis, & cum auditoribus diſcipuliſq; Apoſtolorum converſatus, quicquid hujus erat, optimè cognitum habuit; nihil, inquam, præferendum foret teſtimonio Ignatii ex epiſtolâ ad Philadelphienſes (de quâ ab ipſo ſcriptâ Euſebius in hiſtoriâ & ex eo Hieronymus in catalogo fidem nobis faciunt,) depromto, modò hæc & aliæ ejus epiſtolæ ad nos ſinceræ & ab interpolatione immunes perveniſſent. Hæc autem ſunt verba: Αἱ παρθένοι, μόνον τὸν Χριστὸν πρὸ ὀφθαλμῶν [illegible] τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐν ταῖς εὐχαῖς, φωτιζόμεναι ὑπὸ τοῦ πνεύματος. [illegible], *ſolum Chriſtum in precibus veſtris ante oculos habete, & patrem illuminatæ a ſpiritu. Fruar veſtrâ ſanctimoniâ, ut Ieſu filii Nave, ut* [illegible]*, ut Eliſæ, ut Ieremiæ, ut Baptiſtæ Iohannis, ut dilecti illius diſcipuli, ut Timothei, ut Titi, ut Evodii, ut Clementis, qui in puritate vitam* [illegible] οὐ ψέγων τοὺς λοιποὺς μακαρίους, ὅτι γάμοις προσωμίλησαν, τούτων

lib. 3. c. 30.

cap. 16.

τούτων ἐμνήσθην ἄρτι, Non quòd vituperem cæteros beatos, qui ſe rei uxoriæ dederint, horum modò memini: opto enim ut dignus ſim, qui ad illorum pedes in regno cœlorum inveniar, utpote Abrahami, Iſaaci & Iacobi; utpote Ioſephi, Ieſaiæ & aliorum Prophetarum; ὡς Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων, τῶν γάμοις προσομιλησάντων, *utpote Petri & Pauli & aliorum Apoſtolorum, qui nuptiis operam dederunt.* Pauli nomen in an-
an.57.n. tiquioribus Vaticanæ & Sfortianæ bibliothecarum codicibus non
64. exſtare dicit Baronius; & adſtipulatur Bellarminus. Marianus
l.1.de cler. quoque Victorius in epiſtolam vigeſimam ſecundam Hieronymi:
*cap.*10. *In antiquiſſimo Ignatii græco codice, qui Matthiæ Vngarorum regis erat,*
ſcholio 36. *hoc non inveniri, Ambroſius Camaldulenſis, qui librum legit, teſtatur.* Idem de Anglicanis codicibus Hieronymus Verlenius Sylvius, cujus ad has epiſtolas ſcholia in Bibliothecâ Patrum Margarini Bignæi leguntur. Equidem haut invitus admitto, illud, καὶ Παύλου, à temerariâ manu perperam inſertum videri, quum alibi & in iis etiam, quæ exiguo intervallo ſubſequuntur, idem contigiſſe animadvertam: nempe ubi presbyteros, diaconos & clerum epiſcopo parére jubet, principes & Cæſarem additos eſſe. Quis enim hoc, ſi tempora Ignatiana reſpicias, ineptum eſſe non videat? Cætera verò, quæ adſcripſimus, genuina apparent, nec falſitatis coargui poterunt. Quin dicendo, ὡς Πέτρου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων, verba Pauli (ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι καὶ Κηφᾶς) leviter immutata expreſſit. Rectè itaque Ga-
*diſp.*249. briel Vazquez: *Negare non poſſum, magnæ auctoritatis eſſe teſtimonium*
in tertiam, *Ignatii, diſcipuli Apoſtolorum, & præferri meritò debere teſtimonio Tertul-*
*cap.*8. *liani, — & quod attinet reliquos Apoſtolos, præter Paulum, irrefragabile videri. Nam licet credere poſſimus Paulum ab eo nominatum non fuiſſe inter reliquos Apoſtolos conjugatos, ſed ab aliquo hæretico ſuppoſitum, ſicut contendit Baronius: — tamen quod ſpectat ad alios Apoſtolos in univerſum, non video, quo pacto ſcriptura Ignatii falſitatis inſimulari poſſit. Sed neque Baronius, neque alius aliquam in eo textus corruptionem aut depravatio-*
*num.*108. *nem oſtendunt.* Quin Baronius ipſe in Apparatu annalium, *Certè,* inquit, *fideliorem verioremque Lucæ Evangeliſtæ interpretem Ignatio neminem quis jure dixerit, dum quæ de Chriſto ſcripſit, ob oculos habuit.* Poſſumus nos eodem jure & modo dicere; Certè fideliorem veriorem- que Pauli interpretem Ignatio neminem quis jure dixerit, dum quæ
*an.*57. de Apoſtolis ſcripſit, ob oculos habuit. Et tomo primo: *Ignatii epi-*
*n.*66. *ſtolarum firmiſſima ſemper in eccleſiâ fuit fides; nec in aliquo umquam vel*

vel in dubitationem levem adducta. Tomo autem ſecundo: *Magnâ* *anno* 109.
quidem inprimis Dei providentiâ factum eſt, ut epiſtolæ ab Ignatio ſcribe- num. 20.
rentur. ſed & admirando planè divino conſilio procuratum, ut inter tot tan-
taque naufragia ſcripturarum, eædem ad noſtram ætatem incorrupta atque
integra ſervarentur. In illis quippe ejus temporis orientalis eccleſiæ facies
propemodum viva redditur: atque adeo, ut non tantùm res tunc geſtæ, ſed
& eccleſiaſtica diſciplina, & mores, & Apoſtolica ipſæ traditiones Apoſto-
licarum eccleſiarum, velut in tabulâ quadam, erudita manus penicillo ha-
beantur expreſſa. Si hæc, quæ tantâ adſeveratione à ſummo adverſæ
partis antiquario & hiſtorico traduntur, vera ſunt, quid deſideramus
amplius? Habemus enim liquidò & manifeſtè, Petrum aliosq; Apo-
ſtolos in conjugio verſatos negociis matrimonialibus operam de-
diſſe. nam id fuerit γάμοις προσομιλεῖν. Ita προσομιλεῖν τῷ πολέμῳ apud *lib. 1.*
Thucydidem. Et ſic eſſe adjuncta exempla ſimilia patriarcharum
& prophetarum declarant. Paulum excipi, (quamquam ſecus fieri
oporteret, ſi tanta eſſet incorruptio & integritas, quantam Baronius
poſtremis verbis prædicat,) quin & Johannem, vel adhuc, ſi opus ſit
& evinci queat, ut poteſt minimè, unum & alterum, haut inviti pa-
tiemur. Manet enim nihilominus, quod nos volumus, pleroſque A-
poſtolos uxoratos fuiſſe & in matrimonio, Abrahami, Iſaaci & Ja-
cobi inſtar, vixiſſe.

Si fas eſſet à lucernâ ſoli lucem fænerari, in promtu foret è *paullò poſt*
ſeptimo Stromatum Clementis, traditionem, quæ uxoris à Petro *medium.*
circumductæ fidem faceret, producere. Verba ſic habent: φασὶ
τὸν μακάριον Πέτρον, θεασάμενον τὴν αὑτοῦ γυναῖκα ἀγομένην ἐπὶ θάνατον.
Aiunt beatum Petrum, quum vidiſſet uxorem ſuam duci ad mortem, læta-
tum quidem eſſe propter vocationem, (quòd ad coronam martyrii voca-
retur) *& quod domum* (in cœleſtem patriam) *reverteretur: valdè autem*
cohortando & conſolando proprio nomine eam compellantem dixiſſe, Heus tu,
memento Domini. Tale erat beatorum matrimonium, & usque ad cariſſima
[illegible]criter deferenda *perfecta* erga Dominum *affectio.* Quare narra-
tioni huic fides derogari debeat, nulla eſt ratio. Arguit autem, ut di-
ximus, Petrum ſeorſim ab uxore non vixiſſe, ſed usq; ad mortem unà
[illegible]. Cæterum quibus clariſſima in promtu ſunt, ejusmodi obſcu-
ritatibus nihil opus eſt.

Poſſet res abundè demonſtrata videri, & nos acquieſcere.
Quum enim è divinis canonicisq; Apoſtoli literis evidenter conſtet,

licere epiſcopis, presbyteris, diaconis eſſe uxoratis, quin ipſos Apoſtolos pleroſque in conjugio vixiſſe & uxores circumduxiſſe; quis adhuc auſit adſerere Apoſtolos conjugium & uxores clericis interdixiſſe? Conſtat de conſtitutione Apoſtolicâ, conſtat de praxi & exemplis; & conſtat per auctoritatem, quâ nulla ſub ſole major eſt: quid ultrà expoſcimus aut deſideramus? Eſt tamen aliquod operæ precium ſacroſanctæ Scripturæ legitimam traditionem, ne quis hanc ab illâ diffidere exiſtimet, ceu pridem monuimus, ſubjungere, & ſic quoque primis optimiſque eccleſiæ ſeculis conjugium clericis permiſſum & uſurpatum oſtendere.

Nemo autem ignorat, quum de legitimâ traditione agitur, nullum locum invenire ſcripta apocrypha, ἀπέβλητα & præfixis priſcorum eccleſiæ doctorum ſummorumque virorum ſplendidis nominibus auctores ſuos mentientia. In ejuſmodi nullum eſt dubium multa in ignominiam nuptiarum inveniri, & unde queat colligi ac deduci, conjugium Apoſtolis parum placuiſſe, nec ſacros miniſtros decere. Canones qui Apoſtolorum dicuntur, contra Pontificios magis, quàm contra nos faciunt. De iis tamen & quidem ſe-
anno 58. xto eorum agens Baronius, *apocryphorum*, inquit, *non eſt tanta auctori-*
num. 23. *tas, ut quæ ſunt tam certa, rata atq; firmata, convellant.* Si quid itaq; nobis & ſuperiùs demonſtratis adverſum contineant, iiſdem verbis optimo jure utemur. Gelaſius ſanè in Romanâ LXX. epiſcoporum
c. Sancta ſynodo ponit inter ea, *quæ ab hæreticis ſive ſchiſmaticis conſcripta vel præ-*
Romana, *dicata, nullatenus recipit catholica & apoſtolica eccleſia Romana.* Par ra-
diſt. 15. tio Conſtitutionum Apoſtolicarum, quas Clemens Romanus fingitur edidiſſe, etiamſi cum pro illis, tum pro his adſerendis non ad ravim modò ſed ad inſaniam usque declamaverit Franciſcus Turria-
Appar. ver- nus Jeſuita: cujus nihilominus ſodalis Antonius Poſſevinus, *non o-*
bo Clemẽs. *mnino*, ait, *apud omnes effecit aut evicit, conſtitutiones iſtas eſſe Apoſtolicas & legitimas, à Clemente ipſo perſcriptas.* Sed nec hæ, ut fortè poſteà o-
an. 32. *n.* 18. ſtendemus, tam nos feriunt, quàm adverſarios. Non igitur apocry-
& *an.* 46. phas eſſe, quod ipſe alicubi Baronius agnovit, operoſiùs demon-
num. 13. ſtrabimus.

Ex actis Pauli & Theclæ Fauſtus Manichæus catholicis apud
lib. 30. Auguſtinum objicit: *Ipſi jam timeo Apoſtolo, ne dæmoniorum doctrinam intuliſſe tunc Iconio videatur, cùm Theclam oppigneratam jam thalamo, in amorem ſermone ſuo perpetuæ virginitatis accendit.* Epiphanius tamen,

men, cui apocryphas narrationes, in quas fortè incidiſſet, referre non eſt inſolens, *oppigneratam thalamo* non dicit, ſed habuiſſe ἐρμαςὴν (quod vocabuli neſcio an apud alios ſcriptores occurrat) εὐειδέςατον, *ſollicitatorem ſive procum formoſiſſimum.* Verba ſunt: Θέκλα μὴ συνεῖναι Παύλῳ τῷ ἁγίῳ, καὶ διαλύεται γάμου, ἐρμαςὴν ἔχουσα εὐειδέςατον, πρωτεύοντα δὲ πόλεως, πλούσιον ἄγαν, εὐγενέςατον καὶ διαφανέςατον. Cæterum hæc acta inter apocrypha idem, qui ſuprà, Gelaſius, & *jure quidem, ut Baronius loquitur, recenſuit.* De iis enim multò antè Tertullianus: *Sciant in Aſiâ presbyterum, qui eam ſcripturam conſtruxit, quaſi titulo Pauli de ſuo cumulans, convictum atq; confeſſum id ſe amore Pauli feciſſe, loco deceſſiſſe.* In eamdem ſententiam libro de ſcriptoribus Hieronymus: *Περιόδους Pauli & Theclæ & totam baptizati leonis fabulam inter apocryphas ſcripturas computamus*; & ſubjungit Tertulliani, utpote *eorum temporum vicini* (ita enim loquitur) teſtimonium. Interim Theclam piam quamdam virginem & martyrem fuiſſe, non eſt, quod negemus: cujus quando veteres meminerunt, haut eſt mirum, quando de apocryphâ narratione nonnihil adhæreſcere, quemadmodum fortè Ambroſio ſcribenti *Theclam, dum copulam fugeret nuptiarum, ſponſi furore damnatam eſſe.*

an.47.n.2. l.de bapt. cap.17. cap.7. lib.2.de virginibus.

Sub Lini nomine exſtat hiſtoria paſſionis Petri in Bibliothecâ Patrum Bignæanâ. Legitur ibi, quod hîc ſubjicio. *Uxor Albini, nomine Xantippe, cum aliis plurimis nobiliſſimis matronis venit ad Petrum: à quo percipiens verbum caſtæ vitæ, repudiavit non modò virile connubium, quinetiam & omne hujus delectamentum. Quâ de re Albinus nimio mœrore confectus comminabatur multa ſe Petro illaturum tormenta: Xantippen verò uxorem ſuam verbis injuriâ plenis, indeque delinimentis ac toto conamine retrahere tentabat.* Inde ſenatores nonnulli in conſeſſu ſurgere, & Petrum accuſare narrantur in hunc modum: *Suggerimus amplitudini veſtræ, nobiles viri, quòd ad everſionem urbis æternæ Petrus connubia divortiis emancipat, uxores noſtras à nobis disjungit, & neſcimus, quam nobis novam & inauditam legem inducit.* Rectè autem Baronius, *Acta*, inquit, *paſſionis Petri, quæ feruntur à Lino conſcripta, fuere aliquando ut aſſe ſincera, quæ autem modò exſtant, Manichæorum reperiuntur fuligine tincta, ſicut & de actis Andreæ queritur Auguſtinus: nam ſicut in Andream, ita in iſtis Petrum habes non tantùm caſtitatem rectè ſuadentem, & concubinas ab hominibus divellentem, ſed malè docentem etiam, ne ſponſæ uxores debitum redderent, quæ quidem à ſincerâ Apoſtolicâ prædica-*

tomo 7.edit.2.& 3. anno 69. num.6.

dicatione procul abhorrent. Hoc judicium Baronii ſanum eſt & laude dignum; cujus utinam cætera omnia in vaſto illo annalium opere ſimilia eſſent.

Locus Auguſtini de actis Andreæ, quem memorat, eſt in libro de fide contra Manichæos, capite XXXIIX. *Attendite in actibus Leucii, quos ſub nomine Apoſtolorum ſcribit, qualia ſint, quæ accipitis de Maximillâ uxore Egetis; quæ quum nollet marito debitum reddere, (quum Apoſtolus dixerit, Vxori vir debitum reddat, ſimiliter & uxor viro,) ſuppoſuerit marito ſuo ancillam ſuam*, & quæ ſequuntur, quibus etiam Maximillæ ſocia quædam jungitur Iphidamia, & Egeti prætorium tribuitur. Iidem Egetes proconſul ſive prætor, & uxor Maximilla, & Iphidamia in rebus geſtis Andreæ, quæ unà cum aliorum Apoſtolorum ſub nomine Abdiæ Babylonii in lucem prodierunt, leguntur. In ſuſpicionem igitur adducor hanc ipſam Apoſtolorum, uti appellatur, hiſtoriam decem libris comprehenſam, quæ ab Abdia primo Babyloniorum epiſcopo hebraicè ſcripta, ab Eutropio in græcum & à Julio Africano in latinum ſermonem converſa fingitur, & primùm à Wolfgango Lazio, deinde à Johanne Fabro doctore Sorbonico, ſub elogio genuini operis edita fuit, eſſe actus Apoſtolorum illos quos Leucius Manichæus ſcripſerit, niſi quòd abſurdiora & turpiora fortè nonnulla alicubi ſint reſecta. Auget ſuſpicionem, nec immeritò, quod apud ſanctum Auguſtinum Fauſtus ipſe Manichæus, *Mitto*, ait, *cæteros ejuſdem Domini noſtri Apoſtolos, Petrum & Andream, Thomam, & illum inexpertum Veneris inter cæteros beatum Iohannem, qui per diverſa* terrarum loca *profeßionem boni iſtius* (abſtinentiæ) *inter virgines ac pueros divino præconio cecinerunt, formam nobis, atque adeo vobis ipſis, faciendarum virginum relinquentes. Sed hos quidem prætereo, quia eos vos excluſiſtis à canone, facileq; mente ſacrilegâ veſtrâ dæmoniorum his poteſtis importare doctrinas.* Hæc Fauſtus. Habuerunt itaque Manichæi actus Apoſtolicos, multa conjugio injuria complexos, à Leucio, ut apparet, ſcriptos, & à catholicis meritò ejectos, quos aliquantum interpolatos hiſtoriam illam, ſive fabulas potiùs perſonati Abdiæ eſſe, ut dixi, exiſtimo. Nam ſanè hîc non modò in vitâ Andreæ, ſed etiam Johannis & Thomæ leguntur, quæ conjugio plurimum detrahant, & homini Chriſtiano, nedum ſacrorum miniſtro vix convenire poſſe arguant. Johannis *intenta ſermonibus* Druſiana, nobilis fæmina, uxor Andronici, *propter Dei* ſcili-

libro 3.

lib. 30.

libro 5.

[illegible]cet *cultum*, *mori potiùs eligit*, *quàm conſuetudinem repetere conjugii*, etiamſi maritus, & quidem fidelis, acriter *inſiſteret*, *dicens*; *Aut redde te mihi uxorem, aut morte perſequar repugnantem.* Ipſe verò Johannes jam jam moriturus inter cætera fingitur in hunc modum precari. *Tu Domine, qui ſervulum tuum mundum à conjunctione feminæ præſtitiſti; te Domine rogo, qui feſtinanti mihi ad nuptias in juventute demonſtraſti te, atque dixiſti: Mihi neceſſarius es Iohannes, operam tuam quæro. Sed quum juventutis ardore viſus eſſem non ſervare præceptum, & [illegible], quid integritatem ſervare vix poſſem, animum ad nuptias appuliſſem; tu quaſi bonus dominus ægritudinem mihi corporis inferens, caſtigans [illegible] Domine, & morti non tradidiſti me. Tertiò quoque ſtudentem [illegible] impedimento leviore revocaſti. Tu mihi Domine in mari dignatus es dicere: Iohannes, niſi meus eſſes, permitterem tibi, ut uxorem duceres.* Thomas, ſeu, ut ibi narratur, ipſe Dominus ſub imagine Thomæ, *libro 8.* [illegible] regis Indi ejusque ſponſo in ipſis nuptiis, ne conſuetudine ma[illegible]ſcentur, perſuadet. Hujus etiam ſermones ex quo au[illegible] Mygdonia, uxor Chariſii, marito ſuo, quantumvis ur[illegible] noluit. Eumdem animum induit conjunx regis M[illegible], p[illegible]quàm Mygdoniam cognatam ſuam inviſerat & Thoma[illegible] a[illegible]iverat. Rex igitur iratus vinctum & adductum Thomam interrogat: *Quis eſt iſte Deus tuus, qui conjuges noſtras per te [illegible] ſeparat? Dicit ei Thomas: Tu quum ſis rex, numquid vis habere [illegible]ata ſervitia? Si ergo tu, quum ſis homo, mundos ſervos habere ſtudes [illegible] mundas ancillas; quantò magis credere debes, amare Deum caſtiſſima & mun[illegible]ſſima ſervitia? Si ergo hoc Deum in ſervis ſuis & ancillis ſuis amare [illegible], quod tu in ſervis tuis & ancillis tuis diligis, ut quid culpor? Tum rex, [illegible], inquit, permiſi uxorem meam, ut cognatam ſuam Mygdoniam de præ[illegible]o liberaret, & ipſam tu præcipitio immiſiſti. Reſpondit Apoſtolus: [illegible]um non eſt, niſi recedere à caſtitate, & ire in libidinem. Nam [illegible] ſe tollit, & ad caſtitatem accedit, hic à præcipitio remeat [illegible]em, & egreditur de tenebris ad lucem. Dicit ei Meſdeus rex: Quo[illegible]aſti animos earum à conſortio conjugii noſtri, his quoque artibus [illegible] eodem conſilio, ut redeant, ut ſint conjuges noſtræ, ut antè fuerunt. [illegible]ſtolus Errat juſſio regis. Et rex: In quo errat juſſio mea? [illegible]lus: Fabricare turrim excelſam, & dicis mihi, ut ego qui [illegible]ator, ipſe deſtruam ſummitatem? Fodi terram profundam, & [illegible]am de abyſſo, & dicis mihi, ut ego illam obruam? Ego potiùs di-*

cam illis verba Domini mei: quia qui diligit patrem, aut matrem, aut filios, aut uxorem, plus quàm Deum, Deo dignus non eſt. Tu enim rex temporalis es, & ſi voluntas tua non fiat, temporaliter punis. Deus autem Rex æternus eſt, & ſi voluntas ejus contemta fuerit, æternaliter punit. Quaſi Apoſtolicum eſſet uxores à maritis avellere, & iram divinam cohabitantibus intentare. Quis non videat, & vel manibus palpet, ab inſaniâ Manichæorum eſſe, munditiem & caſtitatem conjugio, ut hîc manifeſtò fit, detrahentium? Nihilominus impoſtorem & planum hunc, qui ſe plerisque rebus geſtis interfuiſſe non minore ſtultitiâ quàm impudentiâ fingere audet, γνήσιον Apoſtolorum diſcipulum eſſe nonnulli adſeveraverunt. Johannes Faber Theologus Pariſienſis margini editionis ſuæ, quam Colonienſis Materni Cholini imitata eſt, alicubi adlevit: *Hæc omnia capite duodecimo Actorum habentur: quare vel Abdiam ex Lucâ ſumſiſſe, vel Lucam ex Abdiâ, quum fuerit uterque Apoſtolorum diſcipulus, credendum eſt.* Quæ vel mentis egeſtas eſt; vel inſignis in Spiritum ſanctum, cujus inſpiratione & ductu Lucas ſcripſit, blaſphemia. Bellarminus quoque teſtimoniis indidem petitis uſus fuit: in recognitione tamen ſuorum operum errorem agnovit. Ad *libro I.* libri enim de monachis ſecundi caput tertium annotavit: *Epiſtola Martialis & liber Abdiæ de rebus geſtis Apoſtolorum citantur à nobis tum hoc loco, tum etiam alibi, quoniam ab aliquibus recipiuntur: quamquam non ignoremus eos libros non eſſe tantæ auctoritatis, ut in iis dogmata fundari poſſint.* Diſertiùs autem libro de ſcriptoribus: *Vita Apoſtolorum, quæ ſub nomine Abdiæ circumferuntur, fabulis ſimiliores ſunt, quàm veræ narrationi.* A Baronio etiam rejiculis annumerantur & *manifeſtæ arguuntur impoſturæ.* *anno 44. nu. 44. & an. 51. n. 35.*

Quales itaque fuerint, qui primi opinionem hanc invehere & diſſeminare conati ſunt, nempe Apoſtolos ſuâ doctrinâ, ſuaſu vel juſſu uxores à maritis ſeparaſſe & conſuetudinem conjugalem ſuſtuliſſe, jam patet: fuiſſe videlicet ſycophantas manifeſtarios, Manichæorum anteſignanos, qui veriti non ſint Apoſtolicis viris adulterinos fœtus ſupponere & pudenda ſomnia ſub ſanctiſſimorum doctorum nominibus orbi obtrudere. Ingens impoſtura, quâ vix alia excogitari poſſit peſtilentior, & pernicioſiſſimum mendacium, profectum ſine dubio à patre impoſturarum & mendaciorum diabolo. Idem igitur primarius auctor opinionis de ſublatâ per Apoſtolos matrimoniali inter conjuges conſuetudine. nam à quo figmenta

menta iſta & audacia falſos titulos præfigendi, idem architectus ejus, de quâ diximus, opinionis. Ille verò is ſpiritus eſt, quo acti & impulſi fuerunt Manichæi.

Dices, Quid verò opus eſt ſtatuere, quòd per Apoſtolos ſublata fuerit matrimonialis inter conjuges conſuetudo? Reſpondeo, juxta opiniones novatorum Soti, Bellarmini & ſequacium omnino opus eſt ſtatuere, quòd per Apoſtolorum ſive doctrinam, ſive conſtitutionem aut legem, ſive ſaltem monita & conſilia matrimonialis conſuetudo maritis, qui in clerum legerentur, atque adeo conjugibus bene multis, fuerit ademta. Sunt manifeſta Soti verba, ſub initium tractatus producta, *quòd circa Apoſtolorum tempora cunctis* pag. 11. *fuerit ſacerdotibus uxorius uſus interdictus.* Baronius etiam: *Dicendum eſt conjugatos ſæpiùs eligi contigiſſe,* EA TAMEN LEGE, *ut quantumli-* an. 58. n. 18. *bet neceſſitate cogente ejuſmodi aſſumerentur, conſentiente primum uxore, ſic electi deſinerent prorſus uſu conjugii eſſe viri; atque adeo, ut ſi inventi eſſent liberis operam dare, redigerentur in ordinem.* Et mox: *Qui uxores* num. 20. *habentes in epiſcopos adſumebantur, abſtinere, ſi munus adſequi vellent, accedente uxorum conſenſu ab ipſarum conſuetudine cogebantur.* Ajunt videlicet, non fuiſſe iſtis temporibus eam fidelium à matrimonii nexibus immunium copiam, quæ miniſteriis ſacris potuerit ſufficere: hinc pleroſque aut certè multos maritos adſcitos eſſe. Juxta hypotheſes igitur adverſariorum, hos ipſos in hunc aut ſimilem modum Apoſtolos affari oportuit: Eccleſia indiget veſtrâ operâ, quam etiam nos judicamus utilem fore. A nobis autem lege conſtitutum eſt, ne quis maritus ſacro miniſterio admoveatur, niſi conſuetudini conjugali cùm ipſe, tum uxor ejus renuncient. Si itaque eccleſiæ veſtram operam, quam ipſa magnopere deſiderat, impendere vultis, oportebit in poſterum mutuo congreſſu abſtinere, nec umquam ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθεῖν, atq; adeo in eum finem vos uxoresq; veſtras votum vovere, & religione obligationis, quanta omnium maxima cogitanda eſt, obſtringi. Ut eccleſiæ idoneis ſacrorum miniſtris deſtitutæ præſto ſitis, nec tempore tam neceſſario operam denegetis à vobis obſecramus, &, ſi non præcipimus, certè cupimus, hortamur & rogamus. In hunc, inquam, aut ſimilem modum ad maritos miniſterio aptos ſermonem ab Apoſtolis habitum oportuit. Annón verò hoc monitis & conſiliis, ſi non doctrinâ & lege, quamquam etiam iſtâ, conſuetudinem maritalem conjugibus adimere?

Quis

Quis autem adeo cæcutit, ut id Apoſtolis convenire non potuiſſe, non videat? Pugnat enim manifeſtò cum doctrinâ Apo-
1.Cor.7.v. ſtolicâ: *Uxori vir debitam benevolentiam reddito; ſimiliter & uxor viro.*
3.& 5. *πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε, rurſus ſimul convenite, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram.* Hæc ita univerſim docet Apoſtolus, nec maritos uxoresvé maritorum, qui in clerum lecti fuerint, excipit. Neque verò ratio erat, quur exciperet, aut eorum matrimonialia jura magis, quàm aliorum conjugum, infringeret. Nec enim eorum matrimonia minùs matrimonia ſunt, quàm aliorum; nec ipſi humanæ imbecillitati minùs obnoxii, quàm alii. Non eſt itaque, quòd ſibi quiſquam perſuadeat, Apoſtolos generatim conjuges docuiſſe, ne alter alteri conſuetudinem ſubtraheret: nihilominus voluiſſe, ut eorum, quorum alter in presbyterium cooptatus eſſet, conjugalis familiaritas penitus aboleretur. Non nunc ago de iis, qui fortè olim mutuo commercio ſuâ ſponte ſive, ut loquuntur, motu proprio renunciarunt: quomodo & quatenus id fieri poſſit, nunc non inquiro. Hoc ſaltem hîc dico, Apoſtolos, ſiquidem ſibi conſtiterunt, ut conſtiterunt omnino, nemini, & præſertim nulli integro hominum ſtatui ſive ordini id per conſilium ſuadere, nedum per conſtitutionem aut legem imponere vel præcipere potuiſſe.

Taceo alia, quæ hîc occurrunt, ἀσύστατα. Ajunt cœlibes, quot ſatis eccleſiæ miniſteriis eſſent, reperiri non potuiſſe. At longè difficilius fuerit tot conjuges reperire, qui velint conjugiorum deſinere. Si fortè promtus maritus, num ſtatim ad conſentiendum proclives fœminæ? Quàm diuturnas hîc neceſſe eſſet fuiſſe deliberationes! quàm operoſas actiones! At ſine difficultate ſeptem ab
Act.6,5. Apoſtolis ordinantur diaconi, è quibus tamen aliquos maritos fuiſſe
21,8.14,23. in confeſſo eſt; Philippus certè quatuor filias habuit: Nicolai uxorem multi veteres memorant. Paulus & Barnabas per ſingulas eccleſiis creant presbyteros: nec tantæ rei, adeo hactenus inuſitatæ, inauditæ & haut promtæ (ſi communem hominum inclinationem & naturam attendamus) perfici, ulla fit mentio. Paulus etiam jubet Ti-
Tit.1,6. tum oppidatim in Cretâ conſtituere presbyteros, *Si quis*, inquit, *eſt unius uxoris vir.* Debuiſſet ex alterâ ſententiâ dicere, Si quis vult *conſentiente uxore deſinere prorſus uſu conjugii eſſe vir*, quemadmodum Baronium loqui paullò antè oſtendimus. Neq; dubium eſt, ſi hoc voluiſſet Apoſtolus, quin pari facilitate dicere potuiſſet, & dicturus omni-

om[illegible]o fuiſſet. Sed nolumus his diutiùs immorari. Satis nobis [illegible]endiſſe, opinionem, quæ affirmat per Apoſtolorum doctrinam, leges, monita, uxores à maritis avulſas abjunctaſq; aliquando fuiſſe, in apocryphis pudendiſq; ſcriptis fundamentum & è deteſtandis Manichæorum hæreſi architectos habere.

Pergemus ad alia, ſi paucis antè monuerimus, traditionem, quam hic inquirimus, gemino ſenſu accipi poſſe: *uno*, an eccleſia prima & pura exiſtimaverit proq; certo habuerit, Apoſtolos nemini marito ſacrum miniſterium crediſiſſe, niſi commercio uxoris prius renunciaſſet; *altero*, an ipſa in praxi idem obſervaverit, & neminem niſi vel cœlibem, vel maritum ex voto ſuo & uxoris abſtinentem, admiſerit. Prius eſt atteſtatio de facto præterito, & quaſi do[illegible] quæpiam: quæritur enim, an vetus eccleſia docuerit ſuoq; te[illegible] confirmaverit, Apoſtolos tale quid feciſſe. Poſterius, fa[illegible] non præteritum, ſed præſens & praxin ejus ipſius eccleſiæ ſe[illegible] cujus ſuffragium quærimus, concernit. Utrumque ab ipſis ca[illegible]s & ſcholaſticis negari in initio tractatus oſtendimus, & [illegible] contrariam prioris adſertionem è Manichæiſmo originem duc[illegible]e commonſtravimus. Poſterius autem à priore pendet: [illegible] ſeculorum eccleſia ſicut memoriam doctrinæ & fa[illegible]um Apoſtolicorum rectè conſervavit, ita praxi ſuâ fideliter ex[illegible]. Quoniam igitur in ſincerâ & genuinâ antiquitate prius [illegible]inveniatur, ſcilicet, Apoſtolos, quotquot conjugio & conſuetu[illegible]co[illegible]gali non renunciarent, ad miniſterium ineptos declaraſſe, [illegible] indignos excluſiſſe; nec invenietur poſter[illegible]us, nempe [illegible]culis omnes eos qui jus conjugii à ſeſe non abdicaverint, [illegible]os fuiſſe. Et de priore quidem, utpotè abundè in ſuperiori[illegible] demonſtrato, in poſterum magnoperè ſolliciti non erimus. So[illegible]terioris operoſior aliqua reſtare poſſit conſideratio, ut li[illegible]ſpiciamus, qualis primorum ſeculorum vel etiam à primis [illegible]orum praxis fuerit.

Nicolaus proſelytus Antiochenus, ut eſt in Actis Apoſtolicis, *Act. 6, 5.* [illegible]s e primis ſeptem, quos Apoſtoli ordinaverunt, diaconis u[illegible] ſicut prius diximus & communis eſt veterum & recen[illegible]. Irenæus quidem & Tertullianus uxoris mentio[illegible] ſed ipſum turpiſſimæ ſectæ auctorem faciunt, ille libro [illegible] capite XXVII; iſte de præſcriptionibus capite XLVI.

Poſt init. Clemens Alexandrinus tertio Stromatum accuratiùs, quàm quiſquam alius, totam rem expoſuit: eſtq; antiquiſſimus omnium, è quo plenam cognitionem liceat haurire. Subjungo, quæ apud eum leguntur. ὡραίαν, φησὶ, γυναῖκα ἔχων οὗτος, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τὴν τοῦ σωτῆρος πρὸς τῶν ἀποστόλων ὀνειδισθεὶς ζηλοτυπίαν, εἰς μέσον ἀγαγὼν τὴν γυναῖκα, γῆμαι τῷ βουλομένῳ ἐπιτρέψαι. ἀκόλουθον γὰρ εἶναι φασὶ τὴν πρᾶξιν ταύτην ἐκείνῃ τῇ φωνῇ, τῇ, ὅτι παραχρήσασθαι τῇ σαρκὶ δεῖ. καὶ κατακολουθήσαντες τῷ γενομένῳ τῷ τε εἰρημένῳ ἁπλῶς καὶ ἀβασανίστως, ἐκπορνεύουσιν ἀναίδην τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ μετιόντες. *Nicolaus, ut ferunt, quum uxorem haberet formoſam, & poſt adſcenſionem Servatoris ei ab Apoſtolis Zelotypia exprobrata eſſet, uxorem in medium productam, cuiq; qui ducere cuperet, ducendam permiſit. Ajunt enim actionem iſtam illi voci conſentaneam, quâ dicere ſolitus, Quòd carne oporteat abuti,* hoc eſt, duriter uti, aſperè tractare & ejus illecebris nihil indulgere. *Et cùm factum tum dictum ſimplex & minùs accuratum conſectati impudenter fornicantur, qui ejus hæreſin ſequuntur.* Habuit itaque Nicolaus uxorem: etſi, objectum zelotypiæ vicium ſive deponere ſive diluere & palàm oſtendere fatagens, quam cùm uxorem tum res alias ſimiles terrenas nihili faceret, conjugium ejus alteri permittendo inconſideratè admodum & perperam egit. Subjicit autem Clemens in excuſationem Nicolai. *Ego verò audio Nicolaum nulla umquā aliâ, quàm quæ ei nupſiſſet, uſum eſſe, & ex liberis ejus famellas in virginitate conſenuiſſe & filium in puritate perſeveraſſe. Quæ quum ita ſeſe habeant, adductio uxoris, cujus zelotypiâ laborabat, in medium Apoſtolorum, abjectio erat affectus, & abſtinentia à voluptatibus, quibus ſtudetur maximè, quid ſit abuti carne, declarabat. Neq; enim exiſtimo voluiſſe, congruè ad præceptum Domini, duobus dominis ſervire, voluptati & Deo. Dicunt itaq; etiam Matthiam ſimiliter docuiſſe,* σαρκὶ μὲν μάχεσθαι καὶ παραχρῆσθαι, *carnem quidem oppugnare & duriter tractare, nihil ei ad voluptatem libidinoſum indulgendo, animam contrà fidei & cognitionis incremento excolere.* Hæc Clemens, quibus docemur, turpiſſimos hæreticos ἄθεσμον γυναικῶν κοινωνίαν uſurpantes Nicolai nomen falsò prætexuiſſe, & cùm dictum tum factum hominis, contra ipſius animi ſententiam aliò, quàm quò ſpectaverat, detorſiſſe. Quamquam profectò illud utpotè ambiguum & minùs accuratum, expoſitione indiget, iſtud verò, quippè temerarium & pugnans cum honeſtate & religione matrimonij, meritò reprehenditur.

Verba

Verba Clementis exſcripſit Euſebius hiſtoriæ libro tertio, capite XXIII: laudat etiam & ſequitur Theodoretus Αἱρετικῆς κακομυθίας tomo tertio; quamquam nonnulla paulò aliter narrare mihi videtur. Ait Nicolaum ὡραίαν ἐσχηκότα γυναῖκα, αἰτιαθῆναι παρὰ τῶν ἀποστόλων, ὡς ζηλοτυπίας εἰσδεξάμενον πάθος. τοῦτον δὲ ἀποτρέψασθαι τήνδε τὴν δόξαν πειρώμενον (Clemens dicit propter ἀποβολὴν πάθους feciſſe) εἰς μέσον ἀγαγεῖν τὴν γυναῖκα, καὶ ἐπιτρέψαι κοινωνῆσαι αὐτῇ (γῆμαι dicit Clemens) τὸν βουλόμενον, οὐ τοῦτο νομοθετοῦντα, ἀλλὰ τὴν τῶν κατηγορούντων συκοφαντίαν ἐλέγχοντα. In eandem ſententiam Auguſtinus: *Quum de zelo pulcerrimæ conjugis culparetur, velut purgandi ſui cauſſâ permiſiſſe fertur, ut ea qui vellet uteretur. Quod ejus factum in ſectam turpiſſimam verſum eſt, in qua placet uſus indifferens fœminarum.* Cæterùm apertè dicit Theodoretus, nefandos iſtos homines ψευδῶς σφᾶς αὐτοὺς ἐκ τοῦδε προσηγορίας ἐπωνομακέναι. Eodem reſpicere videtur Ignatius, ψευδωνύμους appellans Nicolaitas. Sic enim ſcribit ad Trallianos: φεύγετε τοὺς ἀκαθάρτους Νικολαΐτας, τοὺς ψευδωνύμους, τοὺς φιληδόνους, τοὺς συκοφάντας. Idem occurrit epiſtolâ ad Philadelphienſes: ubi tamen locum interpolatum putaverim. Irenæum & Tertullianum ſuprà productos; Hilarium item canone XXV. in Matthæum; Hieronymum epiſtolâ ad Sabinianum diaconum, & adverſus Luciferianos, & ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos; Philaſtrium denique de hæreſibus ſcribentem, qui Nicolaum ipſum omnis nequitiæ & immunditiei auctorem & repertorem faciunt, ex communi opinione & minùs accuratè loquutos exiſtimo. Irenæus quo; libro tertio, Nicolaitas dicit *vulſionem eſſe ejus, quæ falsò cognominatur ſcientia*. Vult dicere, eſſe ἀπόσπασμα (quomodo etiam ſine dubio græcè ſcripſit) ejus ſectæ, quæ a ſcientiâ falsò ſibi nomen indiderit, id eſt, Gnoſticorum. A Gnoſticis igitur orti honeſtum à Nicolao cognomentum ſumere voluerunt.

De hæreſ. cap. 5.

Cap. 11.

Epiphanius aliquanto aliter, quàm cæteri veteres, hiſtoriam Nicolai enarrat. Locum integrè, ut quicquid ad rem facit rectè percipiatur, adſcribam. *Nicolaus unus fuit ſeptem diaconorum ab Apoſtolis electorum, una cum Stephano illo ſancto primoq; martyre, & Prochoro, & Parmena, & aliis. Is ortus ab Antiochenis proſelytus fit. Poſteà autem admiſſus ad cationis de Chriſto ſermone adjunctus diſcipulis primas inter præcipuos obtinuit, atque hinc inter ſelectos ad curam viduarum connumeratus eſt. Inde vero in ipſum diabolus ingreſſus cor ejus ſeduxit eodem, quo cæ-*

Hær. 15.

teros

teros priùs commemoratos veteres, Simonidem videlicet, Menandrum, Saturnilum, Baſilidem, *errore, ut magis etiam quam iſti, ſauciaretur. Quum enim uxorem haberet formoſam & ab ea ſe continuiſſet, quaſi ad imitationem illorum,* cœlibum puta nonnullorum, *quos Deo addictos videbat, aliquò uſque ſuſtinuit: caterùm perſeveranter ſua intemperantia dominari non potuit, ſed cupiens ut canis ad proprium vomitum reverti pratextus quoſdam non bonos ſibimetipſi aucupatus, excogitavit ad excuſationem ſui libidinoſi affectus, qua maximè viderentur conducere. In poſterum igitur prolapſus à ſcopo ſua uxori miſcebatur* ἀπεριλέγκως, *nulla habita ſui propoſiti ratione. Erubeſcens verò ſe defeciſſe, & metuens deprehendi, auſus eſt dicere, Niſi quis quotidie venerem exerceat, vita aterna participem eſſe non poſſe. Ab alio enim ad alium pratextum confugit. Nam quum conjugem ſuam* κάλλει μὲν διαπρέπουσαν, ταπεινότητι δὲ φερομένην, *pulcritudine quidem praſtantem ſed humilitate impulſam* conſpectum & alloquium ſuum alijs familiariter impertire *videret, zelotypia eam proſequutus eſt, & ex ſua laſcivia alios aſtimans primùm quidem propria uxori contumeliam fecit, calumnia ei ſermonibus impacta. Tandem ſemetipſum pracipitavit non modò in uſum carnis, qui eſt hominibus ſecundum naturam, ſed etiam in blaſphemam ſuſpicionem & noxam perverſi moris ingreſſusq́; in erroneam pravitatem. Atq́; hinc qui ſe à ſcientia falsò denominant, in mundo ceperunt exoriri.* Si à Nicolaitis Gnoſtici exorti ſunt, quomodo verum eſſe poterit, quod ex Irenęo paullò antè produximus, Nicolaitas ὑπόσπασμα eſſe Gnoſticorum? Clementis autem narratio, quæ Nicolaum tantis criminibus liberat, ſimplicitate & antiquitate præ hac Epiphanij ſe nobis commendat, probata Euſebio & Theodoreto, quemadmodum diximus; quin ipſi Baronio.

Ann. 68. nu. 10.

Sive verò Clementis Nicolaum excuſantis, ſive Epiphanij accuſantis fidem ſequamur, Nicolao diacono uxorem fuiſſe manifeſtò docemur. Neq; dicit Epiphanius, magnus & vehemens aliàs cœlibatus præco, ex conſtitutione Apoſtolicâ, aut quia diaconus eſſet, Nicolao ab uxore ſuâ abſtinendum fuiſſe; quod ſi ita ſe habere credidiſſet, non tacuiſſet: ſed, ὡς κατὰ μίμησιν τῶν ἐν τῷ Θεῷ προσανεχόντων, quaſi ad imitationem cœlibum, qui dono continentiæ præditi, ut toti & ſine diſtractione Deo vacarent, conjugio abſtinebant: quales eo tempore in eccleſiâ fuiſſe, & inter ipſos Apoſtolos Johannem & Paulum, lubenter admittimus. Suâ itaq; ſponte & ex temerario quodam propoſito abſtinuit Nicolaus, quum alioquin nec ex aliquâ

Apo-

Apoſtolicâ lege nec ex officij ratione abſtinere neceſſe habuiſſet; cupidus paria cum illis facere, quibus tamen neq; donis neq; vocatione par erat. Dono enim continentiæ inſtructum non fuiſſe, eventus docuit: & ad conjugium inprimis ex quo uxorem duxerat, non ad cœlibatum à DEO vocatum fuiſſe non poteſt dubitari. Itaq;, ſi Epiphanij quidem narrata admittimus, evidens illa nobis ſuggerunt exemplum, quò doceamur, quàm intempeſtivum ſit ſupra vires & dona ſua abſtinentiam moliri, & quàm periculoſum, conjuges ab invicem ſeparari, ut Apoſtoli ejus rei auctores, præſertim in ſcriptoris, qui hiſtoriam memoriæ conſecravit, ſilentio, haberi non debeant.

Quantoperè verò Baronius Epiphanij narrationem torſerit, ut ſuperis ſuæ ſectæ opinionibus eam aptaret, operæ precium eſt cognoſci. Cognoſcetur autem, ſi verba hominis hic legenda ſubjecimus. Conſuevit aliàs ipſa auctorum loca, quamvis prolixa, integrè deſcribere, & charactere diſtinguere: ſed hîc, ut fucum facere, ter reminſtituere, & Epiphanij verbis ſua miſcere maluit. *Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Epiphanius, Hieronymus & alij complures* ann. 68.
adſerunt Nicolaum ab eccleſia catholica deſciviſſe, & in ſordidiſſimas hære- n. 9.
ſes turpiter lapſum eſſe: ea nimirum ex cauſſa, quòd ordinatus diaconus, quum ad imitationem eorum (inquit Epiphanius) quos Deo addictos videbat, ab uxore, quam formoſam habebat, ſe continuiſſet, & à concupiſcentia ſuperatus eam iterum ſuperinduxiſſet, argueretur q; ab Apoſtolis, quòd uxore, quam antea dimiſiſſet, uteretur; indignum nimirum ratus, ut ſacris jam officiorum ordinibus mancipati, adhuc carnis tenerentur illecebris: illum mox benè cogitaſſe, neceſſariumq; ad ſalutem conſequendam eſſe affirmaſſe, quotidie inquinari luxurijs. Sed ubi, obſecro, dicit Epiphanius (nam ejus narrationem integrè priùs adſcripſimus) Nicolaum, quòd uxoris repetijſſet, ab Apoſtolis reprehenſum fuiſſe? ubi, quòd ſummati Apoſtoli, ſacris officijs ordinibusq; mancipatos adhuc conjugio? Et tamen bonus noſter Baronius narrat, quaſi ab Epiphanio omnia iſta dicerentur: imò quaſi ab omnibus priùs dictis veteribus. Sanè contextus verborum ita inſtitutus eſt, ut poſſit lectori eam ingenerare opinionem: quum tamen, ut anteà monuimus, de uxore Irenæus & Tertullianus nihil prorſus dicant, tantùm Hilarius & Hieronymus; Nicolaum nefandarum hæreſium magiſtrum ſolummodò affirmantes.

Non potui, quin magni Annaliſtæ fraudem & κακοήθειαν qualis ſ-liàs homini ſolennis eſt, detegerem. Quâ tamen ipſum hîc uſi voluiſſe meritò mireris, quum è veſtigio Epiphanianæ narrationem Clementis præferat; etiam ſatis ineptè epiſcopatu Samaritano Nicolai, ex ignobili & ignorabili de LXXII. diſcipulis Hippolyti libro, & *fabuloſa*, ut Bellarminus appellat, Dorothei ſynopſi depromto confirmet. Non poſſunt enim ſimul ſubſiſtere quæ tradit Clemens & quæ Epiphanius. Clemens videlicet docet Nicolaum diaconum zelotypiæ, quâ uxorem ſuam proſequeretur, ab Apoſtolis arceſſitum affectus eliminandi ergo uxorem à ſe abdicaſſe, conjugio ejus alteri, qui ducere cuperet, permiſſo; nec præter inconſideratum & temerarium hoc factum quicquam porrò peccaſſe, caſtèq; ſemper vixiſſe: Epiphanius verò narrat cœlibum æmulatione uſum uxoris repudiaſſe, ſed poſteà recepiſſe, ſuiq; excuſandi gratiâ exercitium veneris ad ſalutem neceſſarium docuiſſe; zelotypiâ porrò ardentem criminatum eſſe uxorem ſuam, & deinceps omni nequitiæ turpiſſimisq; libidinibus ſe totum mancipaſſe. Hæc, inquam, Epiphaniana cum Clementinis non conveniunt, & unà conſiſtere nequeunt. Quamquam autem illa præ his, conſentiente etiam Baronio, probamus; utrumcumq; tamen fuerit, habemus evidenter, quod in rem noſtram faciat, nempe Nicolao diacono uxorem fuiſſe, nec ejus abdicandi neceſſitatem ab Apoſtolis impoſitam eſſe.

Il de ſcriptor.

Unum obſervo & addo, Rupertum ordinis Benedictini abbatem Tuitienſem, qui ſub initium duodecimi ſeculi floruit, commentantem in Apocalypſin, quum in mentionem Nicolaitarum incidiſſet, eorum de promiſcuo fœminarum uſu doctrinam ſuæ ætatis clericis accommodare. *Annón*, inquit, *illi doctrinæ vicinum hoc eſt, quòd iſti legitimum non volentes habere conjugium, utpote legibus eccleſiaſticis* (non dicit *Apoſtolicis*) *interdictum, ut ſint ſancti & mundentur, quia portant vaſa Domini, nihilominùs incontinentes ſunt? imo deterius eò proruunt, imitantes connubia quoties volunt, & qui nullum habent thorum licitum, dum ſic evagantur, nullum confidunt rupiſſe conjugii vinculum. Fornicantur autem cum illis, & imitantur Beelphegor, quicumq, exemplo talium ad inceſta vel adulteria audaciores fiunt. Et tunc quidem miraculum fuit, quod aperuit Dominus os ſubjugalis muti,* (tangit hiſtoriam Balaam, quia videlicet in Apocalypſi dicuntur Nicolaitæ tenere doctrinam Balaam) *& animal hominis voce loquens redarguit prophetæ inſipientiam, qui hujusmodi*

Lib. 8.

Nu.23.14

Apoc.2.14

[illegible] conſilium dedit: ſed & nunc penè illi ſimile fit, quando turba plebeja re-ctores eccleſiæ clamoribus ſuis coarguit atque objurgat. Sententia itaq. Ruperti, qui clerici conjugio abſtinent & vagis libidinibus ſe polluunt, ſuoq; exemplo complures ad paria facienda excitant, atq; adeo inprimis, qui clericos conjugio arcent, & interim vagis libidinibus indulgere permittunt, quod apud Pontificios fieri ſuprà multis oſtendimus, Nicolaitarum doctrinæ vicini ſunt. Nempe quemadmodum Nicolaitæ à legitimo conjugio abhorrebant, & interim ſcortationes promiſcuosq; congreſſus admittebant, ita quoq; Pontificij hodie docent ſatius eſſe clericos fornicationibus operam dare, quàm matrimonium contrahere; ita Pontifex illarum licentiam paſſim, & in ipſâ urbe Româ, concedit, hujus verò copiam clericis nullo pacto facit, etiamſi intercedant & obteſtentur principes, reges & imperatores, laſciviamq; & turpitudines cœlibum lamentetur & deteſtetur univerſus populus Chriſtianus.

Verſamur etiamnum in conſideratione ſeculi primi ſive Apoſtolici. *Clemens*, ait Irenæus, Romanus videlicet, *& vidit ipſos Apoſto-* Lib. 3. c. 3.
los, & contulit cum eis, quum adhuc inſonantem prædicationem Apoſtolorum & traditionem ante oculos haberet, non ſolus enim: adhuc multi ſupererant tunc ab Apoſtolis docti. Sub hoc igitur Clemente diſſenſione non modica inter eos, qui Corinthi eſſent, fratres factâ, ſcripſit quæ eſt Romæ eccleſia potentiſſimas literas Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & [illegible] quam in recenti ab Apoſtolis receperant traditionem. Ex- Hiſt. l. 3.
[illegible] μεγάλη τε καὶ θαυμασία dicitur ab Euſebio; & Clementi c. 12.
[illegible] tribuitur. ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ [illegible] πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν, ait idem Euſe-[illegible] *Hanc cùm veterum tum noſtra memoria plurimis in eccleſiis publicè [illegible] cognovimus.* Sequitur, ut ſolet, in libro de ſcriptoribus Hiero- Cap. 15.
[illegible]. Quin Dionyſius Corinthi epiſcopus in ſuâ eccleſiâ adſer-[illegible] & [illegible] apud Euſebium teſtatur. Hæc igitur ut genuina, ita quo- Hiſt. lib. 4.
[illegible] eccleſia recepta & laudata Clementis epiſtola. Hodie ſub cap. 22.
[illegible] quinq; exſtant, ineptæ & inſulſæ, pro quibus quemad-[illegible] pro reliquis, quæ priſcis Romanis epiſcopis ſuppoſitæ Lib. 2. cōt.
[illegible] rendis quum ad ſudorem uſque laboraſſet Turrianus, id Magdeb.
[illegible] tus eſt, ut Baronius eam cauſſam à ſeſe, qui tamen quam-[illegible] commentis fulcire poteſt, non ſolet deſerere, amolitus, to-

tam.

ann.102. tam in illius humeros rejecerit. *Cujus fidei ſint*, inquit, *ac firmitatis*,
nu 7. *non laboro: tu conſule Turrianum*, qui videlicet exiſtimationem ſuam
prodigere maluit, quàm tanto novarum opinionum præſidio cede-
num. 8. re. Subjicit autem Baronius: *Conſultò quidem, quum agendum nobis eſt de eccleſiaſticis controverſiis ab earumdem epiſtolarum citatione interdum abſtinemus, ne unis his armis indigere credamur, quorum acies adverſariorum objectionibus retuſa videri poſſit.* Et addit in margine majuſculis characteribus: *NON INNITENDVM APOCRIPHIS.* In eamdem ſententiam concedit Bellarminus libro omnium, quos edidit, optimo, *de ſcriptoribus eccleſiaſticis.* Ex earum tamen ſecundâ ad confirmandam antiquitatem legis de cœlibatu afferre ſolent, (attulit
De tradit. ſanè nolens videri nugas agere Martinus Pereſius;) quæ non gravabimur,
parte 3. quamvis nænijs occupari grave ſit, adſcribere. *Ad Dominica myſteria tales eligantur, qui ante ordinationem ſuam conjuges ſuas noverint.* Quaſi id neceſſarium eſſet, & aliter ordinari non oporteret. *Quòd ſi poſt ordinationem miniſtro altaris contigerit proprium invadere cubile uxoris, ſacrarij non intret limina, nec ſacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat, nec ad Dominici corporis portionem accedat, nec aquam ſacerdotibus porrigat ad manus. Oſtia forinſecus claudat, minora gerat officia, urceum ſive calicem ad altare non ſufferat.* Vix arceri magis poſſet, ſi parricidium commiſiſſet. *Non eſt*, ait Pereſius, *quòd rejiciant adverſarij cœlibatus legem, de novitate eam falsò notantes, quaſi à Siricio pontifice aut Innocentio inſtitutam. Quandoquidem divus Clemens Petri diſcipulus & ſucceſſor, ex mente ejus nobis eam promulgat.* Gratianus eadem, pauciſſimis verbis immutatis,
c. Mini- Lucio, qui à Clemente ſeſquiſeculi intervallo abeſt, tribuit. Cæ-
ſtri, diſt. 81 terùm non magis iſti, quàm huic, vel ulli veterum tribui poſſunt abſque notâ ſive craſſi ſtuporis, ſive impudentis impoſturæ. Patroni profectò fuerunt univerſalis clericorum cœlibatus, & ſine dubio primi, aut inter primos, qui iſta finxerunt & ſanctis priſcorum titulis fucata orbi Chriſtiano venditarunt, Iidem verò fuerunt, ut patet, ſycophantæ & ἀυτόφωροι falſarij.

Nunc, ut nauſeam diſcutiamus, è genuinâ illâ & tantoperè, ceu paullò antè oſtendebamus, probatâ Clementis epiſtolâ nonnulla proferemus; quin contrarium ex eâ adſtruemus: è quâ Alexandrinus

drinus Clemens libris ſuis primis, quarto, ſexto Stromatum quædam inſeruit. In quarto compluſcula inveniuntur, è quibus ad rem noſtram faciunt iſta, hîc legi præ alteris nænijs digna. Τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα. τὸ ἀξιαγάπητον ἦθος τῆς ἁγνείας ἐνδειξάσθωσαν· τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀποδειξάτωσαν· τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν, διὰ τῆς σιγῆς φανερὸν ποιησάτωσαν, ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν· τὰ τέκνα ἡμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαβέτωσαν, μαθέτωσαν τί ταπεινοφροσύνη παρὰ θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη ἁγνὴ παρὰ θεῷ δύναται, πῶς ὁ φόβος τοῦ κυρίου καλὸς καὶ μέγας, σώζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναστρεφομένους ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. *Vxores noſtras ad bonum conformemus. Amabiles mores caſtitatis oſtendunto: ſinceram manſuetudinis ſuæ voluntatem demonſtranto: moderationem linguæ ſuæ ſilentio manifeſtam faciunto: caritatem ſuam non juxta inordinatas propenſiones, ſed omnibus Deum ſanctè timentibus æqualem præbento. Liberi noſtri diſciplinam Chriſti capeſſunto, diſcunto quid humilitas apud Deum valeat, quid pura caritas poſſit, quàm bonus & magnus ſit timor Domini, ſervans omnes, qui in ipſo ſanctè verſantur puro corde.* Clementi igitur uxorem & liberos fuiſſe apparet. Id enim innuunt verba, τὰς γυναῖκας ἡμῶν, τὰ τέκνα ἡμῶν. Numeratur quidem loco, quem ex Ignatij ad Philadelphienſes epiſtolâ ſuperiùs *Pag. 127.* produximus inter expertes nuptiarum; cæterùm, quum eam interpolatam eſſe conſtet, poſſit reſponderi, ut inter maritos Paulum, ita inter cœlibes Clementem perperam intruſum fuiſſe. Scripſit autem quandam illam, ut Irenæus indicium facit, nomine eccleſiæ Romanæ. Ergo ſuo, utpote epiſcopi & cleri Romani nomine, vel ex ipsâ adverſariorum confeſſione. nam populum ſive laicos ad ejuſmodi negocia non ſolent admittere. Si non igitur ipſum epiſcopum, attamen è clero ſive ex illis, quôrum potiſſimùm nomine epiſtola ſcripta fuit, aliquos uxoratos fuiſſe, etſi non omnino evidenter, admodum tamen probabiliter colligitur.

Progrediamur tandem ad ſecundum à nato Servatore ſeculum, quo auctores occurrunt Juſtinus, omnium quidem, quorum poſt Apoſtolos genuina & ab interpolationibus immunia ſcripta ad nos pervenerint, antiquiſſimus, Athenagoras, Tatianus, ille æqualis propemodum, hic diſcipulus Juſtini; Theophilus Antiochenus,

chemus; Irenæus. Nemo eorum uſpiam dicit, ſive Apoſtolicâ ſive ullâ alia lege cœlibatum clericorum vel abſtinentiam ab uxoribus ſancitam fuiſſe; ne ibi quidem, ubi dicendi locus eſſet. Calumniâ onerabantur illis temporibus Chriſtiani, quòd noctu convenientes everſis lucernis promiſcuè congrederentur. Eam diluit Juſtinus apologiâ ad Antoninum Pium; ubi locus fuiſſet oſtendere, clericos omni veneri etiam legitimæ ex decreto Apoſtolico renunciare, tantum abeſſe, ut promiſcuam admittant. Nihil autem tale innuit, ſed generatim & ſine diſcrimine de fidelibus cùm clericis tum laicis adſerit, alios non niſi liberorum procreandorum gratiâ conjuges eſſe, alios verò cœlibes & omnino continentes permanere. Verba ejus ſunt: ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεκρατευόμεθα.

Ante nic-dium.

Pari ferè modo apologiâ ad Antoninum philoſophum Athenagoras. Tria ait crimina Chriſtianis à gentilibus objici. Τρία ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις. Primum copioſè refellit: duo poſtrema brevioribus. Quæ de caſtitate fidelium ad rem noſtram facientia adfert, hîc à ſtudioſis legi volumus: γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν, ἣν ἠγάγετο κατὰ τοὺς ὑφ' ἡμῶν τεθειμένους νόμους, νομίζων, καὶ ταύτην μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι· ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς καταβαλὼν εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων· καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας, ἡ παιδοποιΐα. εὕροις δ' ἂν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καταγηράσκοντας ἀγάμους, ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον συνέσεσθαι τῷ Θεῷ· εἰ δὲ τὸ ἐν παρθενίᾳ καὶ ἐν εὐνουχίᾳ μεῖναι, μᾶλλον παρίστησι τῷ Θεῷ· τὸ δὲ μέχρις ἐννοίας καὶ ἐπιθυμίας ἐλθεῖν, ἀπάγει· ὧν τὰς ἐννοίας φεύγομεν, πολὺ πρότερον τὰ ἔργα παραιτούμεθα· οὐ γὰρ ἐν μελέτῃ λόγων, ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα· ἢ οἷός τις ἐτέχθη, μένειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ. ὁ γὰρ δεύτερος, εὐπρεπής ἐστι μοιχεία· ὃς γὰρ ἂν ἀπολύσῃ, φησὶ, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· οὔτε ἀπολύειν ἐπιτρέπων ἧς ἔπαυσέ τις τὴν παρθενίαν, οὔτε ἐπιγαμεῖν. ὁ γὰρ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ἐστι παρακεκαλυμμένος, παραβαίνων μὲν τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ Θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα. *Uxorem quidem unusquisque noſtrum, quam juxta poſitas nobis leges duxerit, reputat procreandæ ſobolis ergo ductam. Quemadmodum enim agricola, poſtquam ſemina terræ mandavit tempus exſpectat, nec alia ſuperinjicit: ſic nobis etiam concupiſcentiæ men-*

[illegible] liberorum est procreatio. Deprehendas autem multos ex nostris, [illegible] viros, tum fœminas, in cœlibatu conſeneſcere hac ſpe, quòd ita Deo ma- [illegible] vacare. Quod ſi [illegible] virginitate & ſpontanea caſtratione perina- [illegible] adjungit; ad in puras verò cogitationes & cupiditates prola- [illegible] quæ cogitare formidamus multò magis ne opere compleamus. ca- [illegible] Non enim in meditata verborum ſtructura, ſed in demonſtratione [illegible] operibus comprobata profeſſio noſtra poſita eſt. Quamobrem vel [illegible], quisque noſtrum permanet, vel unicis copulatur nuptijs. Nam [illegible] um quoddam adulterium ſunt. Qui enim dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, mœchatur, inquit Dominus noſter; nec permittens Mat. 19, 9
[illegible] virginitas delibata eſt, rejicere, nec aliam ſuperinducere. Qui enim Marc. 10.
[illegible] privat priore uxore; quamvis mortua fuerit, occultus eſt adulter, 11.
[illegible] ordinem Dei manu conſtitutum, quia in principio unum virum Luc. 16.
[illegible] fœminam Deus creavit. Ubi dicit, εὕροις δ' ἂν πολλοὺς τῶν παρ' [illegible] καὶ γυναῖκας, καταγηράσκοντας ἀγάμους; ibi locus fuiſſet [illegible] toto ſacrorum miniſtrorum ordine, qui ex Apoſtolorum [illegible] non modò matrimonijs contrahendis abſtineret, ſed ne [illegible] m uxoribus uteretur. Idipſum ad declarandam Chri- [illegible] continentiam multò maximè feciſſet, plus ſanè, quàm [illegible] dicit inveniri paſſim viros & fœminas in cœliba- [illegible] ſponte conſeneſcentes. Argumentum illud inuſitatæ & a- [illegible] abſtinentiæ, quam non obiter aut incidenter hi vel illi, [illegible] ſacrorum clericorum ordo, alter, quin præcipuus to- [illegible], præcisè & ordinariè præſtaret, non prætermiſiſſet, ſi- [illegible] ex re & vero adducere poſſet, ſeſe habuiſſet.

Quod [illegible] em dicit, ſecundas nuptias eſſe εὐπρεπῆ μοιχείαν, de [illegible] is, quæ poſt divortia & repudia iſtis temporibus uſi- [illegible] ntur, accipiendum eſt: neq; enim aliò faciunt, quæ [illegible] randæ ſive probandæ continuò ſubjiciuntur Servato- [illegible] o verba. Illa, καὶ εἰ τέθνηκε, videri poſſint non nemi- [illegible] inſerta: quemadmodum ſanè totus locus Cunra- [illegible] p. ctus fuit. Et haut injuriâ dubites, quid [illegible] habeat, *Qui prima uxore, licet defuncta, ſeipſum* [illegible] reddidit? Qui per repudium, de quo ſermo eſt, [illegible], alio modo ſemetipſum uxore privat, vivâ ſe privat, [illegible] Illa igitur, ſi retinenda ſunt, cum ijs, quæ ponè ſe-

 quun-

quuntur, conjungenda erunt, ut ſit ſenſus, Non diſſolvi crimen obitu repudiatæ, ſed eum qui uxorem ſuam dimiſerit, aliamque duxerit, etiamſi dimiſſa poſt repudium è vivis excedat, nihilominus adulterum eſſe. Sic equidem exiſtmo Athenagoram antiquiſſimum auctorem exponi, & ab errore damnatarum ſecundarum nuptiarum, (quod ex occaſione obiter dictum eſto) liberari oportere.

Tatianus Juſtini auditor plurima ſcripſit, è quibus ſupereſt hodie λόγος πρὸς ἕλληνας, ὃς δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων ἁπάντων αὐτοῦ
l.4.c.27. κάλλιςός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν, ut loquitur in hiſtoriâ Euſe-
cap.29. bius: è quo in ſuum de ſcriptoribus librum transferens Hieronymus, *Tatianus*, ait, *infinita ſcripſit volumina, è quibus unus contra gentes florentiſſimus exſtat liber, qui inter omnia opera ejus fertur inſignis.* In hoc ipſo Græcorum doctrinam cum doctrinâ Chriſtianorum, virtutes cum virtutibus, continentiam cum continentiâ componit & comparat. Locus fuiſſet allegare continentiam totius ſacri ordinis, ſi allegari verè potuiſſet. Quomodo autem Tatianus poſt obitum Juſtini in hæreſin prolapſus conjugium contemnere & calumniari cœperit, poſteà oſtendemus.

In eadem tempora incidit Dionyſius celeberrimus Corin-
cap.22. thiorum epiſcopus, de quo in quarto hiſtoriæ videri debet Euſebius. Longiùs aliquanto, quàm par eſſet, amore & admiratione continentiæ progreſſus fuerat Pinytus Gnoſiorum in Cretâ epiſcopus, non contentus hortari & incitare, ſed, ut apparet, leges ferens & laqueum neceſſariæ abſtinentiæ, quem nemini Apoſtoli injecerant, ſuis fratribus coëpiſcopis & compresbyteris circumdans. Eum igitur Epiſtolâ ſcriptâ monet Dionyſius, μὴ βαρὺ φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι· τῆς δὲ τῶν πολλῶν καταστοχάζεσθαι ἀσθενείας *ne grave puritatis ſive continentiæ onus ſub neceſſitate fratribus imponat, ſed imbecillitatis multorum rationem habeat.* Pinytus reſpondens ut memorat Euſebius, *Dionyſium quidem admiratur, ejusq; auctoritatem admittit, viciſſim verò hortatur, ut jam ſolidiore cibo tradito populum ſibi concreditum perfectioribus literis paſcat, ne perpetuò lacteis ſermonibus immorantes in puerili inſtitutione negligenter conſeneſcant.* Ita quidem ſui excuſandi ergo Pinytus. Videmus autem evidenter, Apoſtolos & vetuſtiores Patres continentiam nemini ſub neceſſitate impo-

ſuiſ-

[illegible] ſi illi impoſuiſſent, quomodo id peculiariter Pinyto tri- [illegible]t Dionyſius? qui reprehendere & dehortari auſus eſſet? & quâ [illegible] Pinytus ipſe ad ſui defenſionem non potiùs Apoſtolicam [illegible]em, quàm illum ſuum ſolidiorem cibum & perfectiorem, [illegible]uam, doctrinam proferret?

Irenæus libro ſuo primo diaconi uxorati mentionem ex occa- [illegible]t. Narrat, quomodo Marcus hæreticus & magus fœmi- [illegible] & corruperit, ὥστε καὶ διάκονόν τινα τῶν ἐν τῇ ἀσίᾳ τῶν ἡμε- [illegible]εξάμενον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, περιπεσεῖν ταύτῃ τῇ συμφο- [illegible] αὐτοῦ εὐειδοῦς ὑπαρχούσης, καὶ τὴν γνώμην καὶ σῶμα διαφθα- [illegible] μάγου τούτου, καὶ ἐξακολουθησάσης αὐτῷ πολλῷ τῷ χρόνῳ, *ut & dia-* [illegible]*n eorum, qui ſunt in Aſia, ſuſpiciens eum in domum ſuam inci-* [illegible]*modi calamitatem. Nam quum eſſet uxor ejus ſpecioſa, & ſen-* [illegible]*pore corrupta eſſet à mago iſto, & ſequuta eum eſſet multo tem-* [illegible]*nde cum magno labore fratres eam convertiſſent, omne tempus* [illegible]*ſ conſummavit, plangens & lamentās ob hanc, quam paſſa eſt ab* [illegible]*uptelam.* Græca apud Epiphanium, qui Irenæi quædam *hær.* 34. [illegible]inſeruit, ſuperſunt. Latina ſunt veteris interpretis; è [illegible]ne Irenæi libri hodie leguntur.

[illegible]nus presbyter Carthaginienſis (quæ provincia Lati- [illegible]ui accenſetur) uxorem habuit, & ad eam duos libros [illegible] P[illegible] perſuadere conatur, ne ſi marito ſuperſtitem eſſe [illegible] repetat. *Dignum duxi,* inquit, *dilectiſſima mihi in* cap. 1. [illegible]*uid tibi ſectandum ſit poſt diſceſſum à ſeculo meum, ſi prior* [illegible]*me providere. — Præcipio igitur tibi, quantâ continen-* [illegible]*noſtram renuncies nuptiis, nihil mihi iſto nomine* [illegible]*prodeſt.* Si, quæ novatores apud Pontificios do- [illegible] mol[illegible] qu[illegible]ndo videlicet maritus in presbyte- [illegible] fuit, renunciaſſe eam oportuiſſet. Emittunt enim [illegible] Apoſtolicâ, ſi pridem productos novatores audimus, *Pag.* 12. [illegible]yte legitur, tum vxor ejus perpetuum continen- [illegible] adeo & mutuis amplexibus & nuptijs pòſt contra- [illegible]unciant. Quid igitur hîc agit Tertullianus? quid [illegible] ne faciat, quod ſe numquam facturam eſſe pridem [illegible] Poſt[illegible] qui etiam libro *ad ſecunda conſilia, reſpectu* Cap. 1. [illegible]*ti,* ut ipſe loquitur, *converſus* hortatur, ſi à repetēdis

nuptijs abſtinere omnino non velit, ſaltim à matrimonio gentilis ut abſtineat. *Nam quanto grandus eſt,* inquit *continentia carnis, quæ viduitatem miniſtrat,* adminiſtrat ſive regit & compeſcit, *tanto ſi non ſuſtineatur, ignoſcibilis videri poteſt, difficilium enim facilis eſt venia. Quanto autem nubere in Domino perpetrabile eſt, uti noſtræ poteſtatis, tanto culpabilius eſt non obſervare quod poſſis.* Vel ex unis igitur hiſce Tertulliani ad uxorem libris commentum novum Pontificium de abſtinentiâ presbyterorum ab uxoribus ſuis per Apoſtolos ſancitâ evidenter refellitur.

Paullò pluribus, etiamſi in re manifeſtâ nihil opus eſſe videatur, ex his ipſis libris id oſtendemus. Ut perſuadeat, exempla uxori
l.1.cap.6. ob oculos ponit. *Quum quid,* ait, *difficile videtur, difficiliora alios obeuntes recenſeamus. Quot enim ſunt, qui ſtatim à lavacro carnem ſuam obſignant? Quot item qui conſenſu pari inter ſe matrimonij debitum tollunt? Voluntarijs ſpadonibus pro cupiditate cœleſti ſalvo matrimonio abſtinentia toleratur, quanto magis ademto? Credo enim difficiliùs ſalvum derelinqui, quàm amiſſum non deſiderari.* Aliena exempla hîc proponit, non domeſtica: nec ſeſe uxoremq; ſuam inter eos numerat, qui pari conſenſu inter ſe matrimonij debitum ſuſtulerint. Quod ſi ita ſe habuiſſet, tacere nullo modo potuiſſet. Unicè enim & plus, quàm cætera quæcumq; adfert, ad propoſitum feciſſet. Dixiſſet utiq;, Quandoquidem, ex quo presbyter ego ſum, conſenſu pari inter nos matrimonij debitum ſuſtulimus, facile erit tibi, quæ in ipſo matrimonio abſtinentiæ jamdudum adſueveris, poſt exceſſum meum, vergente etiam magis ac magis in ſenium ætate tuâ, continere. Imò tibi per votum tuum aliter agere citra grande impietatis & ſacrilegij crimen non licebit. Ad iſtum, inquam, modum ſcripſiſſet omnino, ſi vera forent, quæ novatores hodie nobis cupiunt perſuadere. Poſt
Cap. 7. aliqua ſubjungit: *Quare facultatem continentiæ quantum poſſumus, non diligamus? quamprimùm obvenerit, imbibamus, ut quod in matrimonio non valemus, in viduitate ſectemur. Amplectenda occaſio eſt, quæ ademit, quod neceſſitas imperabat.* De ſe utique & uxore ſuâ dicit, *quod in matrimonio non valemus,* abſtinere ſcilicet; quaſi diceret, Quum rationes noſtræ non ferant, ut in matrimonio contineamus; ſaltim, ubi obtigerit viduitas, id præſtemus. *Amplectenda occaſio eſt, quæ ademit* & removit, *quod* antea conſtantis matrimonij aliqua *neceſſitas imperabat.* Manife-

[illegible] igitur eſt, aut ſine fronte, aut ſine mente fuiſſe Pamelium [illegible] laborioſum, quum argumentum libri concepit verbis, quæ [illegible] adjicio: *Tertullianus jamdudum presbyter ad uxorem pari in-* [illegible]*nſu continentiæ ergo à ſe ſeparatam, humanæ conditionis memor,* [illegible] *ſeculo prior evocaretur, admonitionis hoc fideicommiſſum (fortaſ-ſis* [illegible] *conſcripſit, quo, ut poſt exceſſum ſuum nuptiis renunciet, adhortatur.* Quis Tertullianum & uxorem continentiæ ergo à ſe invicem ſep[illegible] fuiſſe adſerat, qui quidem librum legerit, nedum qui o[illegible]s annotationibus illuſtraverit? Quod autem Romæ ſcriptum [illegible]it, bene habet. Animadvertimus enim non minùs hodie [illegible] eſſe Romam quâ doctrinam & diſciplinam eccleſiaſti-cam [illegible] qua imperium, ſplendorem & ſtructuram. Sic, ut cecinit J[illegible]s,

[illegible]am in media quærit novus advena Roma,
Et Romæ in Roma nil reperit media.

[illegible]dum autem hic, ita quoq; alibi eorum Tertullianus [illegible] ut liberiùs Deo vacarent, cœlibes vixerint, aut etiam [illegible]ſu matrimoniali operi renunciaverint. Qualium ex-[illegible]ter e medio fidelium producit: nihil verò peculiari-[illegible]icorum, nedum toti ordini tribuit. Haut equidem in-[illegible] clericos aliquos aut etiam bene multos cœlibem vitam [illegible]m, aliquos pari inter ſe conſenſu abſtinuiſſe: le-[illegible]cere juberentur, Apoſtolicam eſſe vel umquam fuiſſe, [illegible] pernegamus. Contrarium enim nobis perſuadet clara & [illegible] Apoſtolorum doctrina, manifeſta itidem ipſorum Apo-[illegible], & virorum Apoſtolicorum & aliorum proximè ſubſe-[illegible] exempla. Sicut itaq; monuimus, Tertullianus continen-[illegible] exempla proferens ſacro ordini eam, ut aliquo modo [illegible] neceſſariam, non tribuit, quod utiq; feciſſet, ſi nemini [illegible]ro nuptiis operam dare licuiſſet: ſed penitus indiffe-[illegible] non in clero magis, quàm extra clerum ponit. Lo-[illegible] de cultu fœminarum, quem ſuperioribus jungemus. Cap. 9.
[illegible] *ac ſi habendas demonſtrat* Apoſtolus, *tamquam non* [illegible] *anguſtias temporum; quid de vanis his inſtrumentis* (mun-[illegible]*arum? Non enim & ita multi faciunt*, Apoſtolo videli-[illegible] uxores habent, ac ſi non habeant, *& ſe ſpadonatui adſi-gnant,*

gnant, propter regnum Dei tam fortem & utiq; permiſſam voluptatem ſponte ponentes?

Cap. 3. Quin primo ad uxorem diſertè negat, *Chriſtum ſeparandis matrimonijs & delendis conjunctionibus adveniſſe*, vel ijs præiviſſe, *qui inter cætera perverſitatum ſuarum disjungere docent carnem de duobus unam.* At ſi Apoſtolorum Chriſti lex & conſtitutio eſt, ut quicumq; maritus ſacrum miniſterium adierit, matrimoniali commercio renunciet; utiq; nonnullis matrimonijs & conjunctionibus ſeparandis Chriſtus venerit. Sequitur: *Denique prohiberi nuptias nuſquam omnino legimus, ut bonum ſcilicet.* Nec hoc ita abſolutè pronunciari potuiſſet, ſi clericis nuptiæ interdictæ fuiſſent. Quos autem perverſitatum accuſat, Marcion eſt & adſeclæ; in quos libris adverſus illum etſi à declinante jam ad partes Montani ſcriptis, ob reprehenſas nuptias acriter invehitur. Nonnulla in gratiam lectoris, ne expertem veterum harum de conjugio controverſiarum dimittamus, adſcribentur. *Non tinguitur* (baptizatur) *apud Marcionem caro, niſi virgo, niſi vidua, niſi cœlebs, niſi divortio baptiſma mercata, quaſi non etiam ſpadonibus ex nuptiis nata*, id eſt, quaſi non etiam ſpadonum caro ex nuptijs nata eſſet. *Sine dubio ex damnatione conjugis inſtitutio iſta conſtabit, videamus an juſta: non quaſi deſtructuri felicitatem ſanctitatis*, puritatis & continentiæ, *ut aliqui Nicolaitæ aſſertores libidinis atq; luxuriæ, ſed qui ſanctitatem ſine nuptiarum damnatione noverimus, & ſectemur, & præferamus, non ut malo bonum, ſed ut bono melius, non enim projicimus, ſed deponimus nuptias: nec præſcribimus ſed ſuademus ſanctitatem, ſervantes & bonum*, nempe conjugium, *& melius*, continentiam ſcilicet, *pro viribus cujusque ſectando*, prout quiſq; poteſt: *tunc denique conjugium extrè defendentes, quum inimicè accuſatur ſpurcitiæ nomine.* Poſt aliqua: *Deus Marcionis matrimonium ut malum & impudicitiæ negocium reprobat.* Et alio libro: *Tu Marcion nuptias dirimis, nec conjungens marem & fœminam, nec alibi conjunctos ad ſacramentum baptiſmatis & euchariſtiæ admittens, niſi inter ſe conjuraverint adverſus fructum nuptiarum.* Potuiſſet ſanè Marcion regerere, ſi res ſe habuiſſet, ut volunt Pontificij novatores: Nec vos catholici conjunctos ad ſacramentum ordinis admittitis, niſi inter ſe conjuraverint adverſus fructum nuptiarum.

Lib. 1. adv. Marc. cap. 20.

Li. 4. c. 34.

Videtur occaſio eſſe & operæ precium fore, ut hic, quomodo anti-

antiquæ hæreſes matrimoniorum honeſtatem impugnaverint aut ſuſtulerint,& vagis fœdiſq; libidinibus commutaverint, breviter oſtendamus. nam id cognoſci ad rem, quam præ manibus habemus, accuratiùs dijudicandam haut parum conferet. Certum autem eſt primos & priſcos illos hæreticos, quemadmodum contra unitatem Dei creatoris & reſurrectionem carnis, ita quoque adverſus conjugium quaſi conſpiraſſe, ſpurcitiei improbè inſimulaſſe, & in ejus vicem promiſcuos congreſſus, nefandasque libidines, velut conſenſu quodam, admiſiſſe vel introduxiſſe. Simon magus hæreticorum dux & anteſignanus à veteribus prædicatur. *Omnes*, ait Irenæus, *qui quo- lib.1.c.30. quo modo adulterant veritatem & præconiū eccleſiæ lædunt, Simonis Samaritani magi diſcipuli & ſucceſſores ſunt.* Hic autem ipſe *docebat deteſtan- de hæreſ. dam turpitudinem indifferenter utendi fœminis* ut memorat Auguſtinus. *cap.1.* Contra eum ſic diſſerit Epiphanius: πῶς ἔσται αἰσχρὰ τὰ ζωτικά, εἰ μὴ hær.22. παρὰ δαιμόνων εἴη τὸ φρόνημα, *Quomodo turpia erunt vitalia*, opera videlicet matrimonii vitæ humanæ convenientia, *niſi ſanè dæmonum ea fuerit ſententia, quandoquidem ipſe in evangelio Dominus dicentibus, Si ita ſe habet negocium viri & uxoris, non expedit matrimonium contrahere; ipſe inquam reſpondit, Non omnes hoc capiunt, ſunt enim eunuchi, qui ſemetipſos caſtraverunt propter regnum Dei* καὶ ἔδειξεν ὡς τὸ φύσει ἀπέχεσθαι συζυγίας, βασιλείας οὐρανῶν ἐστὶ δῶρον, *& oſtendit, quòd naturâ abſtinere à conjugio, donum eſt regni cœlorum* (id eſt, naturâ præditum eſſe, conjugii non indigam, peculiare eſt Dei donum. ὁ δεσπότης θεὸς νόμους μὲν περὶ παρθενίας οὐ τέθεικεν· ἴδιον γὰρ ὑπὲρ φύσιν τὸ χρῆμα, ait Theodoretus.) *Rurſus autem alio loco de venerandis nuptiis, quas Simon corrumpens turpiter ſuam ipſius perſequitur concupiſcentiam, Quos Deus, inquit, conjunxit, homo ne ſeparet.* [illegible]g mus itaque Simonem conjugium turpitudinis, neſcio cujus, falſò accuſaſſe, atq; interim veræ turpitudini operam dediſſe. Quam deteſtandam hæreſin ad ſubſequutos hæreticos, inprimis Gnoſticos, quorum ἀπόσπασμα Nicolaitas fuiſſe & hoc in luto hæſiſſe ſuprà oſtendimus, transmiſit. Saturnilo uni è primariis Gnoſticorum magiſtris τὴν τοῦ σεμνοῦ γάμου φαύλην κατηγορίαν præcipuè tribuunt Epi- hær.23. phanius & Theodoretus. Quomodo eamdem inſaniam Marcion, hær.fab.l.1. qui Epiſcopi filius fuit, amplexus ſit, paullò antè ex Tertulliano diximus.

A Saturnilo & Marcione hauſerunt Encratitæ, quorum dux & anteſignanus, ex quo poſt maryrium magiſtri ſui Juſtini à ſinceri-

lib.1.c.30. tate defecerat, Tatianus fuit, ut memorat Irenæus, & ex Irenæo *hiſt.lib.4.* Euſebius. Theodoretus de Encratitis: τὴν ἀγαμίαν μετίασι, πορνείαν *cap.27.* τὸν γάμον προσαγορεύοντες, καὶ τὴν ἔννομον κοινωνίαν, διαβολικὴν ὀνομάζον- *hær.fab.* τες. Auguſtinus libro ad Quodvultdeum: *Nuptias damnant, atque o- lib.1. mnino pares eas fornicationibus aliiſq; corruptionibus faciunt, nec recipiunt in ſuorum numerum conjugio utentem, ſive marem ſive fœminam.* Epipha- *hær.46.* nius, quem fortè præpoſitum oportuiſſet, quòd ex eo deſcribere ſoleat Auguſtinus: Ἐγκράτειαν δὲ οὗτος (Tatianus) κηρύττει, τὸν δὲ γάμον πορνείαν καὶ φθορὰν ἡγεῖται, φάσκων μηδὲν διαλλάττειν πορνείας τὸν γάμον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ εἶναι. ὅθεν ἐν τῷ προσχήματι τῆς ἐγκρατείας καὶ τοῦ ἐγκρατητικοῦ ἤθους κυβευτικὴν ἔχει τὴν ἀγωγήν, ὡς λύκος ἅρπαξ ἐνδυόμενος προβάτου κώδιον, καὶ πλανῶν τῷ προσκαίρῳ προσχήματι τοὺς ἀπατωμένους. *Continentiam prædicat, nuptias verò ſcortationem & corruptionem reputat, adſerens matrimonium à ſcortatione nihil differre, ſed idem eſſe. Inde prætextu continentiæ & morum continentium aleatorium & fallax vitæ genus degit, tamquam lupus rapax ovillo vellere indutus, & temporibus accommodato prætextu ſeductos decipiens.*

Itaque nuptias repudiare, & interim occultis aut etiam manifeſtis libidinibus indulgere, quos & quales auctores habeat, nunc videmus. Videmus itidem, impletum eſſe, quod ab Apoſtolo præ- *1.Tim.4,1.* dictum erat, ſcribente ad Timotheum: *Spiritus manifeſtè dicit fore, ut poſterioribus temporibus deſciſcant quidam à fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus & doctrinis dæmoniorum,* διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει *Notatione* ψευδολόγων. Camerarius ſubintelligit ταῖς οὔσαις, doctrinis quæ ſunt *in h.loc.* ſive traduntur *per hypocryſin falſiloquorum, quorum conſcientia cauterio reſecta eſt, prohibentium contrahere matrimonium.* Bene Theodoretus ad hunc locum: *Cœlibatum & continentiam non vituperat, ſed eos accuſat, qui lege latâ ea ſequi compellunt.* Sedulius: *non amore caſtitatis & abſtinentiæ hoc faciebant, ſed ut ſanctiores cæteris viderentur.* Oecumenius: *Quid igitur? Chriſtiani non prohibent nubere? abſit. Pretioſæ enim ſunt nuptiæ & thorus immaculatus. Eos verò, qui virginitatem ſervare volunt, ad eam cohortantur. Qui autem nubere prohibent, velut propter immunditiam id faciunt.* Eadem ferè apud Theophylactum reperias. Atqui, ut oſtendimus, prædictio Apoſtolica adimpleta fuit in Simonianis, Marcionitis, Nicolaitis, Encratitis cæteriſque, qui omnium hæreticorum maximè diſſecti in varias diviſiones & appellationes abierunt, Gnoſticis. Contra quos dignitatem matrimonii prolixè defen-

defendit Clemens Alexandrinus, integro tertio & aliqua parte ſeptimi Stromatum. Haut erit præter rem, ex utroque nonnulla hîc à ſtudioſis legi. E tertio quidem: ἔχει ὥσπερ ἡ εὐνουχία, οὕτω καὶ ὁ γάμος ἰδίας λειτουργίας καὶ διακονίας, τῷ κυρίῳ διαφερούσας· τέκνων λέγω κήδεσθαι καὶ γυναικός· πρόφασις γὰρ, ὡς ἔοικεν, τῷ κατὰ γάμον τελείῳ, ἡ τῆς συζυγίας οἰκειότης γίνεται, τὴν πρόνοιαν πάντων ἀναδεδεγμένῳ κατὰ τὸν οἶκον τὸν κοινόν· αὐτίκα φησὶν ἐπισκόπους δεῖ καθίστασθαι, τοὺς ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου καὶ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης προΐστασθαι μελετήσαντας. ἕκαστος οὖν ἐν ᾧ ἐκλήθη ἔργῳ τὴν διακονίαν ἐκτελείτω, ἵνα ἐλεύθερος ἐν Χριστῷ γένηται, τὸν οἰκεῖον τῆς διακονίας ἀπολαμβάνων μισθόν. *Quemadmodum continentia, ita quoq; conjugium propria habet munera & miniſteria ad Dominum*, ſive ad ſerviendum Domino, *facientia, liberorum inquam & uxoris curam. Et enim, qui in conjugio perfectus ſit, ille conjunctionis uſus & adſuetudo occaſio ſit, ut videtur*, ad majora progrediendi, *quippe qui quàm bene omnibus proſpicere poſſit, in domo communi oſtenderit. Iam dicit Apoſtolus, quòd eos oporteat conſtitui epiſcopos, qui ex adminiſtratione propria domus toti quoq; eccleſiæ præeſſe didicerint. Vnuſquiſque igitur in quo vocatus eſt opere, miniſterium peragito, ut in Chriſto liber fiat, propriam ſervitii ſui accipiens mercedem.* Ibidem poſt aliqua: *Vt in ſummâ dicam, omnes Apoſtoli epiſtolæ, temperantiam & continentiam docentes, quandoquidem & de matrimonio, & de liberorum procreatione, & de domus adminiſtratione plurima præcepta continent, nuſquam honeſtum & moderatum matrimonium prohibuerunt aut abrogarunt, ſed legis cum evangelio convenientiam ſervantes utrumque admittunt, cùm eum, qui Deo gratias agens moderatè matrimonio utitur, tum qui continenter, ut Dominus vult, vivit, quemadmodum unuſquiſq; vocatus eſt.* Item: ναὶ μὴν καὶ τὸν τῆς μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα πάνυ ἀποδέχεται ὁ Ἀπόστολος, κἂν πρεσβύτερος ᾖ, κἂν διάκονος, κἂν λαϊκὸς ἀνεπιλήπτως γάμῳ χρώμενος. E ſeptimo: ὁ γνωστικὸς ἐσθίει, καὶ πίνει, καὶ γαμεῖ, οὐ προηγουμένως, ἀλλὰ ἀναγκαίως. τὸ γαμεῖν δὲ, ἐὰν ὁ λόγος αἱρῇ λέγω, καὶ ὡς καθήκει. γενόμενος γὰρ τέλειος εἰκόνας ἔχει τοὺς ἀποστόλους, καὶ τῷ ὄντι ἀνὴρ οὐκ ἐν τῷ μονήρη ἐπανελέσθαι δείκνυται βίον, ἀλλ᾽ ἐκεῖνος ἄνδρας νικᾷ, ὁ γάμῳ καὶ παιδοποιΐᾳ καὶ τῇ τοῦ οἴκου προνοίᾳ ἀνηδόνως τε καὶ ἀλυπήτως ἐγγυμνασάμενος, μετὰ τῆς τοῦ οἴκου κηδεμονίας ἀδιάστατος τῆς τοῦ Θεοῦ γενόμενος ἀγάπης, καὶ πάσης καταξιούμενος πείρας, τῆς διὰ τέκνων καὶ γυναικὸς, οἰκετῶν τε καὶ κτημάτων προσφερομένης. *Verâ cognitione inſtructus edit, & bibit, & uxorem ducit, non præcipuè*, ſive præcipua iſta bona non reputans, *ſed neceſſario*, ſive naturali imbecillitate ita exigente. *Dico autem uxorem duce-*

ducere, ſi recta ratio dictaverit, & quemadmodum convenit. Factus enim maritus(τέλειος maritum apud bonos authores ſæpe ſignificat)*exempla habet Apoſtolos: & reverà vir oſtenditur, non in eo, quòd vitam elegerit ſolitariam, ſed ille etiam viros ſuperat, qui conjugio & liberorum procreatione & domus adminiſtratione citra voluptatem & dolorem occupatus, curá rei familiaris nihil obſtante, à caritate Dei non avellitur, nec ulli a liberis, & uxore, & famulis, & rebus ſuis illatæ tentationi cedit.* Hæc ita præter alia complura pro conjugio univerſim, & pro conjugio etiam Apoſtolorum ſacrorumque miniſtrorum diſſeruit Clemens Alexandrinus

lib.1. hær. fab. presbyter, (quem Theodoretus vocat ἱερὸν ἄνδρα, quomodo pridem etiam vocaverat Alexander Jeroſolymitanus, ut apud Euſebium videre eſt,

hiſt. lib.6. cap.11. καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ἀπολιπόντα,) inſigni Stromatum opere, quo ἀληθῆ γνωστικὸν informavit, & ψευδωνύμοις illis, ſive, ut Epiphanius appellavit, καταγνωστικοῖς oppoſuit.

Rectè autem Chryſoſtomus in locum Apoſtoli antè adductum hæreticis conjugii hoſtibus Manichæos annumerat, & doctrinæ dæmoniorum participes eſſe affirmat. Sicut enim ex Auguſtino diſcimus, conjugium non tam propter concubitum averſati ſunt, quàm propter generationem, quâ fieri ſomniabant, ut particulæ de ſub-

de hæreſ. cap.46. ſtantiâ Dei ſui vinculis carnis in prole illigarentur. *Nuptias*, ait Auguſtinus, *ſine dubitatione condemnant, & quantum in ipſis eſt, prohibent, quando generare prohibent, propter quod conjugia copulanda ſunt.* Ex eodem diſcimus, Manichæos univerſam eccleſiam ſuam in Electos &

ibid. Auditores diſpertiviſſe. *Alimentis*, inquit, *Dei ſubſtantiam perhibent eſſe commixtam, quam purgari putant in Electis ſuis eo genere vitæ, quo vivunt Electi Manichæorum, velut ſanctiùs & excellentiùs Auditoribus ſuis. Nam his duabus profeſſionibus* ELECTORVM ET AVDITORVM *eccleſiam ſuam conſtare voluerunt. In cæteris autem hominibus, etiam in ipſis Auditoribus ſuis hanc partem bonæ divinæque ſubſtantiæ, quæ mixta & colligata in eſcis & potibus detinetur, maximèque in eis, qui generant filios, artiùs & inquinatiùs colligari putant.* Fauſtus Manichæus, homo, ut apparet, nec indoctus nec infans ea, quibuscumq; coloribus poteſt, pingit, & doctrinam dæmoniorum à ſuâ ſectâ amoliri ſatagit. Verba eius apud Auguſtinum leguntur, è quibus nonnulla adſcribemus.

libro 30. *Videtis, ô catholici, & virgines veſtras dæmoniorum doctrinâ captas notari, & vos eſſe antiſtites dæmoniorum, qui certatim ſemper ad hanc eas incitetis profeſſionem ſuaſionibus veſtris, ut penè jam major in eccleſiis omnibus virgi-*

virginum apud vos, quam mulierum numeroſitas habeatur. Suaſiones ſaltim memorat Fauſtus, nullas autem leges ſive ſanctiones; quales univerſum ſacrum clerum concernentes ſi in uſu tum fuiſſent, non tacuiſſet, in rem ſuam plurimùm facturas. Dixiſſet, Ut quid nos objurgatis quia conjugium diſſuademus, quum vos latâ lege ſacris miniſtris omnibus id interdixeritis? Sed pergat: *Quid ergo? num & vos jam deſiſtitis à talibus inceptis? Quid in fraudem miſeras inducitis filios hominum, ſi non in eis Chriſti voluntas impletur, ſed dæmoniorum? Et tamen hoc nobis primò reſpondeatis velim, utrum omnino virgines facere doctrina ſit dæmoniorum; an ſolùm per prohibitionem facere nubendi? Si per prohibitionem; nihil ad nos. nam & ipſi tam ſtultum judicamus inhibere volentem* abſtinere, *quàm nefas & impium nolentem cogere. Si verò favetis huic quoque propoſito, & non reluctari volenti* abſtinere, *id quoque doctrinam putatis eſſe dæmoniorum, taceo nunc veſtrum periculum, ipſi jam timeo Apoſtolo:* quæ ſequuntur, ſuperiùs à nobis producta ſunt. Audiamus plura: *Non eſt interim, quòd vos exiſtimetis ſolos hortamentis virgines facere, & non prohibitione nubendi: nobis enim quoque hoc ipſum inſitum eſt. Et demens profectò ille, non tantùm ſtultus putandus eſt, qui id exiſtimet lege privatâ prohiberi poſſe, quod ſit publicâ conceſſum: dico autem hoc ipſum nubere. Quapropter & nos hortamur quidem volentes, ut permaneant; non tamen cogimus invitas, ut accedant. Novimus enim quantum voluntas, quantum & naturæ ipſius vis etiam contra legem publicam valeat, nedum adverſus privatam, cui reſpondere ſit liberum,* NOLO. Si Fauſtum audimus, credemus ne apud Manichæos quidem, nedum Catholicos, legem ullam fuiſſe, quâ quiſquam nuptiis aut uſu uxoris ſuæ prohiberetur. Si non fuiſſet fas inter catholicos ulli marito, qui quidem altari inſerviret, ad uxorem ſuam accedere, non tacuiſſet Fauſtus, qui abſtinentiam à conjugio à ſuæ ſectæ primariis receptam, quocumque poteſt modo, tuetur. Nec ipſe ſanctus Auguſtinus reſponſione ſuâ affirmat nuptias vel uſum conjugis lege prohiberi poſſe, ſed diſcrimen inter Catholicos & Manichæos inde arceſſit, quòd hi nuptias malas eſſe dicant, & generationis gratiâ potiſſimùm averſentur; illi contrà bonas eſſe affirment, & generationis gratiâ potiſſimum appetant. Audiamus ipſum: *Si ad virginitatem ſic adhortaremini, quemadmodum hortatur Apoſtolica doctrina, Qui dat nuptum, benefaciat, & qui non dat nuptum melius facit; ut bonum eſſe nuptias diceretis, ſed meliorem virginitatem, ſicut facit eccleſia, quæ verè Chriſti eſt eccleſia, non*

pag.132.

1.Cor.7,38

vos Spiritus ſanctus ita prænunciaret, dicens, PROHIBENTES NUBERE. *Ille enim prohibet, qui hoc malum eſſe dicit; non, qui huic bono aliud melius anteponit. Deniq; vos eum præcipuè concubitum deteſtamini, qui ſolus honeſtus & conjugalis eſt, & quem matrimoniales quoque tabulæ præ ſe gerunt,* LIBERORUM PROCREANDORUM CAUSSA: *unde viro non tam concumbere, quàm nubere prohibetis. Concumbitur enim etiam cauſsâ libidinum, nubitur autem non niſi filiorum. Nec ideo vos dicatis non prohibere, quia multos veſtros Auditores in hoc obedire nolentes vel non valentes ſalvâ amicitiâ toleratis. Illud enim habetis in doctrinâ veſtri erroris, hoc in neceſſitate ſocietatis.*

Si nunc ex nobis quæratur, num veteribus illis hæreticis hodiernos novatores affine aliquid habere exiſtimemus; non quidem indiſcriminatim de omnibus, quòd habeant, reſpondebimus: id tamen fateri nos oportebit, illos qui conjugium ob ſpurcitiem ſacros miniſtros dedecere adſerant, qui operibus carnis adnumerēt, qui item clericis conjugium ita adimant, ut interim concubinatus & fornicationes permittant, & graviùs contracto matrimonio quàm ſtupris & ſcortationibus peccare doceant; Nicolaitarum &
Vide p.142. Gnoſticorum doctrinæ vicinos eſſe, vel ipſo Ruperto Tuitienſe, qui noſtrarum controverſiarum ignarus fuit, & corroborato jam in occidentis eccleſiæ cœlibatu vixit, judice. Iidem eaſdem ferè ob cauſſas Manichæiſmo accedunt, hac quoq; præterea intercedente analogiâ, quòd, quemadmodum Manichæi Electis ſuis conjugium non permittunt, ſed ſolis Auditoribus, ut viliori hominum generi, ita
epiſt.74. quoque illi idem non clericis, ſed ſaltim laicis concedant. *Auditores,* ait Auguſtinus epiſtolâ ad Deuterium, *qui appellantur apud eos, & carnibus veſcuntur, & agros colunt, & ſi voluerint, uxores habent, quorum nihil faciunt, qui vocantur Electi.*

Exorti ſunt Manichæi tertio, ut notum eſt, poſt natum Servatorem ſeculo: & nos etiam porrò, qualem in hoc ipſo traditionem deprehenderimus, oſtendemus. Origenes Adamantius, quo nemo vel majores labores exantlavit vel poſt exantlatos magis ambiguam famam reportavit, continentiæ fuit ſtudioſiſſimus, atque adeo verba
Matt.19,12 Chriſti, *Sunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum cœlorum,* nimis ſimpliciter capiens

Devolvit illa acuto ſibi pondera ſilice:

cap.7. quâ de re videri poteſt Euſebius ſexto hiſtoriæ. Valeſii factum ſunt imi-

imitati: *ſeipſos caſtrant & hoſpites ſuos*, ut ſcribit Auguſtinus, præte- *de hæreſ.*
xentes ſive hoc ipſum, ſive etiam alterum dictum, *Si offendiculo tibi* *cap.37.*
fuerit aliquod tuorum membrorum, recîde illud. Quod poſterius ipſos *Matt.18,8.*
adimpletum ire putat Epiphanius, collocans eos in regione Phila-
delphicâ ultra Jordanem. *Ubi acceperint* (apponam quæ ille memo-
rat) *hominem in diſciplinam, quanto quidem tempore nondum exſectus eſt,*
animalis non veſcitur. Ubi vero ei perſuaſerint, aut per vim exſecuerint, *hær.58.*
tunc veſcuntur omnibus, utpote à certamine jam quietus, nec amplius in peri-
culo conſtitutus ut per edulia ad voluptatem concupiſcentiæ impellatur.
Non ſuos autem ſolos ad eum modum tractant, ſed ſæpe etiam adventantes
peregrinos & hoſpitio exceptos ad ejusmodi vitam traducunt, quemadmo-
dum multa hac de re fama fertur. Abripiunt enim tales intro, & vinculis ad-
ſtrictos violenter caſtrant. Ecce eò abſurditatis impulit Origenem, im-
pulit etiam Valeſios, quod ſupra vires naturæ, ubi continentiæ do-
num non erat, continentiam tamen ſunt moliti. Patrum memoriâ
eodem prolapſus fuit Ambroſius Morales Cordubenſis, qui chroni-
co Hiſpaniæ à Floriano Campenſi quinq; libris incoato ſeptem alios
ſubjunxit. Is enim, quum Dominicanæ familiæ nomen dediſſet, *ad*
refrenandas libidines ſibi virilia amputavit, ut ſcribit Thuanus. Obiit *libro 99.*
anno ſuperioris ſeculi XC.

Sed ad Origenem revertamur, cui magnam & manifeſtam in-
juriam illi flagitioſi & obſcœni apud Epiphanium fecere, qui
ab eo ſibi nomen adſciſcebant. ἀθετοῦσι δὲ γάμον, ϗ ὐ παύεται ἀπ'
αὐτῶν ἡ λαγνεία, ut loquitur Epiphanius. *Rejiciunt nuptias, & non* *hær.69.*
ceſſat apud ipſos libido. Magiſtros igitur & auctores ſibi potiùs depu-
tent Gnoſticos, quàm Origenem, tantum caſtitatis & continentiæ
zeloten. Quantus quantus autem fuit, nusquam tamen adſerit
Apoſtolos clericis aut ulli mortalium nuptias vel uſum uxoris in-
terdixiſſe. Homiliâ XXIII. in Numerorum librum zelum ſuum,
quo in continentiæ admirationem & laudes rapiebatur, aperit, & ex
ejus abundantiâ loquutus, *Vereor*, inquit, *aliquid dicere, quod ex ſer-*
monibus Apoſtolicis intelligi datur, ne fortè videar aliquos contriſtare. Nam
ſi oratio juſti ſicut incenſum offertur in conſpectu Domini, & elevatio ma-
nuum ejus ſacrificium eſt veſpertinum; dicit autem Apoſtolus iis, qui in con- *1.Cor.7,5.*
jugio ſunt, Nolite fraudare invicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut va-
cetis orationi, & iterum in idipſum ſitis: certum eſt, quia impeditur
ſacrificium indeſinens iis, qui conjugalibus neceſſitatibus ſerviunt. Unde vi-
detur

*detur mihi, quòd illius eſt ſolius offerre ſacrificium indeſinens, qui indeſi-
nenti & perpetua ſe devoverit caſtitati.* Hæc ille ex abundantiâ zeli
ſui. Dicit autem, *VIDETUR MIHI*, non hoc ſaltim dicturus, ſed
ſanctionem & legem ac conſuetudinem univerſalis eccleſiæ de per-
petuâ ſacrorum miniſtrorum abſtinentiâ loco adeo opportuno
producturus, ſi aliquam talem habuiſſet vel producere potuiſſet.
Jungatur autem locus, quo ſanctitatem conjugii rectiùs explicat.
In caput duodecimum ad Romanos, & verba, Παρακαλῶ ὑμᾶς, παρα-
στῆσαι τὰ σώματα ὑμων θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, in hunc
modum commentatur: *Quoniam videmus nonnullos ſanctorum, aliquos
etiam Apoſtolorum habuiſſe conjugia, non usquequaque poſſumus de ſola virgi-
nitate ſentire; quamvis in hujuſcemodi hoſtiis habere priùs ordinem poſſit:
ſicut in lege alia erat hoſtia ſacerdotis, alia principis, alia ſynagogæ & alia
unius animæ. Et quamvis in eccleſia prima poſt Apoſtolos hoſtia martyrum,
ſecunda virginum videatur, tertia continentium: puta tamen, quòd neque
illi qui in conjugiis poſiti ſunt, & ex conſenſu ad tempus vacant orationi,
velut Nazaræorum vota ſolventes, ſi in cæteris ſanctè agant & juſtè, negandi
ſunt corpora ſua exhibere poſſe hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem.
Nec rurſum corpora virginum vel continentium ſi aut ſuperbiæ macula,
aut avaritiæ ſordibus, aut linguæ maledicæ vel mendacii immunditia pol-
luantur, hoſtiam ſanctam & Deo placentem putanda ſunt ex ſola virginitate
corporis obtuliſſe.*

Alibi quoque conjugii clericis permiſſi & uſurpati ſatis mani-
feſta ſunt indicia. Homil â XI. in Exodum: *Apoſtolus dicit, Bonum eſt
homini mulierem non tangere: ſalvo tamen remedio his, qui pro infirmitate
ſuâ remedio indiget nuptiali.* Hic clericos non excipit. Tractatu XXIV.
Matt. 23, 4. in Matthæum ad verba Chriſti, Ligant onera gravia portatuque dif-
ficilia, & imponunt in humeros hominum; *Reprehendit*, inquit, *hu-
juſmodi præceptores, qui non ſolùm quæ docent, non faciunt, ſed etiam crude-
liter & ſine miſericordiâ, non ſecundum exiſtimationem virium cujusq; au-
dientis, ſed majora virtute ipſorum injungunt, ut puta qui prohibent nube-
re, & ab eo quod expedit*, à conjugio videlicet, *ad immoderatam mundi-
tiam compellunt; qui docent etiam abſtinere à cibis, & alia hujusmodi, ad
Matt. 11, 30 quæ non omnino oportet cogere homines fideles. Alligant per verbum expoſi-
tionis ſuæ onera gravia citra voluntatem Chriſti dicentis, Iugum meum ſuave
& onus meum leve eſt; & imponunt ea, quantum ad verbum ſuum*, quan-
tum eſt in ipſis, *ſuper humeros hominum curvantes eos, & cadere facientes
ſub*

ſub pondere gravium mandatorum eos, qui bajulare non ſufferunt. Nuptias itaque cuiquam interdici & cœlibatum injungi ſeriò improbat Origenes. Perſtringit autem veteres, ſine dubio, hæreticos, Marcionitas, Encratitas & ſimiles; nec eo ſolùm nomine, quòd conjugium & cibos malos vel immundos eſſe adſerant, verùm etiam quòd nullâ virium ratione habitâ, quæ ſublevandæ imbecillitati humanæ divinitùs ordinata ſint, & interdici non oporteret, prohibeant, eâque ratione in lapſum & perniciem miſeros homines impellant. Homiliâ XVII. in Lucam: *Sicut ab eccleſiaſticis dignitatibus non ſolùm fornicatio, ſed & nuptiæ repellunt*, ſecundæ videlicet; *neque enim epiſcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec vidua poſſunt eſſe digami: ſic forſitan & de cœtu primitivorum immaculatorumq́ eccleſiæ, quæ non habet maculam, neque rugam, ejicietur digamus.* Locus aliàs eſt prorſus Origenicus, id eſt, pravâ aliquâ & incommodâ opinione infectus. Interim videmus hinc ejus eſſe mentem, quòd à muneribus eccleſiaſticis non excludat nuptiæ, ſed ſaltim repetitæ nuptiæ. Libro ſeptimo con- *num. 15.*
tra Celſum: *Apud Athenienſes quidem unicus pontifex*, (verſio eſt Sigismundi Gelenii) *ne ipſe quidem ſatis ſibi videns, quòd imperare poſſit maſculo appetitui, cicutâ oblitis virilibus putatur ſatis idoneus ad caſtè obeundas ejus civitatis ſolennes ceremonias: at apud Chriſtianos non deſunt viri, quibus cicutâ ad hoc nil opus eſt, ut Deo caſtè ſerviant, ſed pro cicutâ eis verbum Dei ſufficit ad expellendas è cogitatione omnes concupiſcentias, & ad vacandum precationibus.* Quur pontifici ethnico non opponit pontifices Chriſtianorum & univerſum ſacrum clerum? quur ita nudè (*non deſunt viri*) dicit, niſi videlicet, quia aliter ex re & vero dicere non potuit? Quemadmodum igitur alii veteres, quos anteà produximus, exempla continentiæ Chriſtianorum non peculiariter aut præcipue à clero ſumunt, ſed indifferenter è medio fidelium numero, ita quoque Origenes.

Porrò ipſo hoc tertio ſeculo, circa extremam ætatem Origenis, Dionyſius Alexandrinus ad Fabium Antiochenum, quæ martyres Chriſti in perſequutione Decianâ perpeſſi eſſent, epiſtolâ per-
[illegible] apud Euſebium ſupereſt, & inter cætera hoc, quod ſub- *hiſt. lib. 6.*
[illegible] net. *Chæremon epiſcopus civitatis, quæ Nilus dicitur, quum cap. 34.*
[illegible] eſſet & ætate prope exactâ, ἅμα τῇ συμβίῳ ἑαυτοῦ, *unà [illegible] ad montana Arabiæ confugiens non eſt reverſus, nec uſpiam [illegible] potuit. Et quamvis fratres multùm & ſtudioſè eos quæ-*

rerent, nec ipſos tamen nec corpora eorum invenerunt. Habemus hîc epiſcopum grandævum, maritum tamen, & uxori ſuæ in ipſo ſenio conjunctum.

Sanctus Cyprianus Novatum presbyterum, qui pernicioſi
*epiſt.*49. ſchiſmatis auctorem ſe præbuit, uxoratum fuiſſe epiſtolâ ad Cornelium teſtatur. Verba ſancti doctoris & martyris, ne qua fraus ſubeſſe videatur, integrè adſcribam. *Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque eccleſiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in ejus furore conſpicimus. Pater etiam ejus in vico fame mortuus, & ab eo in morte poſtmodùm nec ſepultus. Vterus uxoris calce percuſſus, & abortione properante in excidium partus expreſſus. Et damnare nunc audet ſacrificantium manus, quum ſit ipſe nocentior pedibus, quibus filius, qui naſcebatur, occiſus eſt. Hanc conſcientiam criminum jampridem timebat; propter hoc ſe non de presbyterio excitari* (ejici, deponi) *tantùm, ſed & communicatione prohiberi pro certo tenebat: & urgentibus fratribus imminebat cognitionis dies, quo apud nos cauſſa ejus ageretur, niſi perſequutio antè veniſſet.* Non dat crimini beatus martyr, quòd presbyter uxorem habeat, vel eam imprægnaverit; ſed quòd calce percuſſerit & abortui cauſſam præbuerit. Neq; dici poteſt, ante ſuſceptum presbyteri gradum ea perpetrata eſſe: ſic enim admitti & ordinari non potuiſſet. Quin ipſa verba clarè indicant, à conſtituto in ordine presbyterii commiſſa fuiſſe, propter quæ loco moveri & dignitatem amittere debuerit. Res eſt ita perſpicua, ut negare vel torquere non potuerit Pamelius.
Annotat. Ne tamen nihil dicat, hoc dicit; *Adſumebantur tum temporis ob aliorum paucitatem multi conjugati in clerum: quare non mirum eſt, ſi uxoris Novati meminit, quum presbyter eſſet.* Paucitas iſta temporibus Apoſtolicis naſcentiſque eccleſiæ tribui ſolet; in ætatem verò Cypriani nullâ probabilitate transferri poteſt. Quin per illam factum dicunt, ut mariti quidem in clerum legerentur, non tamen ut conjugio uti liceret. At hîc presbyterum habemus, qui uxorem gravidam fecerit: quod ſi Apoſtoli prohibuiſſent vel nefas judicaſſent, in Carthaginienſi eccleſia, cui Cyprianus præſideret, licere neutiquam potuiſſet.

Nec Tertullianum ſaltim, de quo pridem, & Novatum de quo modò diximus, presbyteros uxoratos Carthaginienſis eccleſia habuit: ſed etiam Cæcilium, Cypriani κατηχητὴν, qui moriens uxorem & liberos Cypriano commendavit, teſte Pontio Cypriani dia-
cono,

[illegible]o, qui, ut Hieronymus confirmat, *uſque ad diem paſſionis ejus cum de ſcriptor. ipſe exilium ſuſtinens, egregium volumen vitæ & paſſionis Cypriani reliquit. cap.68.* Q[illegible]n ex hoc Pontii ſcripto ſit veriſimile, ipſi Cypriano, etiam presbytero & pôſt epiſcopo, uxorem fuiſſe. Converſo & Chriſtianis ſacris i[illegible]itiato uxorem fuiſſe, id ſanè legimus: propter ſuſceptum presbyteratum vel epiſcopatum remotam fuiſſe, non legimus. Qu[illegible]r n[illegible]n igi[illegible]r ut aliis in eadem eccleſiâ presbyteris, ita quoq; Cypriano conjugium ſuum conſtitiſſe credamus? Poſſent videri repugnare [illegible] Pontii verba: ſed non repugnant. Sunt autem iſta: *Inter [illegible] prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quàm ſi conti[illegible]m tueretur; tunc enim poſſe idoneum fieri pectus & ſenſum ad plenam [illegible] capacitatem pervenire, ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro [illegible]ntia vigore calcaret.* Nempe continentiam non à legitimo [illegible]o[illegible]is, ſed ab illicitis cupiditatibus, quibus gentilis olim indul[illegible] [illegible]elligit. Nunc reliqua è Pontio ad noſtrum negocium facien[illegible] [illegible]ctoris oculis & judicio ſubjicio. *Cyprianus de imperitis genti[illegible] tam maturâ cepit fide, quàm pauci fortaſſe perfecerint. Mora [illegible]ca gratiam Dei* (baptiſmum innuit) *nulla, nulla dilatio. Partim [illegible] [illegible]tum & ſacerdotium ſtatim accipit. Quis enim non omnes [illegible]um gradus crederet tali mente credenti? Multa ſunt quæ adhuc ple[illegible], [illegible]a quæ jam presbyter fecit, multa quæ ad veterum exempla juſto[illegible]at[illegible]e conſimili perſequutus, promerendo Dominum totius religio[illegible]ſquo præſtitit. — Contemtis ille diſpendiis rei familiaris in tantum [illegible]tute profecit, ut nec pietatis temporalia damna ſentiret. Non [illegible]a, non dolor fregit; non* VXORIS *ſuadela deflexit; non proprii [illegible]a pœna concuſſit. Permanſit in ſuis ſedibus fixa virtus, & altis [illegible]ndata devotio, nullo diaboli tentantis impetu ceſſit, quo minus [illegible]num ſuum fide gratâ, etiam inter adverſa benediceret. Domus [illegible]ut cu[illegible]umque venienti. Nulla vidua reverſa eſt ſinu vacuo; nullus [illegible]e, non illo comite directus eſt; nullus debilis greſſu, non illo [illegible] eſt; [illegible]llus nudus auxilio, de potentioris manu non illo tutore [illegible]. Hæc [illegible] facere (dicebat) qui Deo placere deſiderant. Et [illegible]um [illegible]nium documenta decurrens, dum meliores ſemper imi[illegible] [illegible] fecit imitandum. Erat ſanè illi etiam de nobis contu[illegible] & laudabilis memoriæ Cæcilii, & ætate tunc & honore [illegible]m ad agnitionem veræ divinitatis à ſeculari errore corre[illegible] [illegible] honore, atq; omni obſervantia diligebat, obſequenti vene-*

ratione ſuſpiciens, non jam ut amicum animæ coæqualem, ſed tamquam novæ vitæ parentem. Denique, ille demulſus ejus obſequiis, in tantum dilectionis immenſæ merito provocatus eſt, ut de ſeculo excedens, arceſſitione jam proximâ, commendaret illi conjugem ac liberos ſuos, & quem fecerat de ſecta communione participem, poſtmodum faceret pietatis heredem. Cæcilius itaq; presbyter uxori ſuæ ad extremum usq; vitæ, quod ſibi in omnibus conſtantis matrimonii argumentum eſt, conjunctus fuit. Cyprianum diverſam à ſuo magiſtro viam iniviſſe & uxorem à ſe amoviſſe quur nobis perſuadeamus, nulla eſt ratio. Aliud præterea apud eumdem Cyprianum presbyteri uxorati exemplum occurrit in his
epiſt.19. verbis: *Felix, qui presbyterium ſubminiſtrabat ſub Decimo, proximus mihi vicinus (pleniùs cognovi eumdem Felicem) & Victoria conjunx ejus.*

Ad librum de ſingularitate clericorum nihil nunc annotamus: eum enim Cypriani non eſſe apud eruditos in confeſſo eſt. *Rectè*
Annotat. *cenſuit Eraſmus Cypriani non eſſe*, ait Pamelius. *Stylus ſatis diverſus eſt à ſtylo ſancti Cypriani, & verba multa parum latina admiſcet, quæ in Cypria-*
l.de ſcript. *no non inveniuntur*, ait Bellarminus. Inopiam verò judicii ſui pro-
anno 235. didit Baronius, quum maluit diſſentire, & *nulli æquiùs quàm Cypriano*
num.45. *adſcribi poſſe* cenſuit. Pamelius quidem ex ſententiâ Antonini, Vincentii aliorumque iſtius ætatis, qui ejusmodi rem dijudicare nequiverunt, Origeni tribuit. Rectè autem Bellarminus, *Stilus*, inquit, *apertè reclamat, & latinum auctorem, non græcum eſſe clamat.* Nec omnino leve eſt, ut aliàs ſæpe, Baronii argumentum, quod ita habet: *Quomodo, quæſo, liber ille ab Origene potuit eſſe editus, qui ut absq; ſuſpicione intra domeſticos parietes cum mulieribus verſari poſſet, ſeipſum abſcidit, quiq; ſemper velut in gynacéo cum fæminis verſabatur, usque adeo, ut non viros tantùm ſed puellas quoque ſuarum lucubrationum amanuenſes haberet?* Quare autem Origeni nonnulli tribuerent, potiſſima fuit cauſſa, quòd injectâ ſpontaneæ caſtrationis mentione eam indemnatam abire animadverterent: cujus tamen facti accuratius examen alii diſputationi auctor reſervat: hîc tantùm ſic caſtratos clericis fæmi-
num.36. nas συνεισάκτους habentibus præfert. Verba ſunt: *Nec minùs eos, pejùs etiam illi confundunt, qui metuentes non tantum cum aliena ſed etiam cum ſuâ carne luctari, amputatis genitalibus abſcedunt. De quibus modò examinationis ſuſpendo ſententiam, relinquens aliâ diſputatione promendam. Secundum confuſionem ſpadonum, non dubito meliores eſſe fere, qui nec ſibi parcunt quidem; non dicam, fæminis audent tentamenta porrigere.*

Reſpon-

Reſpondeant ſpiritales eunuchi, quis furor in dilectione mulierum, vel quod ſit in contubernalitate fœminæ myſterium, ut in perniciem ſuam alienis membris indulgeant, quum illi ſua quoque incunctanter abſcindant? Hi infirmatos in ſe artus abjiciunt, & illi adverſariis artubus glutinantur. Hi pro integritate ſpiritali cum tormento non integri corporis dimicare non dubitant, & illi ſine tormento, integri eſſe ſine fœminarum dimidietate detrectant. Hæc ibi. Fortè autem de hoc ſcripto iterum dicendi infrà erit occaſio.

In fine tertii ſeculi Agricola vixit, & Bononiæ in ultimâ ſub Diocletiano perſequutione martyrii coronam adeptus eſt. Is ma[illegible]o integro & ſibi in omnibus conſtante, presbyter vel certè diaconus fuit. Auctorem damus Ambroſium, Exhortatione ad virgines. Uxorem enim ille habuit Julianam, quam poſt martyrium ſu[illegible]tem reliquit, laudatam ab Ambroſio in hunc modum: *Honoremus hanc viduam, quia ſcriptum eſt, Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt. Licet verborum noſtrorum honorem non ambiat, quæ Apoſtoli mandatum adæq[illegible], habens in bonis operibus teſtimonium; quæ bene filios educaverit, me[illegible]uerit. Quis hanc non deſtitutam & miſerabilem deploravit, quando [illegible] maritum? At iſta miniſtrum ſacris ereptum altaribus ampliùs ingemuit, quam ſibi conjugem, aut patrem filiis. Nam etſi præſidio eſſet mariti [illegible]la & ſolatio, tamen apud piam mentem cauſſa eccleſiæ præponderabat.* 1.Tim.5,3.

A[illegible]cola igitur & maritus fuit, & ſacrorum altarium miniſter, id eſt, [illegible]ris ordinibus conſtitutus: nam horum participes qui ſunt, ſa[illegible] quoque altarium miniſtri ſunt. Vixiſſe autem cum conjuge J[illegible]n matrimonio, more uſitato, ex verbis Ambroſii, quæ modò [illegible]ximus, datur intelligi. Nec ex his modò; ſed itidem ex aliis, qui[illegible] ejuſdem Julianæ laudes proſequitur: *Egregia ſanè fœmina, quæ ſibi [illegible], totum quod habuit Deo obtulit: cujus vita inſtitutio diſciplinæ [illegible]uædam formula caſtitatis, bono propoſito & meliore magiſterio. Exem[illegible]*, per bonum propoſitum videlicet, *viduitatis; & virginitatis*, [illegible]liabus perſuaſit, *magiſterium eſt.* Non addit exemplum continentiæ in ipſo matrimonio, & vivente marito; quod ſi [illegible], neutiquam omiſiſſet. Perſequutionem ſub Dio[illegible]o [illegible]rans Euſebius inter cæteros conſtantiſſimos martyres [illegible]m maritum commemorat. Verba ſunt: *Philoromus magi[illegible]tum quemdam Alexandriæ non vulgarem adeptus, cum dignitate & [illegible]omano ſatellitibus ſtipatus quotidie cauſſas dijudicabat: & Phileas* hiſt.lib.8. cap.9.

Thmuitarum eccleſiæ epiſcopus, vir præſtans cùm in civilibus patriæ rebus & adminiſtrationibus, tum in philoſophiæ ſtudiis. οἳ καὶ μυρίων ὅσων πρὸς αἱματός τε καὶ τῶν ἄλλως φίλων ἀντιβολούντων, ἔτι μὴν τῶν ἐπ᾽ ἀξίας ἀρχόντων, πρὸς δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ παρακαλοῦντος, ὡς ἂν αὐτῶν οἶκτον λάβοιεν, φειδῶ τε παίδων καὶ γυναικῶν ποιήσαιντο, οὐδαμῶς πρὸς τῶν τοσούτων, ἐπὶ τὸ φιλοζωῆσαι μὲν ἑλέσθαι, καταφρονῆσαι δὲ τῶν περὶ ὁμολογίας καὶ ἀρνήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεσμῶν ὑπήχθησαν· ἀνδρείῳ δὲ λογισμῷ καὶ φιλοσόφῳ, μᾶλλον δ᾽ εὐσεβεῖ καὶ φιλοθέῳ ψυχῇ, πρὸς ἁπάσας τοῦ δικαστοῦ τάς τε ἀπειλὰς καὶ τὰς ὕβρεις ἐνστάντες, ἄμφω τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. *Iſti duo, permultis cognatis aliiſq; amicis, viris præterea in dignitate & magiſtratu conſtitutis eos obſecrantibus, deniq; ipſo judice cohortante, ut ſuimetipſorum misererentur, & liberorum atq; uxorum rationem haberent; nullo tamen modo à tot & tantis adduci potuerunt, ut cupiditate vitæ illecti divinas de confeſſione & abnegatione Servatoris noſtri ſanctiones contemnerent, ſed animo maſculo ſapientiæq; amante, quin pio Deiq; amante, adverſus omnes judicis minas & contumelias conſtantes uterq; capitibus truncati ſunt.*

Produximus filum traditionis primævæ eccleſiæ ad quartum usq; ſeculum. Quemadmodum nulla de cœlibatu ſanctio fuit Apoſtolica, ita quoque nullam viri Apoſtolici tradiderunt. Tantum verò abeſt conſtitutionem aliquam Apoſtolicam fuiſſe, ut ne quidem hactenus ulla eccleſiaſtica occurrant. Neque enim uſpiam priſci trium horum ſeculorum doctores innuunt univerſum ſacrum clerum nuptiis & uſu uxorum vel abſtinuiſſe, vel oportuiſſe abſtinere: ſed contrà uxoratos Apoſtolos, & ſubinde ex occaſione uxoratos epiſcopos, presbyteros & diaconos commemorant. Magna igitur eſt ſive væcordia ſive impudentia Bellarmini ſcribentis, *morem Græcorum, qui nunc eſt,* ſcilicet habendi in ſacro clericatu uxores, *cœpiſſe circa tempus ſynodi ſextæ, & annum Domini DCC.* Quod quàm facilè, tam quoque temerè deſcripſit Gregorius Valentia. Nam primis & puriſſimis iſtis ſeculis non modò Græcos ſacerdotes in orientali, ſed ipſos quoque Latinos in occidentali eccleſiâ uxores habuiſſe demonſtratum eſt. Initio tractatus oſtendimus, quomodo ante Bellarminum Dominicus Soto ſub probabilitate adfirmaverit, *circa Apoſtolorum tempora cunctis ſacerdotibus uxorium uſum fuiſſe interdictum, licet mos poſteà fuerit corruptus:* & quomodo ſive majore audaciâ, ſive perfrictiore fronte Bellarminus intrepidè adſeruerit, *decretum, quo votum ordinibus annectitur, Apoſtolicum eſſe, & in totâ eccleſiâ à temporibus*

l.1.de cler. cap.19.

in 3.diſp.9. qu.5.pu.5. §.3.

pag. 8.

poribus Apoſtolorum longo tempore ſervatum. Si in totâ eccleſiâ à temporibus Apoſtolorum longo tempore ſervatum fuit, annón, obſecro, primo, ſecundo, tertio ſeculo ſervatum oportuit? Idipſum autem ex horum ſeculorum genuinis monumentis Bellarminus, aut, quandoquidem in fata ille conceſſit, quicumque alius ex eâ ſectâ vicem ejus tueri voluerit, ſi vir eſt, oſtendito. Nec teſtimonium aliquod de ejusmodi Apoſtolico decreto, nec praxis tali decreto conſentanea uſpiam deprehendi poteſt. Nusquam docetur, conjugium ulli hominum ordini ullâ lege interdictum eſſe: paſſim verò occurrunt exempla ſacrorum miniſtrorum, qui licitè & citra reprehenſionem conjugio ſint uſi. Ego igitur adſero, quicumque dixerit, Sacrum clerum à matrimonio ejusque uſu abſtinere, tamquam decretum Apoſtolicum tribus primis eccleſiæ ſeculis vel creditum vel ſervatum fuiſſe; quicumque, inquam, hoc dixerit, eum adſero mendacium dicere adeo vel ſtolidum, vel improbum, ut aut mentem aut frontem videri queat perdidiſſe.

Jam gradum promoveamus ad quartum ſeculum, in quo occurrunt canones, quos in prioribus nullos habemus, conciliorum, primùm quidem unius habiti Ancyræ, Galatiæ in Tectoſagibus metropoli; & alterius habiti Neocæſaréæ, urbe Cappodociæ in Ponto Polemoniaco. Quoto anno illa habita fuerint, non conſtat. Utriq; præfuit Vitalis Antiochenus & præter alios interfuit Baſilius, Amaſëæ Ponticæ epiſcopus, ſub Licinio, ut eſt in chronico Euſebii, martyrio coronatus. Nicæno itaq; quemadmodum etiam in codicibus canonum inſcriptiones præ ſe ferunt, priora eſſe certum eſt: id quoque, habita fuiſſe in confinio perſequutionis & tranquillitatis, præſertim quum Ancyranum pleraque de lapſis in perſequutione continuat, & utrumque collapſam diſciplinam inſtauret. Ancyrani canon decimus ad noſtrum negocium facit, & ita habet: Διάκονοι, ὅσοι καθίστανται, παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν εἰ ἐμαρτύραντο, καὶ ἔφασαν χρῆναι γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτως μένειν· οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες, ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. τοῦτο δὲ εἴ τινες σιωπήσαντες καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς διακονίας. Dionyſius Exiguus ante mille annos in hunc modum vertit latinè: *Diaconi quicumque ordinantur, ſi in ipsâ ordinatione proteſtati ſunt, & dixerunt, velle ſe conjugio copulari, quia ſic manere non poſſunt: hi, ſi poſt-*

modum

modùm uxores duxerint, in miniſterio maneant, propterea quod eis epiſcopus licentiam dederit. Quicumque ſanè tacuerint, & ſuſceperint manus impoſitionem profeſsi continentiam, & poſteà nuptiis obligati ſunt, à miniſterio ceſſare debebunt. Hîc diacono etiam ordinato permittitur uxorem ducere, modò, quum ordinaretur, admonuerit, ſe non poſſe ſic, id eſt, in cœlibatu manere. Sin reciperet in ſe ſic manere & tamen poſteà duceret, officio movebatur. Igitur, inquies, per hunc canonem diacono jam ordinato & poſt ſuſceptum ordinem non licuit uxorem ducere! Non ſanè licuit; & verum id eſt. Interim res ipſa, quæ eſt matrimonium ſive uxor non adimitur, ſed ſaltim tempus & modus ducendi præſcribitur. Aut ducat ante ordinationem, aut in ipsâ ordinatione admoneat, ſe ducere velle. Quare autem hujus ſeculi Patribus viſum fuerit conjugium quidem initiatorum ſive in ſacris ordinibus conſtitutorum non improbare, & interim nuptias contrahendas & celebrandas haut temerè admittere; ejus rei cauſſas poſteà inquiremus. Ei verò qui poſt ordinationem contraxiſſet, reſciſſo conjugio uxorem non adimebant, ut fit à Pontificiis, ſed ſaltim officium. Idem de presbyteris conſtituit canon alterius concilii, Neocæſareenſis videlicet primus: Πρεσβύτερος ἐὰν γήμῃ, τῆς τάξεως αὐτὸν μετατίθεσθαι, ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν πλεῖον, καὶ ἄγεσθαι εἰς μετάνοιαν. Dionyſius Exiguus vertit: *Presbyter ſi uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, vel adulterium perpetraverit, amplius pelli debet & ad pœnitentiam redigi.* Ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν, alia verſio reddidit, *extra eccleſiam abjiciatur*: Gentianus Hervetus, *penitus extrudatur*. Legerunt videlicet, τελέως. Vertendum fuerit ſine dubio, *myſteriis ſive ſacrâ communione pellendum eſſe*. Hi igitur itidem Patres presbyterum, qui poſt conſecrationem matrimonium inierit, dignitate privant, nec aliâ ullâ pœnâ adficiunt, nec conjugium reſcindunt: fornicatorem verò & adulterum ſacris penitus pellunt & excommunicant. Nempe conjugium presbyteri fornicationibus & adulteriis deteſtabilius eſſe, quod noſtri novatores hodie docent, non cenſebant. Et iſta quidem concilia in oriente habita fuerunt.

In occidente etiam, quod in hæc ipſa tempora incidat, Eliberinum dictum & memoratum in Conciliorum tomis occurrit: in codicem tamen canonum à Dionyſio vel Creſconio non relatum, nec à Ferrando in ſuâ epitome alicubi laudatum. Inſcriptio in Tomis

ita

ita habet *Concilium Eliberinum XIX. epiſcoporum tempore Conſtantini & Sylv[illegible] papæ primi & circa tempora Nicanæ ſynodi celebratum, — reſidentibus etiam XXXVI. presbyteris, adſtantibus diaconibus & omni plebe.* Epiſcopi, quorum nomina recenſentur, Hiſpani ſunt, interque eos Hoſius Cordubenſis, qui poſteà in Nicæno primas tenuit. Dubium itaque nullum eſt, Hiſpanicum eſſe concilium, habitum Illiberi, quæ vel hodie Granata eſt, vel certè olim prope eam, quæ hodie Granata eſt, fuit. Si quid hîc nobis adverſaretur, dicere nobis liceret, quod de eodem dixit Baronius. Canon videlicet XXXVI. ita habet; *Placuit picturas in eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.* Id quidem patribus illis placuit, ſed Baronio [illegible] ici[illegible]r; *Anne potuit vel debuit decem & novem epiſcoporum* [illegible] *bu angulo congregatus aliud ſtatuiſſe, quàm ubique locorum u*[illegible] *etus eccleſia? — Ecquam tandem fidem meretur tam pau*[illegible] *canon, quem totius catholicæ eccleſiæ uſus contrarius* [illegible] *t, imò antequam naſceretur, exſtinxit?* Idem, inquam, [illegible] nos dicere poterimus ad trigeſimum tertium cano[illegible] hic eſt *Placuit, in totum prohibere epiſcopis, presbyteris,* [illegible] *onibus, poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à conjugibus* [illegible] *are filios: quod quicumque fecerit, ab honore clericatus exter*[illegible] N[illegible] tamen opus fortè fuerit totam ſynodum abjicere, ſed [illegible] dam interpretationem adhibere. Voces, *poſitis in mi*[illegible], id [illegible] ſignificent, quod *tempore vicis ſuæ*, ſive quum in[illegible] ſanctiſſimæ euchariſtiæ celebratio; & nihil incommo[illegible] it: præſertim quum ex eodem concilio Gratianus [illegible] quem tamen inter cæteros hodie non legimus, recitet [illegible] *Omnis homo ante ſacram communionem à propria uxore ab*[illegible] *us, aut quatuor, aut octo diebus.* Eumdem in ſuâ Decre[illegible] ione proferunt Burchardus Wormatienſis & Ivo [illegible]. Addit autem Gratianus, quæ apud hos non legimus: [illegible] *os connumerabitur, qui in iſtis videlicet temporibus Paſcha,* [illegible] *Domini non communicaverit.* Neutrum verò ab ali[illegible] apud Pontificios obſervatur: & videtur, ut diximus, [illegible] ne XXXIII. manaſſe, vel ejus quaſi interpretatio [illegible], [illegible] ſententiam patrum Hiſpanorum, ne [illegible] niſtrorum ſuæ uxori umquam conſu[illegible] ſceret; [illegible] obeſſe. Hoc ipſis ita, ut ajunt, PLACUIT.

Anno 57. num. 119.

num. 122.

de conſecrat. diſt. 2. can. 21.

l. 5. c. 22.

p. 2. c. 32.

quemadmodum etiam placuit, juxta ſubſequentes canones, ne in cœmiterio interdiu cerei incenderentur, vel noctu fœminæ vigilarent; item ne in parietibus templorum picturæ eſſent. Placuit iis, quod ita decere exiſtimarent: atque adeo ex ſuo ipſorum placito non ex Apoſtolico aliquo decreto canonem formarunt, qui paulò pòſt ſancto confeſſori Paphnutio, & ex hujus ſententiâ omnibus œcumenicæ Nicænæ ſynodi patribus diſplicuit, & communi catholicæ eccleſiæ conſenſu abrogatus eſt.

Anno enim hujus quarti ſeculi vigeſimoquinto habita eſt magna illa ſynodus, œcumenica prima, in quâ quid de matrimonio clericorum actum & conſtitutum fuerit, nunc videamus. Recitabimus autem verba Socratis hiſtorici, qui eam rem accuratè expoſuit.

Lib. 1. c. 8. *Viſum erat epiſcopis legem novam in eccleſiam introducere, ut ſacris initiati, epiſcopi videlicet, presbyteri & diaconi cum uxoribus, quas in ſtatu laico duxiſſent, non dormirent. Quum autem hac de re conſultatio inſtituta eſſet, in medio epiſcoporum conſeſſu ſurgens Paphnutius*, urbis cujusdam in ſuperiore Thebaide epiſcopus, βόα μακρὰ, μὴ βαρὺ ζυγὸν ἐπιθεῖναι τοῖς ἱερωμένοις ἀνδράσι, *vehementer clamabat, grave jugum conſecratis viris non eſſe imponendum, dicens honorabile eſſe cubile & conjugium impollutum, videndumq; ne nimio exquiſitæ vitæ ſtudio eccleſiam gravi incommodo afficerent. Neq; enim omnes ejuſmodi rigidam, quæ humanos adſectus excludit, diſciplinam ſuſtinere, nec caſtimoniam æque a ſingulorum uxoribus ſervari poſſe. Caſtimoniam verò vocabat legitimæ uxoris uſum. Sufficere, ſi quis priùs in clerum adlectus ſit, quàm uxorem duxerit, in poſterum a nuptiis juxta veterem eccleſiæ traditionem abſtineat; nec quemquam ab illa, quam laicus duxerit, ſejungi oportere. Et hæc dixit Paphnutius, inexpertus nuptiarum, imo, ſimpliciter ut dicam, fœminarum. A puero enim in aſceterio educatus, & propter caſtimoniam, ſi quiſquam alius, admodum celebris erat. Totusque ſacer conventus verbis Paphnutii adſenſum præbuit. Quapropter hanc quæſtionem ſopiverunt, cujusq; arbitrio abſtinentiam ab uxoris conſuetudine permittentes.* Sozomenus eadem prorſus commemorat: [illegible]

Lib. 1, c. 2. dicit Paphnutium, χαλ [illegible] πρᾶγμα φ[illegible] [illegible] γαμεταῖ [illegible] [illegible] ἀναγκη [illegible]

[illegible] his evidenter perſpicimus, tempore Nicænæ ſynodi epi- [illegible] presbyteros, diaconos uxoribus ſuis, quas olim duxiſſent, [illegible] cohabitaſſe. Fuiſſe verò, qui ex immodico & ſcien- [illegible] o zelo, quali etiam Pinytum laboraſſe ſuprà o- [illegible], legem de omnimodâ abſtinentia rogaverint, ut Patrum [illegible] ſcriberetur; Hiſpanos fortè & ipſum ſynodi præſidem Ho- [illegible], de quâ egimus, Illiberitanâ ſynodo ſimile quid vi- [illegible] ſtatuiſſe: ſed obſtitiſſe magnum virum Paphnutium, & [illegible] antibus rationibus in ſuam ſententiam totum conci- [illegible] atque adeo jus maritali conſuetudine utendi inte- [illegible], quale hactenus fuerat, epiſcopis, presbyteris & [illegible] æ[illegible]ibus tum pòſtfuturis communi Patrum ad- [illegible] Ab Apoſtolis itaq; ſub initia naſcentis eccleſiæ jus [illegible], nemo, cui quidem mens conſtet, perſuaderi [illegible]

[illegible] te[illegible] vii fuerit Paphnutius, Socrates & Sozome- [illegible]t: magis tamen vtroq; antiquior Rufinus, cujus [illegible]s. *Fuit in Nicæno concilio Paphnutius, homo Dei, epiſco-* Hiſt. lib. 1. *[illegible], confeſſor ex illis, quos Maximinus dextris oculis effoſ-* cap. 4. *[illegible]ſo ad metalla damnaverat. Sed in hoc tanta virtu- [illegible], ut ſigna per eum non minùs, quàm dudum per Apoſtolos, [illegible] dæmones verbo tantùm fugabat, & agros ſola oratione cu- [illegible] dicitur reddidiſſe, & paralyticos ad ſtabilitatem [illegible] Quem Conſtantinus in tanta veneratione & adfectu ha- [illegible] intra palatium evocatum complecteretur, & eum oculum, [illegible] fuerat evulſus, exoſcularetur.*

[illegible] Spiridion, Trimethuntis in Cypro epiſcopus, [illegible], ἀλλ' [illegible] τοῦτο τὰ θεῖα χείρων, ait Sozomenus: Lib. 1. c. 11. [illegible], *nec tamen eam ob cauſſam ad divina peragenda* [illegible] in Tripartitâ vertit, *in rebus divinis minor.* Lib. 1. c. 10 *[illegible] pr[illegible]phetarum, quantum etiam nos eorum, qui* Lib. 1. c. 5. *[illegible] comperimus.* Ita comparata fuit, quò ad no- [illegible] a œcumenica ſynodus Nicæna, nempe & præ- [illegible] ratos, & conſuetudinem maritalem e- [illegible], diaconis liberam permiſit.

[illegible] prti vident & animadvertunt novato- [illegible] Baronius & Bellarminus nodum, quem

ſolvere nequeunt, diſſecant, Socratique & Sozomeno fidem abro-
gant. Quantum autem eccleſiaſticæ hiſtoriæ peribit, ſi duo hi ſcri-
ptores exauctorantur! Nemo præteritis ætatibus umquam hiſto-
riam eam in dubium vocavit. Turrianus, niſi fallor, omnium prin-
l. de 6. ſyn. ceps cæteras ſuas abſurdas opiniones, ut exploratiſſimum errorem
de abſtinentiâ clericis jure divino indictâ tueretur, hac non minùs
abſurdâ cumulavit, & fidem hiſtoriæ omnium ſuperiorum ſeculo-
rum conſenſu firmatæ primus labefactare auſus eſt. Collegit igitur
aliquot Socratis errores; & ex eo deſcripſit Bellarminus, hac fini u-
l. 1. de cler. cap. 20. terq; ut auctoritatem hominis elevent, & narrationes de ſynodo
Nicænâ & Paphnutio falſi convincant. In errores, quorum Socra-
tem inſimulant, nunc non inquiro. Hoc ſaltim adfirmo, ſi ſcripto-
res, quorumcumq; hallucinationes aliquæ poſſunt obſervari, illicò
tamquam ſexagenarij de ponte dejiciendi ſunt, & in illis etiam re-
bus, quæ cum deprehenſis erroribus nihil habent commune, fidem
nullam merentur; de hiſtoria universâ cùm civili tum eccleſiaſticâ
actum eſſe. M. Aurelius Caſſiodorus, qui è Socrate, Sozomeno &
lib. 2. c. 14. Evagrio habito delectu Tripartitam confecit, hanc hiſtoriam,
v. Paphn. probam, retinuit & inſeruit; quam itidem Suidas recitat & probat.
lib. 8. c. 19. Nicephorum Calliſtum prætereo, quòd ejus apud acriores cen-
c. Nicæna, diſt. 31. res exigua ſit auctoritas: etiam Gratianum, qui inter canones po-
ſuit: non tamen Gelaſium, quem memorat Photius codice XV &
XXCIIX, humili dictionis genere acta Nicænæ ſynodo λελημμένα
expoſuiſſe. Epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ facit Photius: quam-
quam Cyzicenum fuiſſe veroſimilius eſt. Acta ipſa è Vaticana bi-
bliothecâ prodierunt, & latinè converſa ſunt cùm ab Alfonſo Pi-
no Jeſuita, tum à Roberto Balforeo Scoto.

Nos conſultationem de clericorum conjugio hîc ſubjicimus.
Ἐδόκει τισὶ τῶν ἐπισκόπων, νόμον νεαρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ
συνόδῳ, καὶ ὡς περὶ τῶν ἄλλων τῆς ἐκκλησίας, οὕτω καὶ τοῦτο ὁρίσαι. Ἐχ...
...ν περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοὺς ἱερωμένους, εἴτε ἐπίσκοποι, εἴτε πρεσβύτεροι, εἴτε δι...
κονοι, εἴτε ὑποδιάκονοι, εἴτέ τις τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, συγκαθεύδειν ταῖς
γαμεταῖς ἃς ἔτι λαϊκοὶ ὄντες ἠγάγοντο. τούτων οὕτω διατυπουμένων ἀνα...
ἐν μέσῳ τοῦ ὄχλου τῶν ἐπισκόπων ὁ θεῖος Παφνούτιος μεγάλῃ φωνῇ ἐβόα
λέγων, μὴ βαρύνετε τὸν ζυγὸν τῶν ἱερωμένων. τίμιος γὰρ, φησιν, ὁ γάμος
πᾶσι καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, μὴ τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀκριβείας, τὴν ἐκκλη-
σίαν μᾶλλον προσβλάψητε. οὐ γὰρ, φησὶν, πάντες δύνανται φέρειν τῆς ἀπα-

[illegible] ἱδὲς οὖν, ὡς οἶμαι, φυλαχθήσεται ἐν τῇ σωφροσύνῃ, τῆς ἑκάστου γαμ[illegible] γεγαμημένης σωφροσύνην δὲ καλῶν καὶ τῆς νομίμου γαμετῆς [illegible]σιν λέγων, μὴ μὴν ἀποζεύγνυσθαι ταύτην ἣν ὁ Θεὸς ἔζευξεν [illegible] ἁγιάσης ἢ λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο. Καὶ ταῦτα ἔλεγεν ὁ μέγας Παφνούτιος [illegible] ων γάμου, διὰ τὸ ἐκπαιδόθεν ἐν ἀσκητηρίοις ἀνατετράφθαι αὐτὸν [illegible] ὁ πᾶς τῶν ἐπισκόπων σύλλογος τῇ τοῦ ἀνδρὸς συμβουλίᾳ, ἀπεσιώπησε [illegible] περὶ τοῦ ζητήματος τούτου, τῇ γνώμῃ καταλείψαντες τῶν βουλομένων κατὰ [illegible] συμφωνίαν ἀπέχεσθαι τῆς ἰδίας γαμετῆς. Hæc ita convertit T[illegible]s Beza: *Placebat quibuſdam epiſcopis in ſynodo NOVAM legem* Tract. de polygam.
[illegible] introducere. & ut de alijs eccleſiæ rebus, ita etiam de hac decer[illegible]. [illegible]bant igitur oportere qui ſacerdotio fungerentur ſive presbyteros, [illegible], ſive ſubdiaconos, quicumque denique in ſacerdotali catalogo [illegible] ab uxorum concubitu abſtinere quas adhuc laici duxiſſent, quæ [illegible]rentur, conſurgens in media epiſcoporum turba divinus Pa[illegible] voce clamans, Ne, inquit, aggravate ſacerdotum iugum, [illegible] ſunt in omnibus nuptiæ, & cubile impollutum, ne potius iſta [illegible] veritate detrimentum eccleſiæ afferatis. Nec enim, inquit, [illegible] rationi vitæ ab omnibus iſtiuſmodi affectibus aliena, pares [illegible] quam, opinor, caſtitatem ſervabit, ſi uxores ſuis maritis [illegible] honeſtam etiam caſtitatem eſſe, cujusque cum legitima [illegible] co[illegible]m. Non igitur ſeparate quam Deus conjunxit, & quam [illegible]huc lector aut cantor aut laicus duxit. Hæc tum igitur di[illegible], & quidem nuptiarum expers, ut qui fuiſſet à pueris in aſce[illegible]ujus conſilio quum aſſenſus eſſet univerſus epiſcoporum cœtus, [illegible] tatui, & cui ex mutuo conſenſu libuiſſet, à ſua uxore abſti[illegible] arbitrio reliquit. Iſta ibi.

[illegible] in promtu obſervare, quum hanc hiſtoriam iiſdem [illegible] verbis veteres, etiam exactè σύγχρονοι, quales Socra[illegible]us, quorum alter ex altero deſcribere vix potuit, re[illegible] typo omnes ſumſiſſe, nempe exactis ſynodi, quæ [illegible] Et ſanè ſua inde ſe hauſiſſe Gelaſius in proœmio [illegible]m ab his verbis exorſus: Τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ με[illegible]κὴν τῶν ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐν τῇ Νικαίων, [illegible] εἰπεῖν, τῆς τοῦ Ῥωμαίου κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος, ἔκ τε [illegible] θεσπίσματος τοῦ θεοφιλοῦς καὶ εὐσεβοῦς βασιλέως [illegible] τῆς Ἀποστολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, κατὰ τῶν μοχ[illegible]ματα τοῦ θεομάχου Ἀρείου. πάντα τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ-

πω καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα καὶ διατυπωθέντα, πάλαι ποτὲ καὶ προταλαι ἀναγνοὺς, ἔτι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ διάγων, εὗρον καὶ αὐτὰ ἐν βιβλίῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις ἅπαντα ἀπαραλείπτως ἐχούσαις· γεγονέναι μὲν τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου Δαλματίου, τοῦ Ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς τῶν Κυζικηνῶν λαμπρᾶς μητροπόλεως· περιελθὸν δὲ εἰς τὸν ποτε ἡμετέρου οἴκου δεσπότην, λέγω δὴ τὸν κατὰ σάρκα πατέρα ἐμὸν τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πρεσβυτερίου ἠξιωμένον. Nota etiam hic presbyterum patrem familiâs. Iſta verò in hunc modum latinè vertit Balforeus. *Quæ in ſancta, magna, & univerſali epiſcoporum ſynodo ex omnibus, ut ſic dicam, Romani orbis provinciis, & ex Perſide, DEI gratia & pii ac Deo cari imperatoris noſtri Conſtantini edicto Nicææ congregata, pro Apoſtolica & orthodoxa fide, contra perverſa & impia impii illius Arii dogmata: omnia, inquam, quæ in præclara illa & ſancta ſynodo dicta, facta, & conſtituta fuerant, jampridem, quum adhuc in paterna domo vitam degerem, legi, quum illa inveniſſem in antiquiſſimo libro, in membranis planè integris deſcripta: qui fuit divini & celebris Dalmatii, in illuſtri Cyzicenorum metropoli ſanctæ atque catholicæ eccleſiæ archiepiſcopi: quique tandem ad familiæ noſtræ dominum devenit, patrem dico meum ſecundum carnem, dignum habitum qui in ordinem presbyterorum ejuſdem eccleſiæ cooptaretur.* Ex ipſis igitur antiquis & veris Nicænæ ſynodi actis hiſtoria, de quâ agimus, eſt depromta, ut non niſi protervè in dubium poſſit provocari.

Idipſum agnovit & ab objectiunculis rectè vindicavit Gabriel Vazquez, argumento cùm ſanioris judicii, tum melioris eruditionis, quàm vel in Baronio vel in Bellarmino obſervamus. Idem historiæ Paphnutianæ canonem ſynodi tertium adverſari, quod illi volunt, negat; & τὰς συνεισάκτους uxores ſive conjuges non eſſe edite oſtendit, quod etiam ante ipſum fecerat Michael Medina.

In 3. diſp. 247. c. 4.

l. 2. de cõcin. c. 21.

Hoc autem ut plenè intelligatur, res paullò altiùs repetenda & uberius explicanda erit. In priſcâ eccleſiâ veros continentes & cœlibes ſincerè caſtos, qui dono eam in rem neceſſario divinitus inſtructi licitæ & honeſtæ etiam voluptati, ut Deo operâ magis aſſiduâ & minùs interruptâ inſervirent, renunciare voluiſſent, magno in honore fuiſſe, ſive è clero ſive è populo eſſent, certum eſt, & [illegible] dix[illegible]mus. Eam gloriam, ut ſunt humana ingenia ad æmulationem [illegible], adfectabant quoque multi, quibus animi robur [illegible]

co[illegible] decret, & ſine fœminarum conſortio vivere [illegible] Atqui itaq; quum [illegible] bi[illegible]ni mode [illegible] non poſſent, ſemet-i[illegible] ſingulas alij etiam plures fæmellas adſciſcebât, n[illegible] uxores eſſent vel carnali copulâ miſcerentur, ſed ut i[illegible]ariæ [illegible]olatium ſociarum, contubernalium & ſororum, ſic-ut [illegible] volebant, ſpiritualium vicem præſtarent.

E[illegible] auctorem habuerunt Originem, & ſectatores Valeſios hæ-reticos, de quibus actum eſt ſuprà. Meritò autem mireris hunc ma-l[illegible] & in propria membra ſævum impetum inter ipſos catholi-c[illegible]rum fuiſſe. Docet id locus è libro de ſingularitate clerico-r[illegible]ant productus. Leo[illegible]ium, qui in tempora Nicænæ ſyno-[illegible] & poſt, à ab Arianis epiſcopus Antiochenus factus fuit, [illegible]thanaſius aliquot[illegible]s memorat. Apologiâ de ſuâ fu-[illegible] *In fine.* [illegible] διαβαλλόμενος μετὰ γυναικός τινος νεωτέρας λεγομένης [illegible]μενος συνοικεῖν αὐτῇ, δι᾽ αὐτὴν ἑαυτὸν ἀπέκοψεν, ἵν᾽ ἐξῇ ἀ-[illegible] μετ᾽ αὐτῆς, καὶ τὴν μὲν ὑποψίαν οὐκ ἀπενίψατο, διὰ [illegible] πρεσβύτερος ὢν, καθῃρέθη. *Leontius inſimulatus com-[illegible]enculæ, cui nomen Euſtolio, ejusq; contubernio abſti-[illegible] ſemetipſum exſecuit, ut liberè cum ea verſari liceret: [illegible] non eluit, propter idipſum autem eò magis, quum [illegible]eſt.* Epiſtolâ ad ſolitariam vitam agentes: Λεόν-[illegible] *Ante me-dium.* ὡς λαϊκὸν κοινωνεῖν εἶχεν, διότι ἑαυτὸν ἀπέκοψεν [illegible] οι[illegible] καθεύδειν μετὰ Εὐστολίου τινός, γυναικὸς μὲν δι᾽ αὐτόν, [illegible] *Leontius ille caſtratus, quem ne quidem ut laicum* [illegible] (ut laicus communicabat, cui ad menſam ſa-[illegible]endi, & panem atq; vinum vel offerendi vel be-[illegible], ut appellant, conſecratione aliquid agendi & [illegible]on erat; quod obiter noto) *quãdoquidem ſemetipſum* [illegible]u *licentiam cum Euſtolio dormiendi haberet, quam ipſe* [illegible] *virginem tamen appellabat.* In cjuſmodi ſuamet ipſo-[illegible] opera caſtratos eunuchos Baſilius magnus extre-[illegible] virginitate acriter & prolixe invehitur. Tandem, [illegible] *pudicitiæ int*[illegible]*tu laudare convenit, tales abſciſſos. Nam* [illegible] *petum* [illegible] *faciant, laudamus, laudaturi utiq; ſi* [illegible] *petu manſuetudinis laudem tri-*[illegible]*, quod non poteſt ſed ob id quod poteſt ſi* [illegible] *no*[illegible]*utatur, admirationi eſt. Quodſi ex hu-*

maut

mant abſciſſionem partium ad animi innocentiam aliquid conferre, eruant quoq; oculos multa perperam intuentes, amputent manus ſimul & pedes, obturent aures, ne quid horum peccati inſtrumentum fiat.

Cœlibum verò, qui fœminas in contubernium adlegerent, complura occurrunt hinc inde exempla, & acres reprehenſiones, & ſeveri tantum ſcandalum prohibentes & vindicantes canones. Temporibus Cypriani nonnullæ etiam virgines, quæ Deo pudicitiam ſuam dicaverant, contubernalibus viris carere nolebant. Res
Epiſt. 62. eſt manifeſta ex epiſtolâ ad Pomponium, è quâ nonnullâ hîc apponemus. *Legimus litteras tuas, frater cariſſime, quas per Paconium fratrem noſtrum miſiſti; poſtulans & deſiderans, ut tibi reſcriberemus, quid nobis de iis virginibus videatur, quæ quum ſemel ſtatum ſuum continenter & firmiter tenere decreverint, detectæ ſint poſteà in eodem lecto pariter manſiſſe cum maſculis (ex quibus unum diaconum eſſe dicis) & planè easdem, quæ ſe cum viris dormiſſe confeſſæ ſint, adſeverare ſe integras eſſe. — Intercedendum eſt citò talibus, ut ſeparentur, dum adhuc ſeparari innocentes poſſunt, quia dividi poſtmodum noſtrâ interceſſione non poterunt, poſteaquam conſcientiâ graviſſima cohæſerint. Deniq; quàm graves multorum ruinas hinc fieri videmus, & per hujusmodi illicitas & periculoſas conjunctiones corrumpi plurimas virgines cum ſummo animi noſtri dolore conſpicimus. Quod ſi ex fide* (fideliter, ſive fideli propoſito, promiſſione, incepto) *ſe Chriſto dedicaverunt, pudicè & caſtè ſine ulla fabulâ* (nihil cauſſæ, quare fabula vulgi fiant, præbentes) *perſeverent, ita fortes & ſtabiles præmium virginitatis exſpectent. Si autem perſeverare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt nubant, quàm in ignem delictis ſuis cadant. Certè nullum fratribus aut ſororibus ſcandalum faciant, quum ſcriptum ſit, Si cibus ſcandalizat fratrem,*
1. Cor. 8. 13. *non manducabo carnem in ſeculum, ne fratrem ſcandalizem. Nec aliqua putet ſe poſſe hac excuſatione defendi, quòd inſpici & probari poſſit, an virgo ſit, quum & manus obſtetricum & oculi ſæpè fallantur. — Certe ipſe concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio & oſculatio, & conjacentium duorum turpis & fœda dormitio quantum dedecoris & criminis confitetur? — Et idcirco conſultè & cum vigore feciſti, frater cariſſime, abſtinendo diaconum, qui cum virgine ſæpè manſit, ſed & cæteros qui cum virginibus dormire conſueverunt. Quod ſi pœnitentiam hujus illiciti concubitus ſui egerint, & a ſe invicem rec[illegible]rint, inſpiciantur interim virgines ab obſtetricibus diligenter, & ſi virgines inventæ fuerint, acceptâ communicatione ad eccleſiam admittantur, hac tamen interminatione, ut ſi ad eosdem maſculos*

[illegible]

poſtmodum reverſæ fuerint, aut ſi cum eiſdem in unâ domo & ſub eodem te-[illegible]ſimul habitaverint graviore cenſurâ ejiciantur, nec in eccleſiam poſtmodum facile recipiantur. Si autem de eis aliqua corrupta fuerit deprehenſa, agat pœnitentiam plenam, quia quæ hoc crimen admiſit, non mariti ſed Chriſti adultera eſt, & ideo æſtimato juſto tempore, poſteà exomologeſi facta ad eccleſiam redeat. Quod ſi obſtinatè perſeverant, nec ſe ab invicem ſeparant, ſciant ſe cum hac ſua impudica obſtinatione numquam à nobis admitti in eccleſiam poſſe, ne exemplum cæteris ad ruinam delictis ſuis facere incipiãt.

Hæc de virginibus earumque contubernalibus Cyprianus. Ubi obiter obſervamus, virgines, quæ ſe Chriſto dedicaverint, ſi continentiam, quam promiſerant & exorſi fuerant, per imbecillitatem carnis continuare nequeant, ex ſententiâ ſancti martyris re-[illegible] inubant, quàm ſi in perpetuo æſtu degant, vel, ut ipſe [illegible] *ignem delictis ſuis cadant.* Idem ſtatuit maximus virgini-[illegible] & cœlibatus adſertor Hieronymus: *Sanctum*, inquit, *vir-[illegible]um & cœleſtis angelorumque familiæ gloriam quarumdam non* Epiſt. 8. in fine. *b[illegible] nomen infamat. Quibus apertè dicendum eſt, ut aut nubant, [illegible] poſſunt continere; aut contineant, ſi nolunt nubere.* Idem [illegible]anius, & ipſe etiam in prædicando cœlibatu multus: Hær. 61.

[illegible] ωθῆναι τοῖς ἀνθρώποις κρυφῇ πορνεύοντες ποιοῦσι πορνείας, [illegible] ἐγκρατείας, οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἔχουσι τὴν ὁμολογίαν, ἀλλὰ [illegible] τὰ κρύφια, καὶ ἐξελέγχοντα πᾶσαν σάρκα ἐν τῇ αὐτοῦ [illegible] ἥμαρτε. κρεῖττον τοίνυν ἔχειν ἁμαρτίαν μίαν, καὶ [illegible] πεσόντα ἀπὸ δρόμου φανερῶς ἑαυτῷ λαβεῖν γυναῖκα [illegible], ἀπὸ παρθενίας πολλῷ χρόνῳ μετανοήσαντα, εἰσαχθῆναι πά-[illegible] ἐκκλησίαν, ὡς κακῶς ἐργασάμενον, ὡς παραπεσόντα καὶ κλασθέν-[illegible] ἐπιδέματος, καὶ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βέλεσι κρυ-[illegible] καὶ πορνείας ὑπὸ διαβόλου αὐτῷ ἐπιφερομένης. οὕ-[illegible] ταῦτα τὰ φάρμακα τῆς ἰάσεως. *Qui, ne con-[illegible] mines, occulte fornicantes ſub ſpecie ſolitudinis aut conti-[illegible], non habent confeſſionem faciendam apud homines, ſed [illegible], qui novit occulta, & in ſuo adventu convincet omnem carnem, [illegible]. Melius igitur eſt unum peccatum habere, & non [illegible] dentem & curſu excidentem palàm ſibi uxorem acci-[illegible], & pœnitentia propter virginitatem non ſervatam multo [illegible]am introduci, ut male operatum, ut collapſum [illegible] indigentem; & non quotidie occultis jaculis ſau-*

ciari per improbitatem, quam ipſi ſuggerit diabolus. Ad hunc modum eccleſia novit prædicare: hæc medicamenta ſunt ſanationis. Iſta per occaſionem obiter voluimus adjicere, & interim, dum plenè eam rem poſſimus excutere, à ſtudioſis obſervari.

Ad propoſitum redeamus & ad fœminas, quas cœlibes ſibi ſocias adſciſcere ſoliti. Earum mentionem fieri invenio in epiſtolâ ſynodi Antiochenæ contra Paulum Samoſatenum ſcriptâ, quæ apud Euſebium legitur. Memorant ejuſmodi adſcititias & ipſum, ex quo Antiochenus epiſcopus fuerit, habuiſſe, & presbyteris atque diaconis ſuis, ut obnoxios eos haberet, permiſiſſe. Τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας, ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οἷς καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει. *Quid ſcribemus de adſcititiis vel ſubintroductis ejus mulierculis, quas* συνεισάκτους *Antiocheni appellant,* (& ſic etiam ab alijs paſſim appellatæ fuerunt) *& eorum quoque, qui cum ipſo ſunt, presbyterorum & diaconorum, quorum & hoc & alia inſanabilia delicta ſciens occultat, ut eos obnoxios habeat, nec auſint, dum ſibimetipſis metuunt, quæ ille ſermone & opere delinquit, accuſare.* Deinde quanto cum periculo & ſcandalo conjunctum ſit συνεισάκτους habere, oſtendunt. Ἐπιστάμεθα δὲ ἀγαπητοὶ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων καλῶν ἔργων. καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοοῦμεν, ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον. *Novimus, dilecti, epiſcopum, & univerſum ſacerdotium populo bonorum operum exemplum eſſe debere. Nec id ignoramus, quàm multi per hanc mulierculas introducendi rationem lapſi fuerint. Alij verò in ſuſpicionem venerunt. Nam licet ei concedat aliquis, quòd nihil libidinoſi perpetret; ſuſpicionem tamen, quæ ex hujusmodi negocio ſolet enaſci, declinare oportebat, ne quem offenderet, vel aliques ad imitandum invitaret. Quomodo enim alium reprehendet, aut ne eò deſcendat, ſibiq; caveat, ne per mulierem pereat, admonebit, qui unam quidem repudiavit, duas autem ætate florentes & facie perliberales ſecum habet, & quocunq; iverit, circumducit?* Paulus igitur hic hæreſiarcha, præter aliorum morem, poſtquam faſtidire cœperat, mutavit, nec unâ contentus eſſe voluit. Hujuſmodi verò συνεισάκτους, uxores non fuiſſe, nemo ita cæcus eſt, opinor, ut non videat.

Hiſt. lib. 7. cap. 24.

Eaſdem ἀγαπητὰς dictas fuiſſe apud Epiphanium legimus. Obſcæni illi, inquit, qui ſe Origenianos dicunt, κατηγοροῦσι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰς ἀγαπητὰς λεγομένας, συνεισάκτους γυναῖκας κεκτημένων, ὡς καὶ αὐτῶν τοῦτο ἐπιτελούντων κρυφῇ διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων αἰδῶ, ἵνα μὲν τῇ πε-

Hær. 63.

[illegible] θαλ[illegible]ονται, τῷ δὲ προσχήματι τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα τὸ ὄνομα σεμ-[illegible]ται. *Accuſant eos qui in eccleſia, quas Dilectas appellant, ſubintrodu-ctas, inquam, mulierculas habent, tamquam & ipſi id in occulto, homines* [illegible]*, perpetrent, ut improbitati quidem conſepeliantur, ſpecie verò tenus* [illegible]*um gratia bono nomine honorentur.* Addit ſenem quemdam in Palæſtinâ epiſcopum ἰσχηκό[illegible] τοιαύτας γυναῖκας ἐξυπηρετουμένας αὐτῷ, [illegible] δὲ συνεισάκτους, *habuiſſe ejuſmodi mulieres, ipſi inſervientes. ſubintro-ductas inquam.*

Ex Gregorio Nazianzeno & Johanne Chyſoſtomo conſtat à [illegible] cœlibibus fœminas, & à fœminis ſive virginibus viros in con-[illegible] adſumtos fuiſſe. Illius quoſdam verſiculos recitat Gu-[illegible] Budæus, qui tamen in operibus quærenti nunc non occur-[illegible]. Budæi itaq; fide hîc apponam:

> Τ[illegible] δ[illegible]υ εισάκτους, ὡς δὴ φάσκουσιν ἅπαντες,
> [illegible]ὐκ οἶδ' εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴτ' ἀγάμοις
> [illegible]στιμεν, εἴτε μέσον τι φυλάξομεν. οὐ γὰρ ἔγωγε,
> Κἂν με λέγητε κακῶς, πρᾶγμα ἐπαινέσομαι.

[illegible] *[illegible]ctas, quemadmodum omnes appellant, neſcio an nuptis, vel* [illegible] *[illegible]umerare, an verò tertium quemdam locum iis reſervare de-*[illegible]*. Equidem, etiamſi mihi malè dixeritis, rem non laudabo.* [illegible]:

> Παρθένε, παρθένος ἴσθι καὶ ὄμμασι καὶ κρυφίοισι,
> Μ[illegible] δὲ συνεισαγάγῃς ἄρσενα κηδεμόνα.

[illegible] *[illegible]go [illegible]s virgo & quò ad expoſita oculis, & quò ad occulta: nec virum* [illegible] *[illegible]as.* Prætextus enim abſurdæ rei tutela & curatela. [illegible] Nazianzenus præceptis ad virgines:

> Ἄ[illegible]ρσενα πάντ' ἀ[illegible]έειπε, συν:εισάκτον δὲ μάλιστα,
> [illegible] [illegible]ας πικρὸν ὕδωρ, καὶ πείθεο παρθένος ἁγνή
> [illegible] χρυσοῖο πέλη καθαρώτερος, ἢ ἀδάμαντος
> [illegible]τ[illegible]ρος. Paul'ò pòſt:
> [illegible] δομος καὶ εἷμα, τραπ:ζά τε, ἄδρανη τε
> Γ[illegible] [illegible]γα[illegible]οιο τόδ' ἤγαγεν αἶσχος ἀρωγόν.

[illegible] vertis:

> *[illegible]os omnes, tum nullos ocyùs illis*
> *[illegible]ductitios de nomine dicunt.*

Crede mihi virgo, Merrha falſiſſimus amnis,
Firmior ille licet ſit ſaxo, purior auro.
At domus & menſa & veſtis triſtisq́ ſenectus
Corpusq́ invalidum labi prætexitur iſti.

Chryſoſtomi duæ leguntur orationes, una περὶ τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους, *Ad eos qui domi tenent puellas introductitias*; altera, *Ad eas, quæ domi habent viros introductitios.* Sunt XVII. & XIIX. in ſexto tomo editionis præclariſſimæ Savilianæ, quam nunc, ob tumultus bellicos

an. 1558. aliò transportatâ bibliothecâ Juliâ, in promtu non habemus. In editione latinâ Baſileenſi, quam privatim poſſidemus, tomo quincto ultimoque ultimum locum occupant, ordine tamen inverſo, quum quæ in Savilianâ, præcedit, hîc ſequatur. Ex eâ ipsâ, ut quales συνείσακτοι fuerint, plenè intelligatur, quædam ſubjiciemus. *Majoribus noſtris duæ tantùm cognitæ fuerunt cauſſæ, propter quas mulieribus viri cohabitent. Et VNA quidem vetus eſt ac juſta, rationiq́ conſentanea, nempe matrimonium, quod Deo legiſlatore inſtitutum. Propter hoc enim, inquit, relinquet vir patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, eruntq́ duo in carnem unam. ALTERA verò poſterior & ex confeſſo injuſta, & legi adverſa, nempe ſtuprum, quod à malignis introductum eſt dæmonibus. Atqui noſtra hac ætate TERTIUS quidam novus & inſolitus mos prodiit, cujus cauſſam haud facilè inveſtigaveris. Sunt enim nonnulli, qui puellas nuptiarum inexpertas domum ducunt, & usq́ in extremam ſenectutem incluſas tenent ac fovent, non procreandorum puerorum gratia; negant enim ſe cum illis rem habere: neque libidinis cauſſa; ajunt enim quòd illas integras & incorruptas ſervent. Et ſi quis ab eis cauſſam rogaverit, dicunt ſibi multas e[illegible] ſed fingunt. Ego enim nullam eos habere crediderim, quæ vel honeſta, vel idonea ſit. Verùm de his nunc non dicemus. Afferemus autem in medium, quam nos potiſſimùm cauſſam ſuſpicemur.* —— *Videtur mihi mulieris convictus, etiam absque nuptiis atque congreſſu, voluptatis habere nonnihil.* Poſt aliqua: *Sed dic mihi, cujus gratia virgini cohabitas?* —— *Defenſore caret, aut, virgo, neq́ virum habet, neq́ patrem; ſæpè item nec fratrem: & indiget aliquo, qui ei manum præbeat, & ſolitariæ mœrorem conſoletur, & ubi ſe pro ea opponat adverſariis.* —— *Qui juſſi eſtis portare crucem & ſequi Chriſtum, abjeciſtis crucem: quaſi effeminati milites ſcuto ſublato ad fuſum & calathum conſidetis, propter alium turpiorem congreſſum aperta in præſentem vitam janua. Non enim tam turpe eſt eos, qui in matrimonio ſunt, hæc administrare; quam vos, qui ſimulatis vos reſiliiſſe à præſentium rerum* [illegible]

ob ac

[illegible] *iterum eaſdem ſubire. — Et quanto ſatius erat nuptui* [illegible] *habitatore, cui incumberet harum rerum adminiſtratio?* [illegible] alterâ oratione pauca adſcribere. *Si habere cohabita-* [illegible] *, non oportebat virginitatem eligere, ſed ad nuptias trans-* [illegible] *erat. Multò enim melius fuiſſet nupſiſſe, quàm iſto modo virgi-* [illegible] *feri. Nam illas nuptias neque Deus condemnat, neq; homines re-* [illegible] *ſta enim res eſt, neminem offendens, neminem lædens. Vir-* [illegible] *a cum viris, plus ab omnibus arguitur, quàm ſtuprum ipſum.* [illegible] *t & nuptias, & id genus converſationis appetentes ſunt,* [illegible] *& adimebat libertatem, ne hoc facerent? nec offenſus Deus,* [illegible] *bus redargutæ fuiſſent.* Hæc è Chryſoſtomo: per quæ, [illegible] fuerint, nempe cœlibibus in contubernio & citra [illegible] cohabitantes, nemini ampliùs poteſt eſſe obſcu- [illegible]

[illegible] es peculiarem aliquando hæreſin produxit, quam [illegible] n agro Hipponenſi inter ruſticos fuiſſe memorat [illegible] *belonios* ſcribit *vocari, Punica declinatione nominis. Non* de Quodvult. [illegible] *, uxoribus; & eis tamen ſine uxoribus vivere ſecta ipſius do-* hær. 87. [illegible] *Mares ergo & fœminæ ſub continentiæ profeſſione ſimul* [illegible] *& puellam ſibi adoptabant, in ejusdem conjunctionis pa-* [illegible] *futuros. Morte præventis quibusque ſingulis alij ſubroga-* [illegible] *n duo duobus diſparis ſexus in illius domus ſocietate ſucce-* [illegible] *t quippe parente defuncto, uni remanenti usque ad ejus obi-* [illegible] *t; poſt cujus mortem etiam ipſi puerum & puellam ſimili-* [illegible] *Nec unquam eis defuit, unde adoptarent, generantibus cir-* [illegible] *nus, & filios ſuos inopes ad ſpem hæreditatis alienæ dantibus.* [illegible]

[illegible] s quantam illa, abſurda & ſcandala melioribus quoq; [illegible] quibus feces noſtrorum temporum comparari ne- [illegible] eccleſiam invexerit præpoſterum nonnullorum cœliba- [illegible], & conatus continendi ſive ambitione, ſive æmulatio- [illegible] to zelo, ſive quacumque aliâ de cauſsâ ultrà, quàm vi- [illegible] rent, progreſſus. Sine numero & modo paſſim [illegible] am hominum partem vivere nec opus eſt, nec [illegible] ſt. Dona & robur in eam rem neceſſarium, ut [illegible] ita quoq; vulgò non confertur: *Non omnes ſunt ca-* Matt. 19. 11. [illegible] *unusque proprium donum habet ex Deo, alius quidem* 1.Cor.7,7.

quidem ita, alius autem ita. Ergo qui non habitâ captus & doni ſui ratione onus neq; neceſſarium neque viribus accommodum ſubiêre, plerumq; ſuccubuerunt aut impegerunt. Alij enim, quemadmodum diximus, ſemetipſos exſecuerunt; alij in abſurdo, probroſo & ſcandali pleno contubernio vixerunt.

Utriq, malo medicinam facere conata eſt ſynodus Nicæna. & quidem, qui violentas manus ſibimetipſis inferrent, compeſcere canone primo. Εἴ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ. εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμεν, τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον, πεπαῦσθαι προσήκει. ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ τῶν ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν, εἴρηται. οὕτως εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν εὐνουχίσθησαν, εὑρίσκοιντο δὲ ἄλλως ἄξιοι, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών. Dionyſij vetus verſio ita habet: *Si quis à medicis propter languorem deſectus eſt, aut à barbaris exciſus, hic in clero permaneat. Si quis autem ſeipſum ſanus abſcidit, hunc & in clero conſtitutum abſtinere convenit, & deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc claret, quòd de his, qui hanc rem affectant, audentq́ue ſemetipſos abſcindere, dictum ſit; ſic eos, quos aut barbari aut domini caſtraverunt, ſi inveniuntur aliàs digni, tales ad clerum ſuſcipit regula.* E Nicænâ petijt & repetijt Arelatenſis ſecunda, quæ modico poſt Nicænam intervallo habita, canone ſeptimo: *Si qui ſe, carnali vitio repugnare neſcientes, abſcindunt, ad clerum pervenire non poſſunt.* In eandem

Can. 21. ſententiam canones, qui Apoſtolici vocantur: Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικός· αὐτοφονευτὴς γὰρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός. *Qui ſemetipſum mutilaverit, non fiat clericus: eſt enim ſui homicida, & divini opificij hoſtis.* Et mox: Εἴ τις κληρικὸς ὢν ἑαυτὸν ἀ-

Can. 22. κρωτηριάσοι, καθαιρείσθω. φονευτὴς γὰρ ἐστιν ἑαυτοῦ. *Si quis, qui ſit clericus, ſemetipſum mutilaverit, deponitor: eſt enim ſui homicida.*

Porrò turpe & inverecundum illud, de quo egimus, contubernium prohibuerunt Patres Nicæni canone tertio: Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ, ἐξεῖναι ΣΥΝΕΙ'ΣΑΚΤΟΝ ἔχειν, πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν. Dionyſius Exiguus vertit: *Interdixit per omnia magna ſynodus, non epiſcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero eſt, licere SVBINTRODVCTAM habere mulierem, niſi forte aut matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantum perſonas, quæ ſuſpicionem*

[illegible] Ruffinus ſententiam brevibus complexus eſt. *Ne quis epi-* [illegible] *orumq; clericorum cum extraneis mulieribus habitet., præ-* [illegible] *atre, vel ſorore, vel θεία, vel ſi quæ ſunt hujuſmodi neceſſi-* [illegible] *e.* Vox θεία quum ſit æquivoca, à Ruffino relicta [illegible] vo[illegible]o, ipſa etiam vetus, varias ſignificationes conjunxit: [illegible] *alli cleri[illegible]orum omninò licere habere ſecum mulierem EXTRA-* [illegible]*AM, niſi forte mater, aut ſoror, aut avia, aut amita vel materte-* [illegible] *ſit.*

Nempe ſi clericus extra conjugium vivens ſui ſolatij vel mini-[illegible]g at à mulierem ſecum habere cupiat, non permittunt ei Pa-tres niſi co[illegible]n ctam tali neceſſitudine, per quam omne ſcandalum [illegible]ſpicio evitetur. Sin vivat in conjugio, conjugem ſuam habet, [illegible] a quæſtio, quippe extra ſcandali & ſuſpicionis aleam po-[illegible] S[illegible] agitur de muliere, quæ non ſit conjunx, & tamen ad mo-[illegible]s perpetua vitæ ſocia & adminiſtra; qualis dicebatur [illegible] ἐπείσακτος, Latinis interpretibus *ſubintroducta*, ex-[illegible]em velit habere clericus cœlebs, non habeat aliam, [illegible]er artiſſimam cognationem nulli ſuſpicioni ſit obno-[illegible]r ſubintroductæ in domus clericorum ſive extra-[illegible]ifferentiâ: aliæ conſanguinitate proximæ, & pro-[illegible]nibus liberæ; aliæ verò nullâ cognatione junctæ, & [illegible]ex, quæ etiam poſteà appellationem συνεισάκτου o-[illegible]robroſam fecere, & ad ſe ſolas traxere. Uxor aliàs, ut [illegible] eſt marito extranea: ſed quod attinet ſocietatem in vitâ, [illegible]udinem & adſiduam cohabitationem, extranea [illegible] cognata ſoror, imò ipſa mater vel avia. *Derelinquet* Gen.1.24. *[illegible]trem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ.* Quum igitur Mat.19.5. [illegible]ctæ & extraneæ prohibeantur, hactenus tamen hæ ſolæ [illegible], quæ ſuſpicionibus cauſſam non ſint præbituræ. Sum-[illegible]it, ut clericus aut uxorem habeat, aut ſi cœlebs vivere [illegible] ſine ſcandalo, ſine fabulâ, & commercio ac familiarita-[illegible]m penitus careat, niſi fortè earum, quas proxima con-[illegible]icionum probro plenè eximat. Hoc ſibi velle Pa-[illegible] συνεισάκτου uxorem non ſignificari, atque adeo cum [illegible]tio canonem hunc tertium non pugnare, ſed [illegible]e, nemo dubitare poteſt homo ſanus qui cano-[illegible]eri, & quæ priſcorum doctorum paullò ante

pro-

produximus, legerit. Nempe juxta verba canonis, *nulli omnino eorum, qui in clero ſunt, συνείσακτον licet habere.* At juxta novatores ipſos aliquibus clericis, minorum videlicet ordinum, licet uxores habere. Συνείσακτος igitur uxorem ſignificare nequit. Verba verò veterum, quæ ex epiſtolâ ſynodi Antiochenæ, Epiphanio, Nazianzeno, Chryſoſtomo protulimus, adeo ſunt plana & diſerta, ut nullo interprete egeant; non magis quam ſol in meridie, quum ſudum eſt, ut videatur, lucernâ.

l.1.de cler. cap.20. Nihilominus Bellarminus, *Quomodo cohæret*, inquit, *iſta narratio de Paphnutio cum canone tertio concilij Niceni, ubi prohibetur epiſcopis, presbyteris, diaconis, ne ullam domi mulierem habeant præter matrem, ſororem, amitam?* Optimè cohæret. Canon enim prohibet συνεισάκτους domi habere, qualis uxor non eſt; & declarat, quasnám vitæ & quotidiani convictus ſocias extra conjugium ſive matrimoniali nexu non copulatas liceat habere domi, ſororem videlicet, matrem, amitas & ſimiles extra ſuſpicionem poſitas. Bellarmino non cedit Baronius: *ann. 325. n.149.* hiſtoriam de Paphnutio *ut adulterinam*, ait, *excuſſimus, utpote quæ cumprimis Nicæno recenſito canoni adverſari videatur. Nam quum expreſsè habeantur in eo fœminæ, quibus cum permittuntur clerici habitare, nec de uxore ulla prorſus mentio facta ſit, planè ipſa eſſe exploſa conſpicitur.* Colligit itaque Baronius uxorem quia inter συνεισάκτους, cum quibus habitare licet, non numeretur, per canonem Nicænum è domo clerici explodi oportere. Quaſi verò uxor συνείσακτος ſit, aut ulli veterum in mentem veniſſet uxorem appellare συνείσακτον, & non potiùs unam ab alterâ, tamquam planè diverſas imò oppoſitas, clarè & liquidò diſtinguerent? Quid de his Cardinalibus, novatorum anteſignanis, ſedis Pontificiæ fulcris dicemus, vel non dicemus? Si qui Romæ antiquitatis eccleſiaſticæ promicondi videri volunt, quæ è veterum ſcriptis attulimus & porrò etiam adferemus, non legerunt, imperiti ſunt; ſi non intelligunt, ſtupidi; ſi legunt & intelligunt, & tamen diſſimulant, improbi. Magis tamen apud prudentes rerum æſtimatores periclitabuntur de integritate, quàm de eruditione. Sed ubi prolata veritas ſupplicium, ibi diſſimulata purpuram meretur.

Quoniam de συνεισάκτοις agere cepimus, porrò nonnulla, ut omnia planè intelligantur, adjiciemus. Malum hoc ut vetuſtum, ita tempore Nicænæ ſynodi frequens & pervulgatum fuiſſe videtur: quæ

quæ res Patres, ut canonem ſancirent, impulit. In conciliis quinetiam particularibus, quæ utpote œcumenico Nicæno aliquantulum priora antè commemoravimus, Ancyrano videlicet & Illiberitano [illegible]xploduntur. Ancyrani decimus nonus canon hic eſt: Ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι, ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν. Vetus verſio reddidit; *Quotquot virginitatem promittentes irritam faciunt ſponſionem*, contracto ſcilicet matrimonio, *inter bigamos cenſeantur*. Bigami qui verè veteribus fuerint, ſuprà oſtendimus: & pag.32. & ſeqq. obſervari poteſt, non reſcindi matrimonium talium, deficientium puta ab incepto continentiæ, ut hodie apud Pontificios fit, ſed ob levitatem & non ſervatam promiſſionem canonicam pœnam imponi. S[illegible]ur de συνεισάκτοις: *Virgines autem, quæ conveniunt cum aliquibus* [illegible]*am ſorores, habitare prohibemus.* Illiberitani canon vigeſimus ſep[illegible]stalis eſt: *Epiſcopus vel quilibet clericus alius aut ſororem, aut filiam* [illegible] *dicatam Deo tantùm ſecum habeat: extraneam verò nequaquam ſecum* [illegible]*at.*

[illegible]ber de ſingularitate clericorum, quem Cypriani operibus ad[illegible]gi ſuprà diximus, circa tempora Nicænæ ſynodi ſcriptus & to- pag.164. [illegible]nco occupatus eſt, ut à conſortio συνεισάκτων clericos deterreat [illegible]hat. Auctor ait ſe divinitùs admonitum & propter iſtius[illegible]od fæminarum cum clericis commorationem ſeverè correptum ad [illegible]ribendum acceſſiſſe. Videtur itaq; epiſcopus, cui aliorum cura [illegible]ſpect o incubuerit, fuiſſe. Videtur etiam ante Nicænam ſyno[illegible] ſc[illegible]e: cujus conjecturæ argumentum inde capio, quòd [illegible]am re[illegible] auctoritate ſynodi, quæ aliàs poſt eam ſcribenti præ[illegible]et & plurimum ponderis habuiſſet, non utatur. Eum verò [illegible]e conjug[illegible]bus ſed citra conjugium introductis ſive adſcitis [illegible]s ag[illegible]re, harumque conſortium prohibere ipſiſſima, quæ [illegible]be[illegible]us, auctoris verba planum facient. *Quòd ſi mulier de viro* num.6. [illegible]*e hodie ipſum, cui jungitur, tentat, quantò magis illa quæ copu*[illegible]*a lege conju*[illegible]*cta? Et ſi illi, qui duo ſunt in carne unâ concreti, ten*[illegible] *mutuu invicem pungunt, quid facient hi, qui in unâ carne nec* [illegible]*ec* [illegible] *ſunt? — Quid eſt nunc, quod in hac conjunctione delectet,* [illegible] *pugna? aut quæ utilitas favet, ubi non ſunt officia conjuga*[illegible] *nec* [illegible]*ſa poſſunt eſſe ſecura?* Ipſum quoque conjugium, in[illegible] ci[illegible]n difficultates & moleſtias habet: quas itaque

Aa non

non habeat converſatio cum fœminâ citra conjugium? *Cauſale eſt,*
id eſt, cauſſam & occaſionem moleſtiæ præbet *omne quod fœmina*
eſt, & copulatio ejus ſemper infeſta eſt. Fœdere ſuo magnas moleſtias præ-
num.7. *ſtat; & cui adhæſerit contra fas, inſanabilem ingerit plagam.* Porrò: *Vo-*
lo ſcire, quæ ſit affectio iſta communis, quæ morbi diſſenſio ſemper ambigua,
quæ propoſitum ſuum nutantibus conſiliis impugnando conturbat. Ut quid
ſibi adhibuit mulierem, qui ducere contempſit uxorem. Omnis qui non man-
ducaverit carnem, ut quid habitationem ſuam carnis apparatibus replet?
Et qui non biberit vinum, quid bibendi oblectatione perfruitur? Quaſi non
aliquotiens videndo nec guſtando copiâ eſculentorum animus paſcitur, &
vini odoriferi ſolâ fragrantiâ ſuſcitatur ſæpiùs animus. Quid per hypocri-
ſin vult ab omnibus abſtinens dici, & in ſecreto carnibus & ebrietate diſten-
di? Habent multi divitias quas ſuis uſibus negant, ſed pro cupiditate conſer-
vant, quibus ſi nulla cupiditas inhæſiſſet, nec cupiditatis inſignia poſſiderent.
At verò quia cupiditate poſſeſſi ſunt, perfruuntur animo quod uſu non tan-
gunt. Ita is qui deſpexit vinculum nuptiarum, & aliter vinculis fœmineis
obligatur, quamvis nullo concubitu miſceatur, deſiderio tamen, viſu, collo-
quio, conjunctione ſemper oblectatur. Nam ſi deſiderium fœminæ non habe-
ret, numquam fœminam ſuis oblectamentis aſſumeret. Immo verò inſuper
mihi ſuſpectum placitum dedit qui non legitimam duxit, & legitimam recu-
ſavit; niſi fallor, in publico argumentatus eſt hominibus promittere ſanctita-
tem, & in occulto ſine uxore non eſſe. Duo argumenta ſanctitatis & libidinis
hinc & inde miranda ſunt, quæ utraque invicem tegant, & utraque invicem
produnt. Ingenioſus eunuchus & mœchus invidet ſibi dum conſulit, & dum
quærit utrumque, neutrum facit, ut ſanctus minimè deputetur, qui non verâ
1.Cor.7,27 *conjunctione perfruatur, quum Paulus Apoſtolus dicat: Alligatus es uxori? ne*
quæſieris ſolutionem: ſolutus es ab uxore? ne quæſieris uxorem. Sed conſentio
non eſſe caſtitatis hujus pudicitiam violatam, ſuſpicioſis tamen malam porri-
git famam, & pudicitiæ bonum fruſtra intrinſecus laborioſo agone cuſtodit,
qui illud forinſecus efficit infamari, deſtruens magiſterium Pauli providentis
1.Cor.10, *pariter & monentis: Ut quid, inquit, libertas mea judicatur ab infideli con-*
29. *ſcientiâ? Si ergo gratiæ participo, ut quid blaſphemor pro eo quod gratias ago?*
Pejus eſt quàm mœchia, continentiam ducere criminoſam, & infamem face-
re ſanctimoniam. Blaſphemiam ingerit religioni quam colit, qui quod confi-
tetur, non ante omnes impleverit, ne Chriſtianitas credatur eſſe fallacia, &
mœchatio videatur eſſe ſanctitatis velamento veſtita.

Deinceps objectiones aliquas proponit & ſolvit, inter cæteras
hanc

hinc quoque: *Quisquam malignus obſequutor ad dictum Apoſtoli Pauli* num.12.
confugiat dicentis: Onera veſtra ſuſtinete invicem, & ſic implebitis legem Gal.6,2.
*Christi. Non hæc ſunt onera, quæ Paulus Apoſtolus imperat ſubvehenda, ſed
ut tolerantes noſmetipſos diſcordia nulla diſcernat, & in tentationibus con-
ſtitutis fratribus mutua præbeamus auxilia; non ut ipſi nobis tentamenta
per fœminas procuremus, ſed ut tentamentorum magis pondera ſublevemus,
quum ſciat quale ſit ſanctitatis jugum, quod vix ſingulare portetur. De quo
non ſolum ipſe, ſed & Dominus noluit certum definire præceptum dicens;
Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt: & iterum; Qui po-* Matt.19,11
teſt capere, capiat. Si ergo difficilè ſingulariter (ab homine ſolitario &
extra fœmineum commercium degente) *magnitudo iſtius ponderis tole-
ratur, quomodo tolerabitur, ſi geminatis ponderibus prægravetur? Et ſi ſin-
gulares* (ſolitarii) *penè omnes vix durant carnales inſidias ſuſtinere; quid
facient hi, qui ex utroque latere gladiis impendentibus non cunctantur in-
cumbere? Plus dico, Si mariti & uxores deſideria conjugalia quotidie geren-
tes ſibi non ſufficiunt; quid agunt illi, qui ad augendas impugnationes fœmi-
nis,* citra conjugium videlicet, *ſociantur? — Semel dixerim, omnis in-
conveniens ſodalitas mulierum gluten eſt delictorum & viſcum toxicatum,
quo diabolus aucupatur.*

Ex his igitur & aliis horum ſimilibus per totum librum ſpar-
ſis manifeſtiſſimum eſt auctorem contra conjuges clericorum non
diſputare, ſed contra extraneas & citra conjugii legem adſcitas ſu-
ſpectasque mulierculas. Has, inquam, clericorum conſuetudine
arcet & domibus eliminat; conjuges verò minimè, quod etiam iſta
ſub finem libri verba clarè declarant: *Si quis habet matrem, vel filiam,* num.47.
vel ſororem, vel CONIVGEM, *vel cognatam; ſic habeat, ut nulla an-
cilla interſit, neq; aliqua ingrediatur extranea, ne ad hoc videatur tenere
proximas ſuas, ut ipſarum cauſsâ liberè ſibi adhibeat alienas.* Ecce cle-
rico domi ſuæ conjugem habere apertè permittit. Excipere ta-
men & eludere conatur Bellarminus. *Loquitur,* inquit, *de conjuge* l.1.de cler.
quæ ſimul voverit continentiam. — Alioqui ſi Cyprianus uxorem clericis cap.19.
*concederet, qua uti liberet, pugnaret cum toto ſuo libro, & cum ipſo titulo,
De ſingularitate clericorum.* Scopus libri eſt, ut pridem diximus &
ex ipſo patuit, arcere adſcititias ſuſpectas fœminas, non conjuges:
& *ſingularitatem,* quam titulus præfert, intelligitur ejusmodi, *quam, ut*
auctor ipſe loquitur, *non ſolum conſcientia ſua nullis ſordibus maculet,* num.43.
ſed etiam nulla opinionės ſuſpectæ pluralitatis infament. Singularitas ita-

 que

que clericorum, quam auctor intendit, non excludit quamvis pluralitatem, hoc eſt, familiarem cum aliis hominibus, etiam fœminis, converſationem; ſed ſaltim ſuſpectam. Pluralitatem enim, ſive familiaritatem & converſationem, cum matre, filiâ, ſorore proximâq; aliquâ cognatâ, quemadmodum etiam canones conciliorum faciunt, permittit: nempe quia ea ſuſpecta non eſt. Cum conjuge verò omnium minimè ſuſpecta eſt.

Putidum autem eſt, quod cum Bellarminus dicit *loqui de conjuge, quæ ſimul voverit continentiam.* Talem ſi intellexiſſet, expreſſiſſet utique. Talem verò cum marito in eâdem domo familiariter verſari, abſurdum fuerit & verè cum toto libro ejusq; ſcopo pugnaverit. Cauſſæ quare cum fœminis habitare cœlebs ſive continens non debeat, duæ præcipuæ ſunt & ab hoc auctore maximè urgentur; Una, ne convictu iſto, adſpectu, adloquio tentetur ſive irri-
num. 4. tetur & ad libidinem provocetur. *Nam ſi modò,* ait, *putamus nos in-*
num. 11. *tentabiles eſſe mulιebribus jaculis, quid ergo reſtat cœleſtibus regnis? — Nec quisquam ſibi proponat & dicat; habere volo quod vincam: hoc eſt enim di-*
num. 22. *cere; vivere deſidero ſub ruinâ. — Quòd ſi aliquis dicit, Captivum teneo adverſarium meum, cui ſemper inſultem; videat, ne forte adverſus eum captivus incipiat prævalere. Numquam ſecurus cum theſauro latro tenetur inclu-*
num. 24. *ſus: nec intra unam caveam habitans cum lupo tutus eſt agnus.* Item: *Duæ faculæ junctæ ſimul ambæ accenduntur.* Altera cauſſa eſt, ne ſuſpicio exoriatur, eos qui continentiam promiſerint & præ ſe ferant, continentiam non ſervare, ſed ſaltim ſimulare. Jam pone duos conjuges mutuo conſenſu continere, & continentes haberi velle; ut domiciliis ſejungantur & familiari convictu abſtineant utraq; cauſſa eos magis, quàm alios ullos, urgebit. Quum enim mutuæ conſuetudini pridem adſueverint, domeſtica converſatio longè faciliùs illos, quàm alios inexpertos & inadſuetos, accendet. Et ſi, qui conjuges hactenus fuerunt & conjugio uſi ſunt, pergant unà eſſe, converſari, domum adminiſtrare, non immutatâ in talibus priſtinâ familiaritate; quomodo vulgus in cæteris immutatam eſſe & ad conſuetudinem matrimonialem numquam eos redire ſibi perſua-
pag. 150. debit? Erant iis temporibus, ut etiam è Tertulliano ſupra oſtendimus, qui inter ſe pari conſenſu matrimonii debitum tollerent. Non erat id quidem ſacris miniſtris vel proprium vel neceſſarium: hoc enim nemo veterum dicit: ſed ex utrolibet Chriſtianorum ordine

dine nonnulli, quibus ita videbatur, ſive laici ſive clerici eam vitæ rationem inibant. Divertiſſe verò illos ab invicem, nec ampliùs communi habitaculo uſos eſſe noſter auctor teſtatur. *Quum vi-* num.35.
deam, inquit, de Chriſtianis plcroſque (multos) *maritos pariter & uxores continentiam deſtinantes domicilia ſingularia magis eligere, ut conſenſum omnium votorum ſine irritatione præſentiæ & concordante ſeceſſu valeant obtinere: & eunuchi noſtri non durant ſine feminæ ſodalitate dormire? Apud eos amor conjugalis continentiæ amore penſatur: & apud ſpadones cohabitatio feminæ numquam poteſt habere faſtidium? — Ecce vera dilectio, quæ in conjugalitate dividit, ut in caſtitate conjungat. Ecce ſancta dilectio, quæ conjugibus ad communem laudem inducit abſentiam. Hi procerto ſeſe inſeparabiliter diligunt, qui, ut triumphos ſibi inferant, à ſeparantur, quibus nec crimen, nec natura, nec lex, nec Dominus, nec Apoſtolus poteſtatem unius* conſortis *interdixit aut tulit; ſed pro tuendis plenius votis ſemotâ unitate abſentari caritas perſuaſit.* Obſerva nullam omnino iis temporibus fuiſſe legem, quâ conjuges quicumque eſſent, ſive laici ſive clerici, commercio matrimoniali abſtinere juberentur: eos verò qui ſuâ ſponte pari conſenſu abſtinuerint, a familiari itidem cohabitatione, convictu & converſatione abſtinuiſſe.

Et ſanè poſito, quòd conjuges continere & continentes habere voluerint, ita fieri oportuit. Gregorius Nazianzenus verſibus εἰς τοὺς ἐν κοινοβίῳ μοναχούς:

——κέλομαι δὲ ἐνθάδε χάσμα μέγιστον
ἐμβαλέειν, ὥς κεν ἔωσι διάσταδιν εὐσεβέοντες
Ἄνδρες ἠδὲ γυναῖκες, ὁμὸν κλέος οἶον ἔχοιεν.

Id eſt, *jubeo maximam voraginem interjici, ut qui ſe pietati devoverunt viri atque feminæ diſtinctis ſedibus degant, & ſolam gloriam communem habeant.* Si viros & fæminas continentes, ſed nullo anteà conjugio copulatos, ita disjungi oportet; multò magis conjuges continentiam profeſſos. Sicut enim jura matrimonii ſibi in omnibus conſtanter ſuſpicionem excludunt, non tantùm quò ad conjuges ipſos, verum etiam quò ad perſonas domeſticis uſibus neceſſarias: nam conjugibus fas eſt mutuâ conſuetudine frui; &, ubi præſtò eſt uxor, in domo eſſe ancillas (de quibus quod monet auctor, aut abundans cautio eſt, aut ad ſolas matris, ſororis & ſimilium ancillas referri debet) non ſolet fabulis cauſſam præbere: ita ſi juribus

matrimonii per continentiæ profeſſionem derogetur, & nihilominus unà habitent, nulli magis ſuſpicioni erunt obnoxii, quàm conjuges. Si dixeris ipſam continentiæ profeſſionem ſive votum ut periculum ita quoq; ſuſpicionem & ſcandalum removere; mox quæram, quur non in aliis nullo matrimonio junctis itidem removeat, & quur non vir & puella poſt emiſſa continentiæ vota unà eſſe permittantur? nam ſi votum efficit, ut tutò & ſine ſuſpicione conjuges cohabitent, multò magis in viro & fæminâ non-conjugibus idem præſtabit: aut ſi non in his, multò minùs in illis. Inde itaque Patres Trullani epiſcopos, quos ab uxoribus abſtinere volunt, cum iiſdem habitare non permittunt. Canon videlicet XLIIX. ita habet: *Uxor ejus, qui ad epiſcopalem dignitatem promotus eſt, communi ſui viri conſenſu prius ſeparata, poſtquam in epiſcopum ordinatus eſt ac conſecratus, monaſterium ingrediatur procul ab epiſcopi habitatione exſtructum, & epiſcopi providentiâ fruatur.* Sic etiam poſteà apud Latinos Alexander tertius: *Nullus conjugatorum eſt ad ſacros ordines promovendus, niſi ab uxore continentiam profitente fuerit abſolutus.* Item, *prohibemus ne uxoratum præſumatis in epiſcopum ordinare, niſi uxor priùs profeſſa continentiam ſacrum ſibi velamen imponat & religioſam veſtem adſumat.* Dubium nullum eſt, quin profeſſio iſta continentiæ ſegregationem à marito, imò ingreſſum monaſterii ſecum trahat. Et ſanè neminem maritum ad ſacros ordines hodie Pontificii admiſerint, niſi uxorem ab eo ſeparaverint, vel etiam in monaſterium truſerint. Breviter, Qui conjuges ſimpliciter & ſemper continentes eſſe & videri velit, non poteſt prudenter & citra abſurditatem, ut unà maneant & conſuetâ quotidianâ familiaritate utantur, permittere. Hinc itaque colligo, quum hactenus in eccleſiâ catholicâ nulla conſtitutio, nullus canon inveniatur, per quem clerici mariti à ſuis uxoribus ſegregentur vel unà habitare & vitam tranſigere prohibeantur; ſed in contrarium occurrant adſiduæ & indivulſæ, ad uſque mortalis vitæ finem, cohabitationis exempla, (ut canonem ex Apoſtolicis appellatis ſextum nunc taceam) quorum aliqua jam prolata fuerunt, aliqua proferentur poſtea: hinc, inquam, colligo, nullam quoque primis hiſce ſeculis conſtitutionem fuiſſe, nullum canonem, & ne receptum quidem morem, per quem clericis maritis perpetua & omnimoda continentia imponeretur. Quomodo enim, quæſo, clericum cum uxore, cujus conſuetudini adſueverit, ſiquidem ab eâ in poſterum ſemper

de converſ. conjug. c. 5. & 6.

per

per & ſimpliciter abſtinere debeat, habitare permittant, qui, propter periculum & ſcandalum, alterius extraneæ, cum quâ aliàs nulla interceſſerit conſuetudo, familiaritatem tantopere interdicunt? Et hæc notare voluimus ad librum de ſingularitate clericorum; quo ipſis συνεισάκτους ſuſpectas mulierculas adimi, uxores autem permitti extra & vero adfirmamus.

Easdem ſeverè & ſub pœnâ cùm clericis tum laicis interdicit concilium Carthaginienſe, quod primum appellatur, Nicæno viginti circiter annis poſterius, cujus canone tertio iſta legimus: *Gratus epiſcopus* Carthaginienſis & ſynodi præſes *dixit; Et illud præcipuè, ſi videtur veſtræ dilectioni, cavendum eſt, ut paſtoris cura, quantum debet & poteſt regularis providentia, præmoneat, ut nullis liceat ab affectu abſtinentiæ carnali apud extraneas pariter commorari. Occaſiones enim amputandæ ſunt peccatorum, & tollendæ omnes ſuſpiciones, quibus ſubtilitas diaboli ſub prætextu caritatis & dilectionis incautas animas vel ignaras irretire conſuevit. Nullus igitur, nullaq; ſanctimoniæ & virginitati deſerviens, propter blaſphemiam eccleſiæ, ſi vobis placet, in unâ domo cum extraneis penitus commorari debet. Vniverſi dixerunt, Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, hæc vitare debent: & non ſolùm non habitare ſimul, ſed nec habere ad ſe aliquem acceſſum. Hoc ergo & lex jubet, & ſanctitas veſtra commendat, ut in ſingulis conciliis ſtatutum eſt. Gratus epiſcopus dixit: Ergo perſuaſio interdum prudentes ſolet arcere à peccatis, dum imprudentes debet metus hujuſcemodi conſtringere, ſi ſanum conſilium reſpuunt, & ſalutare mandatum. Si ergo laici ſunt, poſt commonitionem ſi contemſerint, à communione ſeparentur.* (Addendum ſine dubio, quod incuriâ librariorum excidit, & ſolet aliàs in talibus addi, *Si clerici, deponantur.*) *Vniverſi dixerunt, Placet.* Et canone quarto: *Si videtur vobis, pari ſententiâ teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nullâ ſecum germanitate conjuncti ſunt: Vniverſi dixerunt, Iuxtà viduos & viduas eadem lex manet & ſententia.*

Hac ipsâ de re extat epiſtola canonica B. ſilii magni ad Gregorium, vel, ut aliæ editiones legunt, Peragorium presbyterum, quem propter συνείσακτον, cum quâ ſeptuagenarius habitabat, & juſſus abdicare, tergiverſabatur, ſanctus Baſilius officio, donec pareret, prohibuit. Eam hîc appono integram, quemadmodum à Gentiano Herveto latinè converſa extat in codice canonum, quem una cum Nomocanone Photii & commentariis Theodori

Balſa-

Balſamonis hic ipſe Hervetus edidit. Legi tuas litteras cum omni patientia & longanimitate, & miratus ſum quomodo quum poſſes per res ipſas nobis breviter & facilè reſpondere, in iis quidem quorum accuſaris perſiſtere malueris, prolixâ autem oratione, quæ ſunt immedicabilia, curare volueris. Nec primi, nec ſoli, ô Gregori, ſtatuimus, ne mulieres cum viris cohabitarent: ſed lege canonem qui à ſanctis patribus noſtris Nicææ editus eſt, qui apertè probibet, ne ſint introductitiæ, φανερῶς ἀπηγόρευσε συνεισάκτους μὴ εἶναι. In hoc autem ſitum eſt cœlibatus decus & honeſtas, quòd ſeparatus ſit à conſuetudine & conſortio mulierum. Si quis enim verbo profitens, revera ea faciat, quæ qui cum mulieribus cohabitant, apertè oſtendit ſe virginitatis quidem laudem nomine tantùm proſequi, ſed à turpi voluptate non recedere. Tanto magis ergo oportebat te noſtræ poſtulationi facilè acquieſcere, quòd dicis te ab omni corporali perturbatione liberum. Neq; enim credo eum qui ſeptuaginta annos natus eſt cum muliere animi perturbatione commotum habitare: nec tanquam propter turpem aliquam actionem, quæ facta fuerit, ſtatuimus ea quæ ſtatuimus: ſed quia ab Apoſtolo docti ſumus fratri non eſſe ponendum offendiculum vel ſcandalum. Scimus autem quòd id quod rectè & ſanè fit ab aliquibus, erit aliis occaſio ad peccatum: eâ de cauſſâ decrevimus, ſanctorum patrum conſtitutionem ſequentes, ut à muliere ſepareris. Quid ergo chorepiſcopum incuſas, & veteris ſimultatis recordaris? Quid autem nos inſimulas, quod aures ad admittendas calumnias faciles præbeamus, non autem te ipſum, qui à conſuetudine cum muliere non potes recedere? Ejice eam à domo tuâ, & ſtatue ipſam in monaſterio. ſit illa cum virginibus, & viri tibi ſerviant. ne nomen Dei per vos blaſphemetur. Quamdiu hæc feceris, myriades verborum quas ſcribis in epiſtolis, nihil tibi proderunt. Sed otioſus (ſuſpenſus ab officio & adminiſtratione ſacrorum) morieris, Deoq; reddes rationem tui ocii: ſin autem non correctus auſus fueris ſacerdotium apprehendere, eris toti populo anathema, & qui te ſuſceperint, erunt in omni eccleſiâ abdicati. Hactenus epiſtola ſancti Baſilii: nunc etiam è Balſamonis ad eam commentario nonnulla ſubjungo. Gregorius quidam presbyter habebat quandam mulierculam ei inſervientem. Quod quum ſanctus intellexiſſet, petiit à presbytero ut mulierem domo ſuâ expelleret. Is vero ad ipſum de ea re ſeipſum defendens reſcripſit. Magnus quoque Baſilius reſcripſit ad presbyterum. Eſt autem veriſimile presbyterum in ſuâ epiſtolâ ſanctum rogaſſe, ut litteras cum longanimitate legeret, ad quem reſcripſit pater, Cum omni longanimitate tuas litteras legi, & admiratus ſum, quod quum poſſes per res breviter reſpondere, ſcilicet per mulieris amandationem;

nem; in iis quorum accuſaris, rebus ſcilicet ipſis propter quas accuſatio inſtituta eſt, permanes: verbis autem te defendis. Deinde dicit, Nos nec primi, nec ſoli ſtatuimus, ne mulieres cum viris ſcilicet ſacratis cohabitarent, ſed lege canonem ſynodi Nicænæ, qui prohibuit ne ſint introductitiæ. Eas autem introductitias appellat tertius dictæ ſynodi canon, quæ introducuntur in ædes ſacratorum hominum, qui uxores non duxerunt, & cum eis cohabitant. Qui autem cælibatum profeſſi ſunt, laudem, & gloriam ob continentiam habebunt, ſi à mulieribus ſeparentur. Si quis autem virginitatem profiteatur, cum mulieribus verò cohabitet, habet ſolum nomen, non autem & rem ipſam. His auditis audiat nunc, quæſo, lector, quid ſcribat & quomodo epiſtolam, quam recitavimus, accipiat & applicet Baronius. *Eſt*, inquit, *Anno 58.*
ejuſdem veritatis, ſcilicet quòd ſacris miniſtris non liceat uxores ha- *num.20.*
bere, egregius aſſertor Baſilius, qui ſcribens ad Peragorium, quem licet decrepitæ ætatis ſacerdotem, quòd presbyteram nempe uxorem ſuam, quam presbyter cooptatus juſſu canonum reliquerat, rurſus in domum admiſiſſet, graviſſime increpavit, excommunicationem, niſi eam dimitteret; acriter comminatus. Hæc conditor annalium; quæ unusquisque, cui ſanum ſit ſinciput, cum Baſilii verbis contendere poterit, & ab hoc exemplo qua fide ſive potius quantâ perfidiâ annales eccleſiaſtici Romæ ſcribantur, diſcere.

Adjicimus nunc reſcriptum imperatorum Honorii & Theodoſii junioris, quod ex canone Nicæno derivatum in utroque codice legitur ſub titulo de Epiſcopis & clericis; & in Theodoſiano quidem legem facit XLIV, in Juſtinianæo XIX. *Eum qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiæ appellationis non decet.* (Nempe non decet de eo poſſe dici, quod de Themiſone Martialis: *Quare non habeat, Fabulle, quæris uxorem Themiſon, habet ſororem.* So- *lib.1.epig.*
roriam appellationem inter ἐρωτικὰς fuiſſe: vide in tertio Antiqua- *20.*
rum lectionum apud Lipſium.) *Quicumque igitur cujuscumque gradus ſub fin.*
ſacerdotio fulciuntur vel clericatus honore cenſentur, extranearum ſibi mulierum interdicta conſortia cognoſcant; hac tantùm facultate conceſſâ, ut matres, filias atque germanas intra domorum ſuarum ſepta contineant: in his enim nihil ſævi criminis exiſtimari fœdus naturale permittit. Illas etiam non relinqui caſtitatis hortatur affectio, (qua videlicet juxta Paphnutium congreſſus cum legitimâ uxore caſtitas eſt) *quæ ante ſacerdotium maritorum legitimum meruère conjugium: neque enim clericis incompetenter adjuncta ſunt, quæ dignos ſacerdotio viros ſua converſatione fecerunt.*

Diſtinguitur manifeſtò inter legitimas conjuges ; & illegitimas ſorores ſive extraneas mulieres: illarum conſortium, utpote caſtum, permittitur; hæ, ut merentur, penitùs exploduntur. Conſtitutio iſta edita fuit ſub extremam ætatem Hieronymi ; cujus tempore malum illud frequens fuiſſe ex ipſius de vitando ſuſpecto contubernio
epiſt.47. epiſtolâ poteſt intelligi, *Retulit*, inquit, *mihi quidam frater è Galliâ, ſe habere ſororem virginem, matremq́; viduam, quæ in eadem urbe diverſis habitarent cellulis, & vel ob hoſpitii ſolitudinem, vel ob cuſtodiendas facultatulas, præſules ſibi quoſdam clericos adſumſiſſent.* Qualis virgo fuerit, & qualis contubernalis clericus, ibidem deſcribit, illa videlicet *annos nata vigintiquinque*, iſte *adoleſcens necdum benè barbatulus.* Pervulgata fuiſſe ejuſmodi contubernia indicium facit, ſcribens *aut rarum aut nullum eſſe, qui ſub hujus culpæ reatum non cadat.* Et objectionem occupans, *Quid igitur? ſcelus eſt ſancti viri habere contubernium?* reſpondet, *Obtorto collo me in jus trahis, ut aut probem quod nolo, aut multorum invidiam ſubeam.* Multi igitur, imò plurimi culpæ iſti obnoxii; quæ quàm difficulter eradicari potuerit repetita ſæpiùs interdicta arguunt. Juſtinianus imperator eadem de re ſanxit no-
cap.19. vella CXXIII, inſerto propemodum verbotenus Nicæno canone: *Presbyteris & diaconis & ſubdiaconis & omnibus in clero conſcriptis*, lectoribus puta, cantoribus & reliquis minorum ordinum, *non habentibus uxores ſecundum ſacros canones*, id eſt, quales ſacri canones habere permittunt, non repudiatas ſcilicet ab aliis viris, nō inhoneſtas aut ſiniſtræ famæ, (ſic verba, *ſecundum ſacros canones*, ſi præcedentibus jungantur, quod tamen fortè neceſſarium non eſt, accipienda fuerint) *interdicimus etiam nos ſecundum ſanctarum regularum virtutem*, jungentes auctoritati eccleſiaſticæ imperatoriam, *mulierem aliquam in domo propriâ ſuperinductam habere*, γυναῖκα τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν, *tamen citra matrem aut ſororem aut filiam & alias perſonas, quæ ſuſpicionem effugiunt. Si quis autem abſque hac obſervatione mulierem in ſuâ domo habet, quæ poteſt ei ſuſpicionem inferre, & ſemel & ſecundò à ſuo epiſcopo aut à ſuis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, ejicere eam de ſuâ domo noluerit; aut accuſatore apparente approbetur inhoneſtè cum muliere converſari: tunc epiſcopus ejus ſecundum eccleſiaſticos canones de clero eum amoveat, curiæ civitatis, cujus clericus erat, tradendo. Epiſcopum verò nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc cuſtodiens, epiſco-*

patu

patu projiciatur: ipſe enim ſe oſtendit indignum ſacerdotio. Subſequutis ſeculis easdem ſuſpectas mulierculas domibus clericorum ejici juſſit Trullana ſynodus canone V; Nicæna ſecunda canone XIIX; Agathenſis canone X; Aquisgranenſis canone XXXIX. Sanctionem Honorii Theodoſiique imperatorum totidem propemodum verbis repetunt leges Bojariorum, titulo XII. Quæ ſuis ſingula locis poſſunt videri.

Colophonem imponat Elias metropolites Cretæ, cujus reſponſa nonnulla in tertio libro juris orientalis ab Enimundo Boneſidio editi leguntur. Quæſierat ex eo quidam Dionyſius monachus, *πῶς δεῖ καλεῖν τὸν μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς ἐκ πρώτου γάμου συναφθείσης αὐτῷ συνεισάκτῳ συνοικοῦντα, καὶ ταύτῃ συμμολυνόμενον. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τῆς ἐκ δευτέρου ἔτι συνεισάκτῳ ἀποκλίναντα· ἐκεῖνον μὲν, δίγαμον, τὸν δὲ, τρίγαμον· ἢ πόρνους ἁπλῶς. quomodo oporteat appellare eum, qui poſt obitum ſuæ ex primo matrimonio uxoris cum introductitia habitet & inquinetur: item eum, qui poſt obitum uxoris ex ſecundo matrimonio ad introductitiam divertat: num illum digamum, hunc trigamum, an ſcortatores ſimpliciter.* Iſta verò in clericum cadere non poterant, cui ex eorum temporum diſciplinâ ſecundum vel tertium matrimonium contrahere non licebat. Videmus itaque mulierculas etiam illas, quæ laicis præter decorum & fas cohabitarent, *συνεισάκτους* dictas fuiſſe. Reſpondet autem Elias: *Καὶ σοῦ θαυμάζω τὴν σύνεσιν, ὅπως περὶ τῶν οὕτω πρόδηλον ἐχόντων τὴν διαφορὰν, ὡς περὶ ἀδιαφόρων, ἐρωτᾶν προήχθης· ὅτι πολλή τις ἡ τῶν διγάμων πρὸς τοὺς πόρνους διαφορὰ, καὶ τούτων αὖθις πρὸς ἐκείνους. ὅπερ ἅπασι πρόδηλον. καὶ μάλιστα τοῖς μὴ παρέργως ἀκούουσι τοῦ μεγάλου ἀποστόλου, ὃς τὴν μὲν διγαμίαν οἰκονομικῶς παραχωρῶν ὁρᾶται· τὴν πορνείαν δὲ οὐδαμῶς. ὁ δ' αὐτὸς συγχωρεῖ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, οὕτω πως φησὶν ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσιν αὐτοῦ. ἡ χηρεία ἐξουσίαν ἑαυτῆς ἔχουσα συνοικεῖν, ἀνέγκλητός ἐστι· τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι· μόνον ἐν Κυρίῳ. Τοῦτο δὲ προσέθηκε, τὰς πορνικὰς κωλύων συμπαθείας καὶ συναφείας, ὁποῖαι δὴ καὶ αἱ τῶν συνεισάκτων. καὶ ἡ μὲν διγαμία εὐχῆς ἀξιοῦται, ἡ πορνεία δὲ οὐδαμοῦ. ἢ γὰρ ἂν οὐ πορνεία ἦν. καὶ ἡ μὲν πορνεία (καθὼς φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος) οὔτε γάμος ἐστὶν, οὔτε γάμου ἀρχή· ἡ δὲ διγαμία, ὅτι γάμος, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος φανερόν. Miror equidem, quid in mentem tibi venerit, ut de his perſpicuè adeo diverſis, tamquam non diverſis quæſiveris, quum magna ſit digamorum a ſcortatoribus differentia, & horum vi-*

ciſsim ab illis. Quod omnibus eſt manifeſtum: inprimis verò non perfunctoriè audientibus magnum Apoſtolum, qui digamiam quidem certâ ratione permiſiſſe deprehenditur, ſcortationem vero nequaquam. Cui congruens magnus Baſilius in ſuis ſacris canonibus dicit; Quæ in viduitate poteſtatē ſui ipſius habet, ut nubat, extra crimen eſt, Apoſtolo dicente, Si maritus mortuus fuerit, libera eſt ut nubat cui velit, modò in Domino. Hoc autem addidit, ſcortatorios affectus & congreſſus prohibens, quales ſanè etiam ſunt introductitiarum. Et ſcortatio quidem, (quemadmodum magnus dicit Baſilius) nec matrimonium eſt, nec matrimonii initium: quòd autem digamia matrimonium ſit, ex ipſo quoq; ejus nomine manifeſtum.—καὶ ταῦτα περὶ διαφορᾶς γάμων τε καὶ πόρνων, μεθ' ὧν δὴ τάττονται καὶ οἱ συνεισάκτοις συνοικοῦντες. *Et hæc de differentiâ nuptiarum & ſcortatorum, quibus accenſentur etiam illi, qui cum introductitiis habitant.*

Hæc ita ex antiquitate depromta & in unum cumulum coacta oculis lectorum ſubjicere voluimus, ut conſtet & vel manibus palpetur ejusmodi συνεισάκτυς, ſubintroductas, adſcititias, extraneas, dilectas & ſorores nullo matrimonio iis, cum quibus habitarent, junctas fuiſſe, ne quæ in has à priſcis patribus & conciliis dicuntur, adverſus legitimas conjuges torqueantur, aut quæ ſcortationibus pœnæ decernuntur, ſacroſanctis nuptiis fraudi ſint: atque adeo ut conſtet ab œcumenicâ primâ ſynodo conjugium clericis permiſſum fuiſſe, & hiſtoriam Paphnutii cum canone Nicæno tertio optimè convenire, & à ſummâ vel inſcitiâ vel impudentiâ profectum eſſe,
Anno 58. num. 21. quod ſcribit Baronius, *ſacrum Nicænorum Patrum conſeſſum à contubernio clericorum edito canone uxores excluſiſſe.*

Extrema nihilominus molitur, ut ex oculo hodiernæ Romanæ eccleſiæ hanc ſudem amoliatur. *Certè,* inquit, *ſi velimus Socratem & Sozomenum* (& quot etiam alios præter hos, ô Baroni?) *non eſſe mentitos, de illis tantummodo totam illam agitatam eſſe controverſiam dicendum eſt, qui quum ordinarentur inviti, conteſtati eſſent, non poſſe ſe*
pag. 167. *continere.* Et ſic etiam Ancyranum canonem decimum, ſuo ſuperiùs loco productum, depravare nititur. Mireris meritò Baronium cùm hîc, tum alibi ſæpiſſimè, quæ manifeſtiſſima ſunt & omnium oculis expoſita, non videre; contrà, quæ nusquam apparent, cernere. De invitis ad ordines adſcitis neutrubi ullum verbum. Si eos intellexiſſent Patres Ancyrani, expreſſiſſent utique. Neque enim adeo infantes fuiſſe cenſendum eſt, ut ſenſa animi efferre nequiverint.

Con-

Contrà manifeſtò: *Διάκονοι, ὅσοι καθίσανται, Diaconi quotquot ordinantur.* Quod etiam attinet hiſtoriam de Paphnutio, oppono commento cerebri Baroniani clara verba cùm aliorum, tum Gelaſii, ſuperiùs producta, nec hîc repetenda: oppono rationes, quibus utitur Paphnutius, concludentes ſimpliciter de quibuscumque conjugatis clericis, ſive volentibus ſive invitis ad ordines adſumtis. *Ajo*, inquit, *honeſtam caſtitatem eſſe cujusque cum legitimâ ſuâ uxore congreſſum. Non igitur ſeparate quam Deus conjunxit, & quam ſemel quispiam adhuc lector, aut cantor, aut laicus duxit.* Oppono denique, quòd ſi perſuaſum habuiſſent Patres ſive Ancyrani, ſive Nicæni, Apoſtolicam legem eſſe, ne quis clericus uxore ſuâ utatur; potiùs quàm Apoſtolicam legem migraſſent, ordinationes invitorum ſuſtuliſſent, & neminem niſi volentem initiari permiſiſſent. Quam igitur obſcurando ſoli induxerat Baronius, levi momento impulſa *Scindit ſe nubes & in æthera purgat apertum.*

Interim, dicent Pontificii, ex hac ipsâ hiſtoriâ conſtat & manifeſtum eſt, conſtitutis in ſacro miniſterio non licuiſſe ad nuptias tranſire ſive matrimonium contrahere; & id ipſum tam Paphnutio, quàm Patribus Nicænis probari. Paphnutio quidem magnopere probari non apparet. Dixit ἀρκεῖσθαι τὸν φθάσαντα κλήρου τυχεῖν, *Socr. lib. 1.*
μηκέτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀρχαίαν παράδοσιν, *cap. 8.*
ſufficere, ſi, qui in clerum ante contractas nuptias adlectus ſit, poſteà non contrahat juxta antiquam eccleſiæ traditionem. Apoſtolicam non dicit, ſed eccleſiaſticam traditionem: & ſufficere eousque amore cœlibatus progreſſam eſſe eccleſiam, ut licentiam contrahendarum novarum nuptiarum clericis ademerit, non eſſe progrediendum ulteriùs ad auferendum ipſum conjugium & uſum conjugii. Quaſi dicam, Sufficit ordinarias, quas hodie vocant, contributiones juxta conſuetudinem militarem miſeros homines pendere; nec penitùs facultatibus exui oportere, aut etiam inſuper vapulare. Μὴ βαρύνετε, ait apud Gelaſium, τὸν ζυγὸν τῶν ἱερωμένων. *Ne aggravate jugum ſacerdotum.* Grave itaque aliquod jugum ſacerdotali ordini jam impoſitum agnoſcebat. Et jam antè Neocæſarecenſis ſynodus vetuerat presbyteros γαμεῖν, ut diximus pridem. Cæterùm rem in ſtatu, quo *pag. 168.*
tunc erat, & ipſe & Patres concilii relinquunt: & id verum eſt. Obſerva igitur ſubſtantiam rei, hoc eſt, conjugium & uſum conjugii, integram clericis conſervari: ſolùm determinari modum & tem-

 pus

pus contrahendi aut etiam celebrandi nuptias; nempe ut uxorem ante initiationem ducant, vel certè in ipsâ, juxta Ancyranum canonem, ſe ducere velle proteſtentur; aliter cœlibes permaneant vel clero excedant. Hujusmodi autem ſanctiones intra terminos ritus alicujus conſiſtunt: nempe quia, ut diximus, rem ipſam non abolent, nec conjugatis ſacrum miniſterium adimunt, nec ſacros miniſtros uxores habere vel uxoribus uti prohibent, ſed ſaltim quando & quomodo ducere debeant, præſcribunt. Sic etiam de nuptiis tempore Adventus & Quadrageſimæ non celebrandis eccleſiaſticæ ſunt traditiones & conſtitutiones.

Quæ verò videantur fuiſſe cauſſæ, quas propter priſcis Patribus placuerit, ut clericis ſacros ordines jam adeptis integrum eſſet uxores quidem habere, non tamen ducere, nunc aperiam. Amabant & admirabantur omnes, alii tamen aliis moderatiùs aut vehementiùs, continentiam & cœlibatum: & quum viderent in laicorum ordine haut paucos inveniri, qui eâ gloriâ inſignes eminerent & ſuſpicerentur, in clero ne pauciores, vel certè ne non aliqui eſſent, deſiderabant. Intelligebant autem mandari non poſſe, ne quis uxorem haberet vel commercio conjugali uteretur. Erat igitur ὁ δεύτερος πλοῦς ut ſancirent, nemini fas eſſe poſt initiationem ad nuptias tranſire, ſed ante eam, quicquid ejus rei foret, perfici oportere. Inde enim futurum, ut continentes in clero eſſent, primùm quotquot cœlibes acceſſiſſent, vel certè quotquot proteſtatione interpoſitâ, ut cavet Ancyranus canon, licentiam ducendæ uxoris ſibi non reſervaſſent; deinde quotquot amiſsâ poſt initiationem conjuge dignitatem retinere quàm nuptias iterare mallent. Promovebantur autem ad ſacros ordines non niſi ætate, quâ de ſemetipſis poſſent ſtatuere, & quid ſibi animi ac virium eſſet, ſatis exploratum habere. Neocæſarenſis ſynodus presbyterum ante XXX. annum; Carthaginienſis tertia diaconum ante XXV. non admittit. Sic etiam Juſtinianus imperator, *Presbyterum*, inquit, *minorem triginta quinq; annorum fieri non permittimus: ſed neq; diaconum aut ſubdiaconum minorem vigintiquinq;*. Tantâ ætate & tali rerum ſtatu non erat valdè metuendum, ut temerè accederent, vel quid poſſent ferre, non ſatis intelligerent; aut uxorem, quâ ſibi carendum eſſet, niſi occuparent ducere, in tempore & dum liceret, ſiquidem ſe ægrè carere noſſent, non ducerent.

can. 11. *can.* 4. *Novel.* 123. *cap.* 13.

Alia

Alia cauſſa fuiſſe videtur, quòd exiſtimarent amare, ambire nuptias puellæ & totum illud procari, quod ſine aliquibus ineptiis non ſolet tranſigi, gravitate ſacerdotali indignum eſſe. Neque vero ipſa nuptiarum feſtivitas nihil nugarum, aut quod à ſeriis hominibus alienum videri queat, ſecum trahit. Voluerunt itaque veteres non quidem conjugio ſacros miniſtros prohiberi; quicquid tamen à ſeveriore diſciplinâ abhorrens conjugii apparatui & initiis vulgò ſolet adhærere, priùs, quàm admitterentur, peragi. Ancyranus itaque canon ſæpiùs anteà memoratus paullatim etiam diſpliсuit, & per contrariam conſuetudinem abrogatus eſt. Quum autem tempore Leonis philoſophi in uſum quodammodo revocari cepiſſet, Novellam ſuam tertiam ipſe imperator oppoſuit, in hac verba conceptam: *Quum decenter inde ab initio de iis, qui faciendis Deo ſacris digni eſſent, eccleſiaſticus ordo conſtituerit, non rectè (meo quidem judicio) qui præſentis temporis conſuetudinem ſequuntur, interdum eccleſiaſticam traditionem contemnunt. Nam ubi illa mandat, ut qui creandi ſacerdotes ſunt, aut per omnem vitam, ſi promiſſum non falſum fore fidant, cælibatum voveant; aut ſi illum ſervare impoſſibile ipſis videatur, legitimum matrimonium ineant, ac deinde divinum miniſterium ſuſcipiant: conſuetudo quæ in præſenti obtinet, iis, quibus matrimonio conjungi in animo eſt, concedit, ut antequam uxorem duxerint, ſacerdotes fieri poſſint, & deinde biennium ad perficiendam voluntatem jungi matrimonio volenti præſtituat. Id igitur quia INDECORUM eſſe videmus, jubemus ut ad veteris eccleſiæ & antiquitùs traditum præſcriptum de hinc creationes procedant. Neque enim dignum eſt, ut qui ſpirituali adſcenſu ſupra corporis abjectionem & ſordes evecti ſunt, hi rurſum ad carnis ſordes delabantur: ſed è diverſo, ut divinum miniſterium ex corporis ſordibus tamquam in altum aliquem gradum conſcendat, convenientius fuerit.* Conjugium ſanè carnis ſordes non vocat imperator philoſophus, ſed ea quæ apparatui nuptiarum ſolent adhærеſcere. Eumdem finem, gravitatem ſcilicet morum in clericis, ſpectavit ſine dubio ſynodus, quæ coiit Agathæ, oppido Galliæ Narbonenſis, ſub Alarico ſecundo rege Gothorum, quum ſanxit, *Presbyteri, diaconi, ſubdiaconi vel deinceps, quibus ducendi uxores licentia modo non eſt, etiam aliarum nuptiarum evitent convivia. Nec his cœtibus miſceantur, ubi amatoria cantantur & turpia, aut obſcœni motus corporum choreis & ſaltationibus efferuntur.* Repetitur in concilio Veneticо, canone XI. *cap. 39.*

Hæ

Hæ fuiſſe videntur cauſſæ, quæ priſcos Patres impulerint, ut alii ægrè, alii ne ægrè quidem matrimonia poſt initiationem contrahi & nuptias celebrari permitterent. Nam quod Dominicus Soto, quem Gregorius de Valentiâ ſequitur, autumat, ideo factum fuiſſe, quòd conjuges & uſum conjugum clericis concedi non poſſe ſtatuerent, nullo modo poteſt ſubſiſtere, aut cum genuinâ antiquitate eccleſiaſticâ conciliari: neque id quiſquam adfirmabit, niſi qui eam vel ignoret, vel cognitam depravare in animo habeat.

l.7. de juſtit.& jure qu.6.a.2. *Conſtitutiſſimum cunctis eſt*, ait Soto, *ſtatim ab eccleſiæ incunabulis conjugatos quidem ad ſacerdotium admitti: ſacerdotes verò à ducendis uxoribus fuiſſe cohibitos.* Statim ab eccleſiæ incunabulis cohibitos fuiſſe falſum eſt; nec umquam Soto aut alius quiſquam poterit probare. Quin ipſo etiam quarto ſeculo Ancyrani patres, ut ſæpè diximus, diacono jam ordinato facultatem ducendæ uxoris, modo in ordinatione ſe ducturum eſſe admoneat, liberam relinquunt. Sed pergat Soto: *Hoc diſcrimen nullâ quivit aliâ niti ratione, quàm quod neutri illorum uſui matrimoniali indulgere ſinebantur. Alioquin ſi qui in matrimonio erant, poterant uxoribus uti, quidnám quæſo vetabat, ne & ſacerdotes poſſent pariter inire connubia?* Diſcrimen illud aliis rationibus niti quiviſſe, jam oſtendimus; quæ quidem ad conſtituendum aliquem ritum (neque enim hîc niſi de mero ritu agitur) Patribus viſæ ſint ſufficere. Ritus autem omnibus locis & temporibus eoſdem eſſe nihil neceſſe eſt: & quemadmodum qui priùs non erant, inſtitui potuerunt; ita quóque qui aliquando obtinuerunt aut etiam hodie alicubi obtinent, alibi inductâ contrariâ conſuetudine & eccleſiæ populique Chriſtiani in magnâ aliquâ eccleſiâ conſenſu aboleri.

Rationes enim iſtæ, etiamſi ſanciendo ritui temporali & locali ſatis eſſe queant, non tamen adeo ſunt prægnantes, quum incommodis aliâ ratione poſſit obviam iri, ut univerſalem, perpetuum & neceſſarium faciant. Contractum ſanè matrimonialem non officere ſacro miniſterio ipſi pleno ore clamant adverſarii. Bellarminus: *Matrimonium non pugnat cum ordinibus ratione eſſentiæ ſuæ, ſed ratione officii ſeu exercitii conjugalis.* Id verò falſum eſſe ſuo ſuprà loco demonſtravimus. Interim manifeſtò fatetur, conjugium non poſſe prohiberi *propter contractum matrimonii, qui celebratur*, inquit, *ſolo conſenſu animorum, & eſt res breviſſima & honeſtiſſima.* Similiter

l.1.de cler. cap.18. pag.37.

Gre-

Gregorius de Valentia: *Matrimonium non interdicitur propter ipſum actum contrahendi & ducendi uxorem, ſiquidem is actus ſanctus & religioſus eſt & honeſtiſſimus, & conſtituens unum quoddam ſacramentum.* Tom. 4. diſp. 9. qu. 5. pu. 5. Rationes verò Paphnutij, quòd conjugium ſit honorabile, quòd imbecillitati humanæ conſulere oporteat, non ſolùm pro contracto matrimonio faciunt, ſed etiam pro contrahendo. Sequitur itaque ritum, quo de nunc agimus, non adeò firmis fundamentis niti, ut ab eccleſijs umquam vel uſpiam mutari aut abrogari non poſſit. Quicquid autem ſit de tempore & modo contrahendi, de quibus alias atque alias leges ſine magnâ difficultate inſtitui & deſtitui poſſe certum eſt; ſufficit nobis Nicænæ ſynodi patres ipſam rem, conjugium inquam ejusque uſum, clericis integram efficaciſſimis & in perpetuum valituris rationibus permotos reliquiſſe.

Post Nicænum occurrit in tomis conciliorum concilium Romanum, Nicæno proximum. Baronius anno antiquius facit. Nutat ejus fides: & licet geminum habeatur exemplum, utrumque tamen ita eſt luxatum & vitioſum, ut alicubi vix queat intelligi. Quia tamen ejuſmodi merces avidè involant, & inter cæteras hanc quoque exoſculantur Pontificij, ecce proferimus ex eo caput XIX. Anno 324. num. 323. *Nemo presbyter a die gradus presbyterij ſumat conjugium, ut & ſi neglectò egerit, decem annis eum dicimus privari honore.* Hæc, modò genuina eſſent, cum Nicænâ ſynodo non malè convenirent.

Sequitur Arelatenſis ſecunda, cujus etiam editiones non ſunt ſinceræ; & acta primæ cum actis ſecundæ confuſa, ut agnoſcit & obſervat Baronius. Anno 314. num. 50. Ejus tres primos canones, quemadmodum hodie leguntur, hîc ſubjicio. I. *Ordinarì ad diaconatus vel ſacerdotij officium, neophytum non debere.* II. *Adſumi aliquem ad ſacerdotium non poſſe in vinculo conjugii conſtitutum, niſi fuerit promiſſa converſio.* III. *Si quis clericus a gradu diaconatus, in ſolatio ſuo mulierem, præter aviam, matrem, ſororem, filiam, neptem vel converſam ſecum uxorem habere præſumſerit, à communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem, ſi ſe ſeparare noluerit, pœna percellat.* Tertius hic canon cum Nicæno tertio bene convenit; quin eum quodammodo exprimit. Pontificij quidem uxorem *converſam* interpretantur uxorem, quæ uſum conjugii omnino continentiæ voto abdicaverit: nec ignoramus poſterioribus ſeculis vocabulum ita uſurpari cepiſſe: ſed tempore Nicænæ & hujus Arelatenſis ſynodi converſos eo ſenſu dictos fuiſſe, quaſi conju-

ges & qui conjugio uterentur, converſi non eſſent, id verò mihi ex dictione & ſcriptis ejus temporis auctorum velim probari. Quod etiam ſi maximè fieret, Nicænæ tamen œcumenicæ iſta provincialis non præjudicaret. Cæterùm & uſus ille vocabuli à temporibus, quorum hiſtoriam modò expendimus, alienus eſt; & res ipſa ſecundum ejuſmodi acceptionem inconveniens & abſurda. Diximus ſuprà conjuges, qui abſtinentiæ ſe adſtrinxiſſent, unà commoratos
pag. 189. non fuiſſe. Quin haut pridem ipſum Baronium produximus ſcribentem, etſi falsò, à magno Baſilio excommunicationem intentatam fuiſſe Paregorio decrepitæ ætatis ſacerdoti, *quòd uxorem ſuam, quam presbyter juſſu canonum reliquerat, rurſus in domum admiſiſſet.* Hîc itaque quoniam clericus uxorem converſam ſecum habere permittitur, ejuſmodi converſa non poterit eſſe devota abſtinentiæ. Quid igitur? nempè ſæpè illis temporibus contingebat, altero conjugum ad fidem & religionem Chriſtianam converſo alterum erroribus & ſuperſtitionibus gentilium adhuc implicari. Quamobrem uxor converſa hîc eſt converſa ad Chriſtum unà cum ſuo marito aut etiam poſteà per ſuum maritum. Non enim decet ad ſacerdotium vel eccleſiæ miniſterium cooptari, qui conjugem & liberos habeat nondum converſos, nam ſi hos convertere non potuit, quomodo con-
Tit. 1, 6. vertet alios? Exigit igitur Apoſtolus ut presbyter ſive epiſcopus *liberos habeat fideles:* quidni pari ratione uxorem etiam fidelem? quem-
1 Tim. 3, 11. admodum ſanè diaconorum uxores vult eſſe *venerandas, non calumniatrices, ſobrias, fidas in omnibus.* Hinc conſtituit canon Cartha-
Titulo 1. cap. 10. ginienſis inter collectos, juxta editionem Herveti, XXXIX, aliàs, & ut allegatur in Nomocanone, XXXVI, ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους καὶ τοὺς διακόνους μὴ χειροτονεῖσθαι, πρὶν ἢ πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῶν χριστιανοὺς ὀρθοδόξους ποιήσωσιν, *epiſcopos, presbyteros & diaconos non ordinari, priusquam omnes ſuos domeſticos Chriſtianos orthodoxos fecerint.* Sententiam itaque canonum Arelatenſium nunc credo eſſe manifeſtam. Primus autem & ſecundus non videntur eſſe integri, ſed potiùs fragmenta vel ſummæ quædam ipſorum canonum, fortè à quodam imperito confectæ. Et puto mentem eſſe ſecundi, ad ſacerdotium non debere adſumi in vinculo conjugii conſtitutum, niſi uxor ſit converſa, vel certam converſionis ſpem & ſponſionem fecerit. Quamquam pro eo quod eſt, *niſi fuerit promiſſa converſio;* rectiùs fortè legitur, *promiſſa*, quemadmodum habet tertiæ Arelatenſis canon

ſecun-

[illegible] : *Licet de laicis prolixiora tempora antiqui Patres ordinaverint [illegible]vanda, tamen quia creſcente numero eccleſiarum neceſſe eſt nobis plures [illegible] ordinare; hoc inter nos ſine præjudicio dumtaxat canonum convenit [illegible] antiquorum, ut nullus metropolitanorum cuicumq; laico digni[illegible]patum tribuat. Sed nec reliqui pontifices presbyterij vel diaco[illegible]m conferre præſumant, niſi anno integro fuerit ab eis præmiſſa* [illegible]. Uſque adeò neophytus, ut annum integrum in C[illegible]no nondum expleverit, ordinari non debet. Sicut hîc, [illegible] rectiùs quadrabit vox *præmiſſa*, ſenſu videlicet ejuſmo[illegible] poſſe ordinari conjugatum, niſi converſio conjugis ejus præ[illegible]rit. Cæterùm ut in iſtis parum fidæ editionis canoni[illegible]ndis magnoperè laboremus, non eſt admodum neceſ[illegible]

[illegible]is auctoritatis & certioris fidei ſunt canones Gangren[illegible] modò eccleſia orientis ſemper agnovit, & in ſuo ca[illegible]e habuit, ſed etiam occidentalis, recenſentibus eos, [illegible]s omnium vetuſtiſſimis, Dionyſio Exiguo, Ferran[illegible] C[illegible]nio. Habita autem fuit ea ſynodus Gangræ, metropoli P[illegible]æ, aliquot poſt œcumenicam Nicænam annis, licet quo[illegible] non po[illegible] ſciri. Et habita fuit contra Euſtathium, quem [illegible] Sebaſtiæ in Armeniâ Socrates & Sozomenus faciunt. *lib.2.c.33.*
H[illegible]cinatos eâ quidem in re fuiſſe cenſet Baronius, & alium quàm *lib.3.c.13.*
Sebaſtenum à Gangrenſibus patribus damnatum. Sive verò idem *anno 361.*
[illegible], ſive alius, nihil nunc noſtra intereſt. Certum eſt quemdam *num.45.*
E[illegible]um ejuſque imprimis adſeclas conjugatos presbyteros re- *& ſeqq.*
p[illegible]aſſe & indignos, qui ſacra peragerent, judicaſſe; atque ea pro[illegible] à Patribus G[illegible]ngrenſibus anathemate feriri. Sozomenus ſcribit [illegible] Euſtathium ipſum, Sebaſtenum videlicet illum, *culpæ exi[illegible] quoſdam ejus diſcipulos* (id fortè à veritate omnium minimè a[illegible] accuſari, [illegible]

quod nuptias reprehendant, qu[illegible], qu[illegible] conjugatis in [illegible] orare renuant, quod presbyteros, qui habent uxores, conte[illegible]nant. H[illegible] enim græca latinè reddi[illegible]it Johannes Chriſtophorſonus, ex cu[illegible]one etiam cætera ſubjiciam : *quòd diebus dominicis jejunent, qu[illegible] ædibus agant conventus, quod divites omnino a regno DEI excluſos [illegible]ent, quòd deteſtentur eos, qui carnibus veſcuntur, quòd tun[illegible] & ſtolas*

ſtolas communiter quidem uſitatas induere nullo modo velint, ſed peregrino & inſueto veſtitu utantur, quòd deniq; alia quàm plurima innovare ſtudeãt. Unde mulieres non paucæ adductæ in fraudem primùm viros deſeruerunt, deinde quum non poſſent ſe temperare, ſtupro graviter peccarunt. ἐκ τούτου πολλὰς γυναῖκας ἀπατηθείσας καταλιπεῖν τοὺς ἄνδρας, εἶτ' ἐγκρατεύεσθαι μὴ δυνηθείσας, μοιχείας ἁμαρτεῖν. Nunc etiam Socratem audiamus. Euſtathius γαμεῖν ἐκώλυε, καὶ βρωμάτων ἀπέχεσθαι (reſpicit verba Apo-
cap.4.v.3. ſtoli in priore ad Timotheum) ἐδογμάτιζεν. καὶ διὰ τοῦτον πολλοὺς μὲν τοὺς γεγαμηκότας τῆς συνοικεσίας ἐχώριζε. — ἐν οἴκοις τε γεγαμηκότων εὐχὰς ἐκώλυε γενέσθαι. καὶ πρεσβυτέρου γυναῖκα ἔχοντος, ἣν νόμῳ λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο, τὴν εὐλογίαν καὶ τὴν κοινωνίαν, ὡς μύσος ἐκκλίνειν ἐκέλευε. Hoc eſt ex ejuſdem Chriſtophorſoni verſione: *nuptias fieri prohibuit, à cibis abſtinendum docuit, unde nonnullos, qui nuptias contraxerant, à connubio ſegregavit. — in ædibus conjugatorum precationes fieri vetuit: benedictionem & communionem presbyteri habentis uxorem, quam lege, quum eſſet laicus, duxiſſet, tamquam ſcelus declinandam præcepit.* Euſtathianos itaq; conjugium miniſtrorum eccleſiæ, & miniſterium conjugatorum rejeciſſe eamq; ob cauſſam à Gangrenſi ſynodo damnatos, atque adeo quæ in Nicænâ Paphnutius dixerat & Patres rata habuerant, ſub anathematis comminatione confirmata eſſe manifeſtiſſimum eſt.

Manifeſtiſſimum id quoque ex ipſis verbis ſynodi, quibus & in præfatione, & in canonibus, & in epilogo utitur. Præfationem quidem, epiſcopos Armeniæ compellans, ſic orditur: Ἐπειδὴ συνελθοῦσα ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ κατὰ Γάγγραν ἐκκλησίᾳ διά τινας ἐκκλησιαστικὰς χρείας ζητουμένων καὶ τῶν κατ' Εὐστάθιον, εὕρισκεν πολλὰ ἀθέσμως γινόμενα ὑπὸ τούτων αὐτῶν τῶν περὶ Εὐστάθιον, ἀναγκαίως ὥρισεν, καὶ πᾶσι φανερὸν ποιῆσαι ἐσπούδασεν, εἰς ἀναίρεσιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κακῶς γινομένων. καὶ γὰρ ἐκ τοῦ καταμέμφεσθαι αὐτοὺς τὸν γάμον, καὶ ὑποτίθεσθαι, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἐν γάμῳ ὄντων ἐλπίδα παρὰ θεῷ ἔχει, πολλαὶ γυναῖκες ὕπανδροι ἀπατηθεῖσαι τῶν ἑαυτῶν ἀνδρῶν ἀνεχώρησαν, καὶ ἄνδρες τῶν ἰδίων γυναικῶν· εἶτα ἐν τῷ μεταξὺ μὴ δυνηθεῖσαι ἐγκρατεύειν, ἐμοιχεύθησαν. — καὶ ἐν οἴκοις γεγαμηκότων εὐχὰς ποιεῖσθαι μὴ βούλεσθαι, καὶ γινομένων εὐχῶν καταφρονοῦντες, καὶ πολλάκις προσφορῶν ἐν αὐταῖς ταῖς οἰκίαις τῶν γεγαμηκότων γινομένων μὴ μεταλαμβάνοντες, καὶ πρεσβυτέρων γεγαμηκότων ὑπερφρονοῦντες, καὶ τῶν λειτουργιῶν τῶν ὑπ' αὐτῶν γινομένων μὴ ἁπτόμενοι. *Quoniam ſanctiſſima epiſcoporum in Gangrenſi eccleſiâ propter quaſdam eccleſiaſticas cauſſas congregata ſynodus, in quæſtionem venientibus etiam illis, quæ per*

Euſta-

[illegible] geſta ſunt, deprehendit multa perperam ab iis, qui Euſtathium ſequuntur, facta; neceſſariò conſtituit & omnibus manifeſtare elaboravit, quæ [illegible]erent ad tollenda ab ipſo pravè commiſſa. Etenim inde, quod nuptiæ vituperantur, & quòd docetur nullum in conjugio conſtitutum ſpem apud Deum habere, multæ maritatæ mulieres in fraudem inductæ ſuos viros, & viri [illegible] de[illegible]ruerunt: inde, quum interea continere non poſſent, adulter[illegible]unt. — & in ædibus conjugatorum preces fieri nolunt, & ſa[illegible]t, & oblationum, quæ in conjugatorum domibus ſæpe fiunt, [illegible]uſant, & presbyteros conjugatos deſpiciunt & ſacramenta [illegible] non attingunt. Hæc in epiſtolâ præliminari, à nobis ex ra[illegible] inſtituti diligenter obſervanda.

S[illegible]tur canones, ſinguli ſingulis Euſtathianorum erroribus [illegible], ſuaq; annexa habentes anathemata. Ad rem noſtram faci[illegible], & præcipuè quartus; quos recitabimus. Primus hic eſt: [illegible] γάμον μέμφοιτο, καὶ τὴν καθεύδουσαν μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, οὖσαν πιστὴν [illegible] βδελύσσοιτο ἢ μέμφοιτο, ὡς ἂν μὴ δυναμένην εἰς βασιλείαν εἰσελ[illegible] ἔστω. *Si quis nuptias vituperat, & dormientem cum ſuo [illegible] ac religioſam deteſtatur & criminatur, quaſi regnum DEI non poſſ[illegible]athema eſto.* Quartus eſt iſte: Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου [illegible]τος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος αὐτοῦ προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis ſeparatur (ſegregat ſe) à presbytero conjugat[illegible] quaſi non oporteat eo miniſtrante de oblatione percipere, anathema eſto.* Ecce anathema dictum iis, qui conjugium presbyterorum re[illegible], aut uxoratos ſacro miniſterio indignos prædicant. Balſamon[illegible]rprete Herveto, *Præſens*, ait, *canon eos anathematiZat, qui [illegible] ſtinctè communicant ſacris ſacerdotum, qui habent uxores.* Facit q[illegible]; non pe[illegible]tus nihil ad cauſſam noſtram canon decimus, quem & [illegible] p[illegible]o[illegible]ca adſcribimus: Εἴ τις τῶν παρθενευόντων διὰ τὸν κύ[illegible]ν [illegible] γεγαμηκότων, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis eorum, qui propter Deum virginitatem colunt, adverſus conjugatos extollitur, anathema eſto.*

In epilogo tandem concludunt: ἡμεῖς τοιγαροῦν παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζομεν, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ σεμνότητος καὶ θεοσεβείας γ[illegible] ἀποδεχόμεθα, [illegible] ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων μετὰ ταπεινοφροσύνης ἀποδεχόμεθα, καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν τιμῶμεν. *Nos itaque virginitatem cum humilitate conjunctam admiramur; & continentiam, quæ cum gravitate & pietate exercetur, ſuſcipimus; & receſſum à mun-*

 danis

danis negociis admittimus; & venerabilem matrimonij cohabitationem honoramus.

Iſta ſynodus Gangrenſis; particularis quidem, ſed auctoritatem œcumenicæ, quandoquidem ab universâ cùm orientis tum occidentis eccleſia unanimiter approbata, & canones ejus inter eccleſiaſticas regulas ſemper recepti fuerunt, ad[o]pta. Quin Baronius
Anno 361. num. 44. è verbis Symmachi Papæ *canones Gangrenſes Apoſtolicâ auctoritate con[fir]tos eſſe* affirmat; inter cætera hunc quoque in modum diſſerens: *Auctoritate Romani pontificis Gangris congregata ſynodo quot hæreſes delirus Euſtathius ſtatuerat, tot adverſus eas ſtatutis canonibus Patres paribus ſuffragijs damnavêre.* Hæreſis igitur eſt, ut de delirio, quod fortè condonari poſſit, taceam, matrimonium vituperare; hæreſis eſt conjugium presbyterorum improbare; hæreſis eſt diſcrimen inter miniſterium cœlibis & uxorati ſtatuere; hæreſis eſt λειτουργίαν ſolorum cœlibum admittere, conjugatorum verò repudiare.

Quid hîc miſeri novatores? quò ſe nunc vertent? ad familiares ſibi puto cavillationes & depravationes. Bellarminus enim ne
l.1. de cler. cap.21. nihil dicat, *dicit anathema dici eis, qui putant matrimonium ex ſe eſſe malum, & propterea exiſtimant non licere ſacra facere ei, qui uxorem habuit, etiamſi ab illâ ſe contineat. Id ita eſſe patet, quia in ipſo primo canone dicitur anathema iis, qui putant nuptias abſolutè eſſe malas; & in hoc canone quarto non dicitur, QVI VXOREM HABET, ſed QVI VXOREM HABVIT.* Verùm enimverò Bellarmine, utrumque docuerunt Euſtathiani, *primò* conjugium eſſe rem malam, fœdam, ſacroq; miniſterio indignam; *deinde* presbyteros conjugatos rejici, ſive, quod idem eſt, uxores presbyteris, & presbyterium uxoratis adimi oportere. Utrumque, inquam, Euſtathiani docuerunt, & utrumq; Gangrenſis ſynodus anathemate ferijt. Et modò audiebamus alterum Cardinalem, dicentem, *quot hæreſes delirus ſtatuerit Euſtathius, tot contrà à Patribus ſtatutos canones.* Una igitur hæreſis, conjugium eſſe malum; & hæc damnatur canone primo: altera, presbyteros conjugatos tolerari non poſſe; & hæc in quarto anathemati ſubjicitur. Pendet quidem poſterior à priore, quemadmodum inter hæreſes quoq; & errores nexus & conſequentia eſſe ſolet. Nec non apud Pontificios decantatum illud, matrimonium propter annexam turpitudinem miniſtros ſacrorum dedecere. Quin ipſe Bellarminus adſerit,
l.1, de cler. cap.18. *quod actus conjugalis hominem reddat totum carnalem & ineptum ad div[ina].*

Prio-

Priorem igitur hæreſin ſi non omnino amplectuntur, adludunt tamen & quadamtenus accedunt: poſteriorem verò ex æſſe ſuam faciunt. Presbyteros enim conjugatos eorumque miniſterium non magis admittunt aut tolerant, quàm Euſtathiani, etſi fortè in reddenda ſui facti cauſsâ partem opinionis Euſtathianæ uſurpant, non totum.

Quod addit Bellarminus, *canone quarto non dici, QVI VXOREM HABET, ſed QVI VXOREM HABVIT*, admodum ineptum eſt. Verum ille et depravatam verſionem reliquis melioribus verſionibus & ipſi græco textui abſurdè præponit. Tres exſtant verſiones in tomis conciliorum, antiquæ duæ & una recentior Gentiani Herveti. Prior antiquarum, quæ Dionyſii Exigui eſt, à fonte græco deviat, & ad Romanam eorum temporum conſuetudinem ſive ab ipſo Dionyſio, ſive poſteà ab alio accommodata eſt. Habet autem ita: *Quicunque diſcernit à presbytero, qui uxorem habuit, quòd non oporteat, eo miniſtrante, de oblatione percipere, anathema ſit.* Altera antiqua, quam collectores canonum Burchardus & Gratianus exſcribunt, hæc eſt: *Si quis diſcernit presbyterum conjugatum, tamquam occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideo ſe abſtinet, anathema ſit.* Tertia nova Herveti eſt hujuſmodi: *Si quis de presbytero, qui uxorem duxit, contendat, non oportere eo ſacra celebrante oblationi communicare, anathema ſit.* Prima quidem verſionum verba partim obſcura ſunt, partim ad dictionem græcam non ſatis quadrant. Nos verſionem, quam ſuperius poſuimus, probabiliorem putamus. Poteſt etiam commodè verti in hunc modum: *Si quis dubitet* (ita διακρίνεσθαι in Scripturis, quarum phraſin canones imitari ſolent, accipitur) *à presbytero conjugato, quaſi hoc eo miniſtrante non liceat, oblationem ſumere, anathema ſit.* Cæterùm iſta nihil ad cauſſam noſtram. Cardo negotii non eo vertitur, quid ſignificet vox γεγαμηκώς. Significare eum, *qui uxorem habuit*, ut connotet privationem, quaſi nunc non amplius habeat, adeo abſurdum eſt, ut nemini ſano poſſit in mentem venire. Verſio itaque, quam Bellarminus ſequitur, nihili eſt & manifeſta depravatione ſequioribus eccleſiæ Romanæ conſuetudinibus accommodata. Vox autem ipſa, ſi ſpectetur origo & [illegible]ris, eum ſignificat *qui uxorem duxit*, præſcindendo utrum illam habeat adhuc, annón: ſi verò uſus auctorum, denotat con[illegible] in matrimonio viventem, quomodo veteres latini *nu-*

Lib. 3. cap. 75. diſt. 28. can. 25.

ptam

ptum dixerunt. Non invenietur, puto, aliter apud ſcriptores vel ecclesiaſticos vel exoticos. In Scripturis ſemel ſaltim apud Apoſtolum occurrit: τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ᾽ ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι. Id eſt juxta veterem vulgatam, *Iis autem qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere.* Γεγαμηκὼς itaq; phraſi Apoſtolicâ, quam canones imitari conſtat, *conjugatus* eſt, ſive in matrimonio conſtitutus. Adjungam etiam exemplum unum eccleſiaſtici & alterum exotici ſcriptoris: Clemens Alexandrinus Pædagogi libro ſecundo, capite decimo: Συνουσίας δὲ τὸν καιρὸν μόνοις τοῖς γεγαμηκόσιν ἀπολέλειπται σκοπεῖν. τοῖς δὲ γεγαμηκόσι, σκοπὸς ἡ παιδοποιΐα· τέλος δὲ, ἡ εὐτεκνία. *Tempus congreſſus iis ſolis conſiderandum relinquitur, qui matrimonio juncti ſunt. Junctis autem matrimonio ſcopus eſt liberorum procreatio: finis verò, ut boni ſint liberi.* Apud Dionem Caſſium Auguſtus equites Romanos ad matrimonia adacturus ἤθροισεν ἐς τὴν ἀγορὰν χωρὶς μὲν τοὺς ἀγυναίους σφῶν, χωρὶς δὲ τοὺς γεγαμηκότας, *coëgit in concionem ſeorſim quidem cœlibes ex iis, ſeorſim verò conjugatos.* Γεγαμηκότες itaque, qui in matrimonio vivunt. Nec ullum dubium, quin presbyteri, quos ab Euſtathianis rejectos hiſtoria & ſynodus teſtantur, tales. Neq; enim hîc alius uſus vocis, quàm apud cæteros ſcriptores: omnium verò minimè alius, quàm apud Apoſtolum. Et diſertè ſcribit Socrates, Euſtathianos averſatos eſſe communionem πρεσβυτέρου γυναῖκα ἔχοντος. Quod ſi æquè averſati fuiſſent communionem ejus, qui licet uxorem tunc non haberet, antè tamen habuiſſet; quâ fini conjugia dirimere & uxores à viris ſeparare inſtituiſſent? Fruſtra enim hoc, ſiquidem non modò eum, qui haberet, ſed etiam, qui habuiſſet, averſarentur. Ἐν οἴκοις γεγαμηκότων εὐχὰς ποιεῖσθαι μὴ βουλόμενοι, ajunt Patres in proloquio. Qualium verò? utiq; eorum qui uxores haberent: nam eâ gratiâ, ut idonei & digni iſto cœtu efficerentur, uxores aut ipſi dimittebant, aut illi avellebant. Canone quinetiam decimo παρθενεύοντας καὶ γεγαμηκότας opponunt: & in epilogo γάμου συνοίκησιν σεμνὴν pronunciant. Ex his omnibus liquidò perſpicitur, presbyteros conjugatos illis temporibus in eccleſiâ fuiſſe: rejectos verò ab Euſtathianis, & hos propterea à ſynodo Gangrenſi damnatos & anathemate perculſos eſſe. Habemus igitur in quarto ſeculo præter Nicænam, hanc quoque Gangrenſem ſynodum, communi eccleſiæ conſenſu ſemper receptam, &, ut ex Baronio diximus, ipſius Roma-

1\. Cor. 7. 10.

In init.

Lib. 56. in initio.

Romani pontificis auctoritate fultam, quæ conjugia presbyterorum admittat & probet, quin improbantibus anathema dicat.

Jam porrò faciem quarti hujus ſeculi intuentibus, occurrit pariter ipſa & exempla ad hiſtoriam & canones ſynodorum, de quibus hactenus egimus, convenientia. Nicænæ interfuit Arianorum malleus Athanaſius, tunc temporis diaconus, eò adductus ab Alexandro, Alexandriæ epiſcopo, cui quinto poſt ſynodum menſe ſucceſſit. Ejus jampridem epiſcopi epiſtola legitur ad Dracontium, monaſtico vivendi inſtituto, quod ſub id tempus in Ægypto admodum invaluerat, hactenus deditum, quin cujuſdam monaſterij præſidem, nuper verò delectum, propter ſingularem ſine dubio pietatis & doctrinæ famam, qui alicubi ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ epiſcopatu fungeretur. Detractabat autem ipſe & ſubterfugiebat, metuens inprimis, ne à ſeverâ iſtâ & adſtrictâ vivendi normâ, quam amplexus erat & continuare cupiebat, per epiſcopalem functionem avelleretur. Hunc ſcrupulum ei Athanaſius eximit, & oſtendit, etiamſi epiſcopi nonnulli in conjugio & communi Chriſtianorum more degant, nihilominus ab alijs itidem epiſcopis, modò ipſi velint, adſtrictam illam & ἀσκητικὴν vivendi rationem poſſe ſervari: neque enim eam ita monachis eſſe propriam, ut in epiſcopos cadere nequeat; neque laxiorem ſive communem vitæ modum ita epiſcopis tribui aut à monachis removeri poſſe, ut non ad eum ipſi interdum monachi, relicto ſuo propoſito, deflectant. Μὴ λέγε, inquit, μηδὲ πείθου τοῖς λέγουσιν ἁμαρτίας εἶναι πρόφασιν τὴν ἐπισκοπήν, μηδὲ ὅτι ἐκ ταύτης ἀφορμὴ τοῦ ἁμαρτάνειν ἐστίν. ἔξεστι γὰρ ἐπίσκοπον ὄντα πεινᾶν καὶ διψᾶν, ὡς Παῦλος. δύνασαι μὴ πιεῖν οἶνον ὡς ὁ Τιμόθεος, καὶ νηστεύειν καὶ αὐτὸς συνεχῶς, ὡς ὁ Παῦλος ἐποίει· ἵνα κατ' ἐκεῖνον οὕτως νηστεύων, χορτάζῃς ἄλλους ἐν τοῖς λόγοις, καὶ διψῶν ἐν τῷ μὴ πιεῖν, ποτίζῃς ἄλλους διδάσκων. μὴ οὖν ταῦτα προβαλλέτωσαν οἱ συμβουλεύοντές σοι. οἴδαμεν γὰρ καὶ ἐπισκόπους νηστεύοντας, καὶ μοναχοὺς ἐσθίοντας. οἴδαμεν καὶ ἐπισκόπους μὴ πίνοντας οἶνον, μοναχοὺς δὲ πίνοντας. οἴδαμεν καὶ σημεῖα ποιοῦντας ἐπισκόπους, μοναχοὺς δὲ μὴ ποιοῦντας. πολλοὶ δὲ τῶν ἐπισκόπων οὐδὲ γεγαμήκασι, μοναχοὶ δὲ πατέρες τέκνων γεγόνασι· ὥσπερ καὶ ἐπισκόπους πατέρας τέκνων καὶ μοναχοὺς ἐξ ὁλοκλήρου γένους μὴ τυγχάνοντας. καὶ πάλιν οἴδαμεν κληρικοὺς πίνοντας, μοναχοὺς δὲ νηστεύοντας. ἔξεστι γὰρ καὶ οὕτως, καὶ ἐκείνως οὐ κεκώλυται, ἀλλὰ πανταχοῦ τις ἀγωνιζέσθω. καὶ γὰρ ὁ στέφανος οὐ κατὰ τόπον, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρᾶξιν ἀποδίδοται. *Neque dicas, neque dicentibus credas epiſcopatum eſſe peccati cauſ-*

ſam, aut quòd per eum ſuggeratur occaſio delinquendi. Licet enim tibi etiam epiſcopo eſurire & ſitire, ſicuti Paulo: potes abſtinere vino, quemadmodum Timotheus, & frequenter etiam ipſe jejunare, quemadmodum fecit Paulus, ut ita ad ejus exemplum jejunans alios ſermonibus ſatures, & abſtinendo à potu ſitiens alijs doctrinam potandam præbeas. Ne itaq; talia proferant conſiliarij tui. Novimus enim & epiſcopos jejunantes, & monachos manducantes: novimus etiam epiſcopos non bibentes vinum, & monachos bibentes: novimus & ſigna facientes epiſcopos, monachos verò non facientes, ne videlicet vel ſeveritatem vel ſanctimoniam vitæ monachis in quarto, quem vocant, modo propriam eſſe, atq; apud eos vel ſolos vel omnes inveniri exiſtimes. *Multi quoq; epiſcopi matrimonia non contraxerunt, monachi verò* (abjecto continentiæ propoſito) *parentes liberorum facti ſunt: quemadmodum itidem* (ut harum rerum viciſſitudinem aperiamus, nec exactam & ἐξαίρετον illam vitæ rationem, contrà quàm ſe res habet & experientia comprobat, omnibus vel epiſcopis tribuamus vel monachis adimamus) *epiſcopos filiorum patres, & monachos* propoſiti ſui tenaces *ſobolis penitus expertes novimus; & itidem clericos bibentes & monachos jejunantes. Licet enim hoc modo, & altero non prohibetur*, id eſt, arbitrij eſt epiſcoporum; utrum uxorem habere, liberos gignere & communem vitam agere, an verò alteram illam ſolitariam & ἀσκητικὴν velint amplecti, nec ad alterutrum ullâ neceſſitate vel lege adiguntur, *ſed ubicumq; quis volet, decertato: corona enim non locorum* (ſive in monaſterio degas, ſive extra) *ſed factorum habitâ ratione confertur.* Videmus itaque licuiſſe epiſcopis in conjugio vivere & liberos gignere. Neq; eſt, quod dicatur ante ſuſceptum epiſcopatum licuiſſe, non pòſt. Athanaſius enim Dracontio, qualiter in ipſo epiſcopali ſtatu epiſcopo vivere liceat, ſuggerit & oſtendit. nam ad rem nihil faciebat, nec animum Dracontij turbabat vel turbare poterat, qualis epiſcoporum, antequam epiſcopatum adiiſſent, vita fuiſſet, cœlebsne an conjugata, communis an ἀσκητικὴ, ſed qualis in epiſcopatu eſſet vel eſſe ſoleret. Oſtendit igitur Athanaſius, epiſcopos quidem nonnullos conjuges eſſe & communem vitam vivere, non tamen omnes: integrum eſſe ijs, qui velint, cœlibem, ſolitariam & ἀσκητικὴν agere. Ne monachiſmi quidem profeſſioni repugnat uxorem habuiſſe vel liberos genuiſſe: repugnat tamen habere & liberos gignere. nam eo ipſo, quo monachus uxorem ducit, propoſitum deſerit & monachico vitæ generi renunciat; quale factum

olim,

o[illegible], conſtante ſibi interim indivulſoque, quod contractum fuerat, matrimonio, notâ levitatis & inconſtantiæ non vacabat, & pœnis canonicis ſive eccleſiaſticis obnoxium erat. At, quod attinet epiſcopum, ἔξεστι καὶ οὕτως, καὶ ἐκείνως οὐ κωλύεται, licet ei in epiſcopatu uxorem habere & more conjugatorum vivere; neque prohibetur alterius generis adſtrictam & ſolitariam vitam, qualem monachi degunt, amplecti. Utriuſq; ille habet poteſtatem: utrum velit, poterit ſectari; ob neutrum reprehendi. Hanc eſſe mentem ſancti Athanaſij ſatis manifeſtum eſt.

Illuſtre exemplum & nomen nunc ſubjicio, Gregorium videlicet Nazianzeni in Cappadociâ epiſcopum, alterius Gregorij, magni eccleſiæ doctoris κατ᾽ ἐξοχὴν Theologi dicti, & oratorum ac poetarum Chriſtianorum facilè principis parentem, qui hunc ipſum filium in presbyteratu, aut fortè etiam epiſcopatu, genuit. Ejus rei indubitatos teſtes damus & patrem & filium. A patre enim adhunc modum ſe compellatum fuiſſe filius ſcribit:

Πατήρ σε λίσσεθ᾽ υἱέων ὦ φίλτατε, *Carm. de vitâ ſuâ.*
Πατὴρ ὁ πρέσβυς τὸν νέον. Et poſteà:
Οὔπω τοσοῦτον ἐκμεμέτρηκας βίον,
Ὅσος διῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος.
Dilecti fili, te obſecrat tuus pater,
Pater ſenex juvenem.—
Nondum tot anni vitæ totius tuæ,
Quot in ſacris mî ſunt peracti victimis.

Evidentiſſimum igitur eſt, Gregorium filium à patre ſacerdote, fortè etiam epiſcopo, genitum eſſe. Et quum Gregorium majorem natu, Cæſarium fratrem minorem fuiſſe conſtet, non illum modò, ſed hunc quoque ex patre ſacerdote natum eſſe certiſſimum eſt. Et quid, obſecro, poteſt eſſe clarius? quid certius? Cæſar tamen Baronius, qui antiquitatem reluctantem & renitentem hodiernis Romanæ eccleſiæ moribus aptare, *& ſtellis nebulam ſpargere candidis* ſibi ſemper putavit palmarium, fuligine hîc quoq; claram lucem inficere conatur: quam ut removeamus, non pigebit haut minorem pro explicandâ veritate operam, quàm ille pro intricandâ ſumſit, adhibere, & nonnulla aliquantò altiùs repetere & pleniùs ediſſerere.

Gregorius pater, *quum res ita tuliſſet, ut ad profligandum nuper exortum Arij inſanum dogma permulti epiſcopi Nicæam properarent, Deo ſeſe veritatisq́ præconibus tradidit, ac deſiderium* baptiſmi *confitetur, communemq́ ſalutem ab ijs poſcit, inter quos eximius erat Leontius, qui metropolin* Cappadociæ Cæſaream *tunc moderabatur.* Talia verò, quum catecheſi imbueretur, & poſteà baptizaretur, contigerunt, quæ eum ſacerdotio brevi admotum iri portenderent, ut baptiſtes etiam ipſe, quem presbyterum fuiſſe reor, altâ voce pronunciaret, ὅτι τὸν ἑαυτοῦ διάδοχον τῷ πνεύματι χρίοιτε, quòd ſuum ipſius ſucceſſorem, ſive qui ipſius vices ſubiturus eſſet, ſpiritu imbuiſſet. Non diu igitur à baptiſmo factus eſt presbyter; & poſteà etiam, haut magno intervallo, epiſcopus: quemadmodum hæc omnia ex oratione filij, quam præſente Baſilio magno in funere patris habuit, intelliguntur. Nupta autem erat Gregorio patri Nonna, Chriſtianis parentibus orta, pietate & virtutibus illuſtris matrona, quæ quum deſiderio maſculæ prolis teneretur, eam ſe Deo, ſi potita eſſet, reddituram promiſit.

Αὕτη ποθοῦσα παιδὸς ἄῤῥενος γόνον
Ἰδεῖν ἐν οἴκοις, πρᾶγμ' ὃ τοῖς πολλοῖς φίλον,
Θεῷ προσωμίλησε, καὶ δεῖται πόθου
Τυχεῖν· ἐπεὶ δ' ἦν δυσκάθεκτος τὴν φρένα,
Δῶρον δίδωσιν ὧνπερ ἠξίου λαβεῖν.
Καὶ τὴν δόσιν φθάνουσα τῇ προθυμίᾳ·
Καὶ τοίνυν εὐχῆς οὐχ ἁμαρτάνει φίλης.
Ἀλλ' ἦκεν αὐτῇ δεξιὸν προοίμιον.
Ὄψις, σκιὰν φέρουσα τῶν αἰτουμένων.
Ἐμὸν γὰρ εἶδος ἐμφανῶς παρίσταται,
Καὶ κλῆσι· τοῦδ' ἦν ἐξ ὀνείρου νυκτὸς χάρις.
Ἐγὼ γὰρ αὐτῆς εἰμὶ, εἰ μὲν ἄξιος
Εὐχῆς, τὸ δ' ἄφεν οὐδ' δυνατὸς Θεοῦ.
Εἰ δ' ἀνάπτυκτος, τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας.

Sic in Jambis de vitâ ſuâ ipſe qui editus fuit filius, quos latinè convertit Leon. lav. ius in hunc modum:

Deſiderabat illa filium marem
Domi videre, quod complures expetunt.

Ergo

Ergo Deum precatur, voti fiat ut
Compos moderari quumq; non poſſet ſibi,
Donabat illum, quem poſcebat a Deo,
Donum antevertens deſiderio pectoris.
Nec inane votum hoc illius tandem fuit.
Obatum ei nimirum commodum initium eſt,
In ſomnio umbra viſa ejus quod poſceret.
Etenim mea ipſi forma perſpicuè adſtitit,
Eidemq; nomen noctu cognovit meum.
Sic editus ſum; ac ſi voto reſpondeo,
Id ipſius donum eſſe ſtatuamus Dei:
Sin autem, adſcribatur delictu meis.

Oratione in obitum patris ita loquitur: *μέγα δ᾽ ἐπιχείρημα, ὅτι καὶ πρὸ γενέσεως ἡμᾶς καθυπέσχετο τῷ Θεῷ, μηδὲν τὸ μέλλον εὐλαβηθεῖσα, καὶ γεννηθέντας εὐθὺς ἀνέθηκε. Θεοῦ δὲ τὸ μὴ παντῃ διαμαρτεῖν αὐτὴν τῆς εὐχῆς, μηδὲ ἀπώσασθαι τὸ καλὸν ἱέρημα.* *Illud matris factum eximium fuit, quòd nos prius etiam quam naſceremur, DEO, nihil futuri eventus metu exterrita, promiſit, & in lucem editos ſtatim conſecravit: Dei autem beneficium, quòd non omnino voto excideret; neq; victima repudiaretur.* Hic quidem nativitatem ſuam ante patris converſionem & baptiſmum commemorat: quia videlicet patrem laudaturus, quale matrimonium ſortitus eſſet, inter cætera, vel potiùs ante cætera oſtendit, & ad virtutes matris deprædicandas digreſſus, quæ huc facerent, conjunxit, nempe quam â pietate Deum coluerit, beneficentiâ pauperes ſuſtentaverit, diligentiâ domum adminiſtraverit. *Rem familiarem*, inquit, *induſtria & ſolertia juxta leges mulieri forti à Salomone præſcriptas ita auxit, quaſi pietatem colere neſciret: Deo rurſus diviniſq; rebus ita ſeſe totam adjunxit, tamquam a rerum domeſticarum procuratione plurimùm abeſſet: neq; ab alterutro horum quicquam impedita eſt, quò minùs alterum impleret; quin potiùs utrumque alterius ope fulcivit & confirmavit.* Addit quam ardenter orare, quàm frequenter jejunare, quàm reverenter ſacra audire, quam diligenter infidelium conſortia declinare, quàm fortiter adverſa ſuſtinere conſueverit; ſubjiciens denique, quomodo nondum natum filium Deo conſecraverit, & quantoperè, ut ad veram fidem maritus adduceretur, laboraverit, quod etiam tamdem feliciter effectum dederit, poſtquam Deum precibus & maritum

 moni-

monitis, obſequijs exemplo urgere numquam deſtitiſſet. Et ſic in maternas laudes digreſſus illarum ipſarum ductu ad res patris explicandas revertitur. Manifeſtum eſt igitur hîc ordinem rerum & perſonarum, ut ita dicam, non temporum ſervari. In carmine verò de vitâ ſuâ ſacrum patris miniſterium nativitati ſuæ præmittit. Sed, ut pergamus, Gregorius filius Cæſareæ primùm literis operam dedit, ut annotat in vitâ ejus Gregorius presbyter, & ipſe oratione in laudem Baſilij fatetur. Exin Alexandriam profectus eſt: Alexandriâ Athenas, earum in ſtudijs famâ, quorum amore flagrabat, excitus. Quâ ætate fuerit, quum Alexandriâ Athenas navigaret, ipſe jambis de vitâ ſuâ indicium facit.

Ἄχνους παρειά, τῶν λόγων δ᾽ ἔρως ἐμὲ
Θερμός τις εἶχε. —
Ὅπερ δὲ πάσχει θερμότης ἀεὶ νέων,
Ὁρμαῖς ἀτάκτοις εὐκόλως ῥιπίζεται,
Ὡς πῶλος ἄτλων εἰς δρόμους, θυμοῦ πλέως
Πέπονθα τοῦτο· τῆς γὰρ ὥρας παντελῶς
Ἔξω, θαλάσσης οὔκεθ᾽ ἡμερουμένης.
Ταύρου τιν᾽ ὥραν οὐκ ἀκίνδυνον φασὶν
Οἱ ταῦτα δεινοί, πλεῖν θρασεῖς ἀλλ᾽ οὐ φρενός.
Τότ᾽ οὖν Ἀλεξάνδρειαν ἐκλιπὼν ἐγώ,
Ἄρας ἔτεμνον πόντον εὐθὺς Ἑλλάδος.

Erant genæ imberbes mihi, erga literas
Flagrabam amore magno. —
Nimio calori quod adoleſcentum accidit,
Inordinato qui feruntur impetu,
Ceu pullus animi plenus ad curſum exſilit,
Idem accidit mihi. nam alieno tempore,
Quo non fuerit eſſe tranquillum mare,
Sed excitari fluctus à Tauro ſolent,
Loquuntur ut docti, quum prudens navigat
Nemo temerè; tum Alexandream deſerens,
Conſcendo navim & Græciæ pontum ſeco.

Per illum igitur adoleſcentiæ fervorem ſive imprudentiam & impotens Athenarum deſiderium, capitis periculum adijt, quum parum abeſſet

abe[illegible] à naufragio, maternis precibus & ope divinâ ereptus. Ἐπεὶτ' Ἀθῆναι καὶ λόγοι. *Exinde Athenæ & ſtudia*, de quibus prolixè oratione in magnum Baſilium, quem in illâ celeberrimâ orbis terrarum academ[ia] paris inſtituti ſocium & conſortem habuit. Erant iſti duo ὁμόστεγοι, ὁμοδίαιτοι, συμφυεῖς, τὸ ἓν βλέποντες, *contubernales, commenſales, concordes, unum idemq́ ſpectantes*, ut loquitur ibi Gregorius; digni ſanè, quos tamquam exemplar inſigne omnes pietatis & ſapientiæ ſtudioſi intueantur, & quantâ maximâ poſſunt curâ induſtriâq; exprimant, atq; hinc adeo, quomodo in academiis vivere & quales familiares adſciſcere oporteat, diſcant. Ἑταίρων ὡμιλοῦμεν, ait Gregor. οὐ τοῖς ἀσελγεστάτοις, ἀλλὰ τοῖς σωφρονεστάτοις· οὐδὲ τοῖς μαχιμωτάτοις, ἀλλὰ τοῖς εἰρηνικωτάτοις, καὶ οἷς συνεῖναι λυσιτελέστατον· εἰδότες ὅτι κακίας ῥᾷον μεταλαβεῖν, ἢ ἀρετῆς μεταδοῦναι· ἐπεὶ καὶ νόσου μεταςχεῖν μᾶλλον, ἢ ὑγίειαν χαρίσασθαι. *Non cum petulantiſſimis quibusque ſodalium conſuetudinem habebamus, ſed cum modeſtiſſimis & temperantiſſimis; neq; cum pugnaciſſimis, ſed cum pacatiſſimis, & cum quib. converſari maximos fructus afferret: gnari videlicet, multo faciliùs vitium contrahi, quàm virtutem communicari, quemadmodum promtius quoq; eſt morbido contagio affici, quàm remedium conſequi.* Prior Athenas venerat Gregorius, & ut Baſilio, qui poſterior accedebat, initiationis, quam hodie in Germaniæ academiis mos depoſitionis, ut vocant, imitatur, gratia fieret, impetravit. Baſilio primulùm non arridebant Athenæ, nec famæ vel exſpectationi reſpondere videbantur. Regeſſit autem Gregorius, *ut mores hominum non niſi multo tempore & ex perfecta familiaritate, ita quoque eruditionem ex paucis argumentis & exiguo tempore cognoſci non poſſe.* Haut exiguum itaque tempus Athenis & ſtudiis uterque impenderunt, & eò rem tandem deduxerunt, *ut non ſolum apud præceptores & ſocios* (dicam hæc quoque verbis Gregorij à Billio converſis) *ſed apud totam etiam Græciam, ac præſertim clariſſimos quoſque Græciæ viros illuſtri fama celebrarentur. Quin etiam ultra Græciæ fines, ait, progreſſi ſumus, ſicut multorum ſermone compertum eſt. Nam ut quocumq; Athenarum fama, eodem quoq; præceptorum noſtrorum fama ſeſe proferebat: ita quicumq; præceptores, ijdem quoq; nos cognoſcebant, ſimulq́; de nobis audiebant & loquebantur: ac par quoddam non obſcurum & incelebre apud eos & eramus & dicebamur.* Subjungit, quomodo ceteris diſciplinis propter corporis ἀρρωστίαν καὶ νοσηλείαν Medicinam Baſilius adjunxerit. ὅθεν ἀρξάμενος εἰς ἕξιν τῆς τέχνης ἀφίκετο. *Inde exorſus ad artis habitum tandem pervenit.*

Εἶχε

Εἶχε μὲν οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ πλήρης παιδεύσεως ἡ φορτίς. Atq; hæc quidem ita ſe habebāt, eratq; doctrina mercib navis onuſta, quantum quidē humana natura adſequi datur. Parant itaq; diſceſſum: ſed quum ægrè cùm à commilitonibus tum à præceptoribus dimitterentur, Baſilius ſolus relicto Athenis Gregorio abit: quamquam Gregorius quoque, qui deſiderium conjunctiſſimi ſodalis, patriæ & parentum haut diutiùs ferret, poſt modicum intervallum ſequitur. Sic itaque Baſilio Gregorius & in acceſſu prior, & in diſceſſu poſterior. His de rebus & diuturnitate ſtudiorum ſuorum ipſe carmine de vitâ ſuâ:

> Μῦνον ἐμοὶ φίλον ἔσκε λόγων κλέος, οὓς συνάγειραν
> Ἀντολίη τε, δύσις τε, καὶ Ἑλλάδος εὖχος Ἀθῆναι.
> Τοῖς ἔπι πολλ' ἐμόγησα πολὺν χρόνον.
> *Sola meum ardenti pectus ſtimulavit amore*
> *Doctrina, Argolicæ quam gloria gentis Athenæ*
> *Quæſivere mihi, ſolisq; occaſus & ortus.*
> *In quâ multum operæ poſui, multumq; laboris*
> *Permultis annis ſubij.*

Quoto autem ætatis anno Athenis diſceſſerit, diſertè in Jambis, è quibus pridem nonnulla depromſimus, expreſſit.

> Καὶ γὰρ πολὺς πέτριπτο τοῖς λόγοις χρόνος.
> Ἤδη τριακοστὸν μοὶ σχεδὸν τοῦτ' ἦν ἔτος.
> *Nam tempus ingens fluxerat jam in literis,*
> *Triginta & annos penè tunc exegeram.*

Venit Alexandriâ Athenas, quum eſſet adhuc ἄχνους παρειά, *ſine lanugine gena*, ut diximus ſuprà; diſceſſit ætatis anno trigeſimo. Commoratus itaq; fuit decennium, vel paullò certè minùs. Neq; verò multùm artiore tempore fieri potuit, ut Baſilius & Gregorius tantam eruditionem & tam perfectam acquirerent, & illuſtrem adeo celebremq;, non Græciæ modò ſed exteras quoq; oras pervagatam famam, quemadmodum oſtenſum eſt ſuperiùs, conſequerentur, & Baſilius etiam cæteris multis diſciplinis medicinam, ad perfectū uſq; habitum, adjungeret. Hæc inquam omnia diuturnum tempus & complures annos Athenis exactos fuiſſe arguunt. Interea verò eodem venit Julianus, qui poſtquam imperium nactus fuit, à fide Chriſtianâ deſcivit. *Noſtram eruditionem & pietatem Athenis cognoverat* Julia-

Julianus, ait Gregorius oratione in laudem fratris Cæſarii. Et invectivâ poſteriore in ipſum Julianum, ſe cum homine Athenis verſatum fuiſſe, & ex vultu, habitu & geſtibus pravam indolem animadvertiſſe adfirmat. τοῦτον πρὸ τῶν ἔργων ἐθεασάμην, ὅν καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ἐγνώρισα. καὶ εἴ μοι παρῆσαν τινες τῶν τηνικαῦτα συνόντων καὶ ἀκουσάντων, οὐ χαλεπῶς ἂν ἐμαρτύρησαν. οἷς ἐπειδὴ ταῦτα ἐθεασάμην, εὐθὺς ἐφθεγξάμην, οἷον κακὸν ἡ Ῥωμαίων γαῖα τρέφει, καὶ προσαγορεύσας καὶ γενέσθαι ψευδόμαντις ἐμαυτοῦ κατευξάμενος. *Talem ante opera conſpicatus ſum, qualem in operibus poſteà cognovi. Quod ſi quidam ex iis, qui tum ſimul erant, quidq; dixerim audierunt, nunc mihi preſtò eſſent, haut ægrè teſtarentur. Quibus, ut iſta conſpexi, ſtatim proloquutus ſum, Quale malum Romanorum terra nutrit; præfatus licet, ac mihi, ut falſus vates eſſem, imprecatus.* Certum igitur eſt Julianum Athenis Gregorio viſum & cognitum. Venit autem Athenas Julianus ἄρτι τῶν κατὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ νεωτερισθέντων, τὸν βασιλέα τοῦτο αὐτὸ παραιτησάμενος, *ſtatim poſt ea, quæ adverſus fratrem*, nempe Gallum vitâ & imperio à Conſtantio exutum, *deſignata ſunt, quum, idipſum ut ſibi liceret, Imperatorem exoraſſet.* Convenit Ammianus Marcellinus, ſcribens poſt interitum fratris, eliſâ accuſatione & evitato, quod etiam ipſi intendebatur, periculo, *pro colendi ingenii cauſſâ, ut cupidine flagravit, ad Græciam ire permiſſum eſſe.* *lib.5.n.1.* Periit autem Gallus, ut ex eodem Marcellino diſcimus, ſe tertiùm & Conſtantio ſeptimùm COSS. hoc eſt, anno æræ Chriſtianæ CCCLIV. *l.14.n.9.* Hoc ipſo igitur Athenas venit Julianus; proximo, qui Arbetionem & Lollianum conſules habuit, *haut ita dudum ab Achajâ acitus, etiam tum palliatus, ad ſocietatem imperii* à Conſtantio motibus Gallicis exterrito *adſcitus.* *l.15.n.7.*

Iſta uberiùs & operoſiùs enarrandi neceſſitatem nobis impoſuit Pater annalium Baronius, qui Herculeis ſuis laboribus id conſequutus eſt, ut antiquitatem eccleſiaſticam multis quidem in locis illuſtraſſe & explicuiſſe, ſed longè pluribus iiſque ferè majoris momenti obſcuraſſe & involviſſe deprehendatur. Quâ re & ſuam ſibi gloriam ipſe detraxit, & laborem ſtudioſis veritatis adauxit. Inſigne ſpecimen præbuit in torquendâ hac ipsâ Gregorii patris in epiſcopatu conjugati liberoſque generantis hiſtoriâ. Quæcumque verò attulit, ex iis quæ modò nos enarravimus, nullo negocio diſſolvi poſſunt. Miſera enim res eſt ſycophanta & ſophiſta: quas argutiolarum telas magno molimine texuit, ut aranearum, levi incum-

 bente

bente aurâ mox diſruptas videre cogitur. Apponemus autem quæcumque adverſus hujus rei evidentiam eſt molitus, ut intelligant & tantùm non manibus palpent ſtudioſi, Baronio pro moribꝰ hodiernis Romanis ſatagenti nihil omnino credendum eſſe: offundere eum oculis lectorum ſuorum technarum & inventiuncularum fumum, qui quàm temerè coiverit, tam quoque facilè diſſipatus auctori ſuo ingenii judiciive laudem nullam relinquat, integritatis verò & candoris omnem adimat. Nec aliâ mercede, etſi Romæ purpuram mereantur, digni ſunt, qui antiquitatem eccleſiaſticam eâ fini tractant, ut corrumpant & pravis opinionibus aptent.

Anno 371. *num*. 102. Audiamus ergo ipſum, quid adferat. *Cave*, inquit, *lector hyperbolen in hiſtoriâ: in præceps enim fereris currens, niſi ubi veſtigia figas, cautè conſideres.* Mirum, nî Romæ, quum hæc ſcriberentur, exclamaverint omnes, *Facetè, lepidè, lautè, nihil ſuprà.* Uno verbo Baronius totam jugulat cauſſam, hyperbolen in conſignatione numerorum ſtatuens, ubi æquè ei locus, ac cani in balneo. Quis me ferat homini tricenario dicentem, Tot annos natus non es, quot in publicâ profeſſione ego exegi? Nulla profectò hyperbole à mendacio me excuſaverit. Apage inſulſam & ſtolidam hyperbolen. Pergat autem Baronius: *Quidnám eſt dicere, plures habuiſſe annos in epiſcopali functione Gregorium ſeniorem, quàm Gregorius filius ætatis eſſet; niſi neceſſariò affirmare, ipſum genitum eſſe, quum jam pater eſſet epiſcopus?* Ita eſt Baroni, aliter nemo poteſt capere vel ratiocinari: neq; adverſus evidentem veritatem incertas & frivolas conjecturas admittere oportebat, nedum excogitare; quod indocilis, diſtorti & vafri ingenii argumentum eſt. *Quàm caro precio, ait, ſibi emerent ejuſmodi exemplum tum recentiores Græci, tum Latini incontinentes, qui à fide catholicâ exſulant hæretici, cœlibatus hoſtes?* Olim Herculis ſacra Lindi ſine maledictis non celebrabantur: hodie annales eccleſiaſtici Romæ ſine conviciis non ſcribuntur. Quin ſicut ibi ſacra pro violatis habebantur, ſi vel alicui imprudenti bonum verbum excidiſſet: ita hîc res malè geritur, ſi antiquæ catholicæque ſinceritatis ſtudioſi ſuo nomine appellentur, & qui conjugium vagis fœdisq; libidinibus præferunt, hæretici & cœlibatus hoſtes non proclamentur. Neque tamen opus eſt nobis, ut exemplum quod obvium eſt & ultrò offertur, ullo precio emamus. Ipſe verò care ſine dubio emeret aliquid ſolidæ oppoſitionis, quo exemplum noſtrum efficaciter impugnare poſſet, modò venale exſtaret.

ſtaret. nam quàm frivola & inefficacia ſint, quibus utitur, mox patebit. *Ceterùm, inquit, id hyperbolicè dictum eſſe, etſi aliæ rationes ad manifeſte probandum deeſſent, illud perſpicuè omnino demonſtrat, quòd generare filios in epiſcopatu procul à moribus legibusq́; eccleſiaſticis eſſet, tamq́; in occidentali, quàm etiam in orientali eccleſia, hoc potiſſimùm ſeculo, firmiter cuſtoditum: quod quidem certum exploratumq́; haberi, quæ primo Annalium tomo, ubi de his fuſiùs actum eſt, aliiſq́; in locis ſæpe dicta ſunt, luce clarius manifeſtant.* Iſta videlicet techna eſt Baroniana. Remittit nos ad primum tomum & primi ſeculi hiſtoriam, quaſi vel rem ibi probaſſet, vel lex cœlibatus in primo ſeculo fundamentum haberet. Egit ſanè de cœlibatu ſacrorum miniſtrorum in anno LIIX: ſed nihil ad eum ſtabiliendum protulit, neque verò proferre potuit, quod ætate Gregorium antiquius vel ei ſaltem ſuppar eſſet, niſi fortè Illiberitanum concilium, cui tamen auctoritatem ipſe priùs detraxerat. Nam quod ibidem dixit à Nicænâ ſynodo uxorum conſortium prohiberi, & à Baſilio magno presbyterum, quòd uxorem in domum admiſiſſet, increpari, profligati pudoris mendacia eſſe ſuis ſuprà locis demonſtravimus. Cætera, quæ ibi profert, omnia, temporibus de quibus nunc agimus, Gregorianis inquam, recentiora ſunt. Et hoc ſcilicet eſt oſtendere, Gregorium in ſacro miniſterio liberos non genuiſſe, quia obſtiterint leges eccleſiaſticæ. *Quonam, ait, modo vel fingi poteſt, Gregorium ſeniorem adeo ignominioſè leges eccleſiaſticas proculcaſſe, quem etiam adhuc ethnicum virtutibus egregiè excultum Gregorius filius prædicat, factumq́; Chriſtianum omni ſtudio morum fidei adæquaſſe commendat?* Si leges has eccleſiaſticas, quibus uſu conjugii Gregorius prohibitus fuerit, à Baronio requiras, ad primum tomum remitteris. Nempe vult te credere, primis ſeculis eas viguiſſe, & inde ad Gregorianam ætatem tranſiviſſe: quomodo ſanè rem ſe habere oporteret, ſiquidem verè Gregorius prohibitus fuiſſet, & argumentum ſtringeret. At ubi te, quò ablegatus es, contuleris, præter unum atq; alterum falſi crimē nullas niſi recentiores conſtitutiones reperis. Id eſt lectorem ludos facere & naſo ſuſpendere: ſed aliter novæ opiniones non probantur, nec aliud in Annalibus ſæpius occurrit artificium. Pergat itaque: *Vel quonam pacto ejuſmodi ſuorum natalium labem ſic ipſe Gregorius propalare non veritus eſſet, quæ divinitus accidiſſe tantopere prædicat?* Iterum ad eumdem lapidem impingit Baronius: quæ falſa ſunt, ſumit tamquam certa; & veteris ec-

num. 18. & ſeqq.

cleſiæ mores ex hodiernæ Romanæ moribus æſtimat. In quâ ſanè è presbytero naſci, profligatâ hactenus honeſtate matrimonii, ingens & pudenda natalium labes eſt: eſt enim fornicatoris & ſcorti filium eſſe; quales apud Pontificios nusquam ferè, minimè autem omnium, ubi ampliora & opulentiora collegia ſunt, deſiderantur. At apud veteres, quibus conjugii dignitas in ipſo quoque clero conſtabat, apud quos univerſim, ſive populum ſive ſacros miniſtros reſpiceres, σωφροσύνη erat ἡ τῆς νομίμου γυναικὸς συνέλευσις, ut Paphnutius; & γάμου συνοίκησις σεμνὴ, ut Gangrenſes loquuntur, honori fuit presbytero vel epiſcopo parente natum eſſe, non dedecori.

Sed præter hæc, ait Baronius, *quæ ſufficere ſatis poſſent*, ſi quis, puta, ultrò decipi velit, *fortiori adhuc argumento res tanta demonſtranda eſt.* Aures igitur arrigite & animum advortite. Prodit novum argumentum, ſi non validius, certè operoſius. *Revocemus*, inquit, *orationem ad ipſius Gregorii junioris ætatis annos, ut ex his, ratione numeri rectè ſubductâ, intelligere valeamus, ipſum non ſolùm antè parentis epiſcopatum natum eſſe, ſed etiam antequam ille fieret Chriſtianus. Teſtatur namq; ipſe de ſe, quum Athenis eſſet unà cum Baſilio, ſe fuiſſe ætatis annorum triginta: ait enim:*

Nam tempus ingens fluxerat jam in literis.
Triginta & annos penè tunc exegeram.

Erat autem id tempus, quando Iulianus apoſtata, ut idem Gregorius tradit, Athenas ſe contulit, nempe COSS. Conſtantio VII. & Gallo III. Eſt is annus Domini trecenteſimus quinquageſimus quartus. Quòd ſi tunc erat Gregorius annos triginta natus, fateri opus eſt, natalem ejus contigiſſe anno Domini CCCXXIV, nempe anno ante Nicænum concilium, quo tempore Gregorius parens ethnicus adhuc erat; quem baptizatum fuiſſe idem Gregorius minor tradit eo tempore, quo celebratum eſt ipſum Nicænum concilium, nempe anno Domini CCCXXV. Quanto autem tempore vixerit laicus, antequam initiaretur ſacris ordinibus, vel poſteà eligeretur epiſcopus, ignoratur. Vt planè intelligas, longè abeſſe, ut parente epiſcopo ipſe Gregorius naſceretur: ſi præſertim his conſentientia jungas, quæ habet idem ipſe Gregorius oratione habitâ in funere patris, ubi adeo manifeſtè natalem ſuum recenſet, antequam pag. 213. *pater initiaretur ſacro baptiſmo.* Quomodo & quâ ratione id à Gregorio factum ſit, diximus ſuprà; nec quicquam attinet hîc repetere, quum, qui iſta legerit, ſatis intelligat, non propterea natalem Gregorii baptiſmo patris eſſe priorem, quia ibi nativitatis ſuæ mentio-

nem

nem priùs injiciat, quàm de baptiſmo patris agere incipiat. Prior autem illa ratio, quamvis aliquanto ſive ſpecioſior ſive ſpinoſior, per facilitate ex eâ parte hiſtoriæ Gregorianæ, quam ipſiusmet verbis paullò antè recitabamus, diſſolvitur. Verum quidem eſt Julianum anno æræ Chriſtianæ CCCLIV. Athenis fuiſſe & à Gregorio viſum eſſe: ſed hunc annum cum trigeſimo ætatis Gregorii, quo is ſe Athenis abiiſſe commemorat, componi oportere verum non eſt. Nam ut hoc ſit, neceſſe fuerit ponere, Gregorium non niſi unicum annum cumq; ætatis ſuæ trigeſimum Athenis exegiſſe, & hoc eodem, quo acceſſerit, diſceſſiſſe. Quod quantopere à vero abhorreat, rem putanti & Gregorii verſus ac orationem legenti manifeſtum eſt. Nempe ſtudium Gregorii Athenienſe, quum adhuc genæ ſine lanugine eſſent, incoatum & usque ad trigeſimum annum ætatis continuatum, & ad ſummum perfectionis famæque faſtigium, quæ omnia ex ipſius verbis ſuprà patuêre, perductum, res decennii fuit, vel paullò minùs. Interea temporis anno puta ſuo vigeſimo ſecundo, vel tertio, vel quarto, vel quincto, vel ſexto, vel ſeptimo, aliquo inquam horum Julianum vidit, non ipſo illo, quo tandem diſceſſit, trigeſimo. Sic itaque techna & ſtructura Baroniana

——————ſupremum
Congemuit, traxitq́; jugis avulſa ruinam.

Vindicavimus natales Gregorii Theologi, cumque patre ſacerdote vel epiſcopo natum eſſe evicimus. De Cæſario verò ejus fratre, utpote aliquot annis minore, ne dubitari quidem poteſt. Et jam, quod nec ipſi adverſarii, niſi fortè pauci ferreæ frontis & plumbei cordis, negaverint, rem factam habemus. Nullo in eccleſiâ ad hæc usque tempora cognito vel audito Apoſtolico præcepto cœlibatus clericis injungitur; nullo, quod auctoritatis alicujus ſit, eccleſiaſtico: ſed è contrario conjugium eorum à celeberrimis & in ſummæ auctoritatis arce collocatis Nicæno & Gangrenſi conciliis admittitur imò probatur, & illuſtribus magnorum virorum exemplis commendatur. Qui igitur Apoſtolicâ ſanctione cœlibatum clericis impoſitum eſſe affirmant, mendacii nimis manifeſti ſeſe alligant & ſuæ abſurdiſſimæ opinionis palàm damnantur. Qui verò eccleſiaſticas conſtitutiones temporibus, de quibus hactenus egimus, recentiores adducunt, neceſſe habent fateri, eas primis & purioribus

ſeculis, à quibus genuinam traditionem peti & derivari oporteat, incognitas fuiſſe, imò à ſententiâ & moribus eatenus receptis deviare, & propterea pari aut majore etiam, quàm inſtitutæ fuerint, facilitate, præſertim ex quo nihil in eccleſiam utilitatis aut decoris, ſed noxæ & opprobrii plurimum invehere deprehenſæ ſunt, abrogari potuiſſe & etiamnum poſſe.

Liceret hîc acquieſcere & gradum ſiſtere. Nec validiorem uberioremvé demonſtrationem vel à nobis quiſquam jure queat exigere, vel nos cuiquam debere. Lubet tamen ulteriùs aliquantum progredi, & obiter, quomodo ſequioribus ſeculis res, quà conjugium clericorum, in eccleſiâ ſeſe habere cœperint, oſtendere.

Priusquam autem à Gregorio abeamus, unicum adhuc ejus de conjugio teſtimonium adferemus. Audivimus in ſuperioribus adſerentem de matre ſuâ, quòd curâ rei familiaris à ſtudio pietatis & cultu Dei non fuerit avocata. Idem de ſorore ſuâ Gorgoniâ adfirmat. Verba ex interpretatione Billii appono. *Quum in duo hæc genera vita omnis noſtra diviſa ſit, nimirum in matrimonium & cœlibatum; quorum alterum ut præſtantius & divinius, ita majoris quoque laboris & periculi, alterum humilius quidem & abjectius, cæterum minori periculo obnoxium;* (in græco eſt, καὶ τῆς μὲν (ἀγαμίας) οὔσης ὑψηλοτέρας τε καὶ θειοτέρας, ἐπιπονωτέρας δὲ καὶ σφαλερωτέρας, τοῦ δὲ (γάμου) ταπεινοτέρου καὶ ἀσφαλεστέρου) *vitatis utriusque ſtatus incommodis, quicquid in utroque commodi erat, delegit, in unumq́; coëgit, alterius nempe ſublimitatem, alterius ſecuritatem, fuitq́; citra ſupercilium pudica, cœlibatus commoda matrimonio temperans, ac reipsâ oſtendens, neutrum horum ſuapte naturâ tale eſſe, ut nos prorſus vel Deo vel mundo adſtringat, vel ab his penitus nos ſeparet, ſic quidem ut alterum naturâ omnino fugiendum ſit, alterum prorſus expetendum: verum mentem eſſe, quæ & nuptias & virginitatem rectè moderetur, atq; utrumque horum inſtar materiæ cujuſpiam ab artifice ratione componi, & ad virtutem elaborari.* Non magis hanc veterum doctrinam cum ſuâ hodiernâ, quàm exempla cum moribus conciliare poſſunt Pontificii.

pag.213.
orat. in Gorgon.

Gregorio Nazianzeno jungimus Gregorium Nyſſæ epiſcopum, Gregorii filii æqualem, Baſilii magni fratrem, qui de Virginitate ſcribens ſemet ejus exſortem in conjugio vivere fatetur. *Utinam,* inquit, *aliquo modo fieri poſſet, ut ex hoc ſtudio mihi quoque aliquid amplius contingeret, quò propenſiore animi voluntate ego in hoc ſtudii genere laborem poſſuiſ-*

cap.tert.

poſuiſſem. quoniam ſi eâ ſpe ducerer, ut quemadmodum frugum, quæ ex aratione trituráve percipiuntur, partem ego quoq; aliquam ferrem, accuratè ſanè in hac oratione elaboraſſem. Nunc verò mihi virginalium laudum cognitio quodammodo inanis eſt ac minimè fructuoſa, quales ſolent eſſe terræ fruges bovi, qui ore frenis impedito ad aream convertitur; id quod accidit item ei, qui aquam ſitit è præruptis ſaxis defluentem, neque eam capere poteſt. Præclarè quidem cum iis agitur, quibus integrum & liberum eſt meliora deligere; quique, quum communi ſe vitæ dederint, quaſi vallo aliquo circumſepti, non tenentur: quemadmodum nos, qui veluti quodam terrarum hiatu prohibemur, quò minùs ad hanc virginalem gloriam accedamus; quam attingere iis amplius non licet, qui in humanæ vitæ curriculo veſtigium ſemel impreſſerunt. Ecce Gregorius virginitatis gloriâ ſe prohiberi, quòd vulgatum humanæ vitæ curriculum ingreſſus eſſet, fatetur. Nec poteſt ullum eſſe dubium, quum Gregorii filii Nazianzeni ad hunc Gregorium Nyſſenum ſuper obitu uxoris, cui Theoſebiæ nomen, epiſtola conſolatoria exſtet, quâ eam ſummis laudibus vehit, prædicatque *Theoſebiam eccleſiæ decus, Chriſti ornamentum, ætatis ſuæ utilitatem, fœminarum fiduciam; Theoſebiam in tantâ fratrum pulcritudine formoſiſſimam & clariſſimam; Theoſebiam verè ſacram, & ſacerdotis conjugem, & honore parem, magniſq; myſteriis dignam.* Uxores ſacrorum miniſtrorum pietate & virtute præſtantes Nazianzenus honoris maritorum conſortes facit. Nam ut hic Theoſebiam, ita alibi matrem ſuam Nonnam patri epiſcopo *ὁμότιμον* prædicat. *Epiſt.95.in addition.* *orat. in Gorgon.*

De conjugio Nyſſeni majoris fidei teſtes haberi nequeunt, quam ſunt hi, ipſe videlicet, de cujus ſtatu quæritur, & æqualis ejus [illegible] vir auctoritatis Nazianzenus: ut recentiorum, qui ab his [illegible] pe[illegible]nt, Nicephori & Nicetæ teſtimoniis uti ſupervacaneum [illegible]. Apud Nicephorum ita legimus: *Gregorius fuit eccleſiæ [illegible]na lux & ornamentum, vir ſecundum fratrem doctrinâ, moribus & [illegible] ſanctitate ſpectatus. Et quamvis is conjugem habuerit, rebus tamen [illegible] ceſſit.* Nicetas ad orationem Nazianzeni, dictam [illegible] Baſilii, & verba, *Mihi nullo nomine* parentes Baſilii *cele[illegible] illuſtriores eſſe videntur, quam egregiæ ſobolis procreatione. [illegible] duntaxat aut alter cum laude vivunt, id tale eſt, ut [illegible] naturæ [illegible] adſcribi: at undique perfecta & ad ſummum provecta [illegible] dubio, a quibus procreati atque inſtituti ſunt, adſignari* *l.11.cap.19.*

gnari debet. Quod quidem liquidò demonſtrat beatus ſacerdotum & virgi-
num numerus, eorumq́, qui in conjugata vitâ eam vim ſibi adhibuerunt, ut
matrimonium nihil ipſis impedimenti afferret, quò minùs ad parem virtutis
gloriam adſpirarent, ſed ea vitæ generum potius, quàm rationis vivendi di-
Scholio 19. *ſcrimina eſſe cenſerent:* ad hæc, inquam, verba Nicetas: *Baſilii pater*
multos liberos procreavit, Macrinam, Baſilium, Gregorium, Petrum, Nau-
cratium: quorum tres virgines fuerunt, tres autem epiſcopi, Baſilius Cæſareæ,
Petrus Sebaſtiæ, Gregorius Nyſſæ. Hic porrò quamvis nuptias amplexus ſit, vim
tamen adhibuit, ne ab ipſis ad virtutis curſum impediretur. Sic enim connu-
bialem vitam delegit, ut tamen eamdem vitæ rationem idemq́, inſtitutum
cum epiſcopis haberet. Ita fiebat ut hæc tria, nimirum cœlibatus, matrimo-
nium & ſacerdotium vitæ quidem genere & inſtituto inter ſe differrent, non
item vitæ gerendæ ratione. Ad eumdem enim virtutis ſcopum omnes collima-
bant. Hinc ipſi textui nonnulla inſeruit Raphaël Volaterranus, ge-
minatâ culpâ, cùm quòd præter officium fidi interpretis auctori, cu-
jus orationem converteret, quæ apud ipſum non inveniret, tribuit;
tum quòd ipſa etiam, quæ in ſcholio reperta cum textu commiſcuit,
adulteravit. Gregorium enim Nyſſenum cœlibem facit, ejus autem
parentem, ſacerdotem maritum: quum neutrum horum vel in ora-
tione Nazianzeni, vel in ſcholio Nicetæ legatur. Id monendum du-
ximus, quòd ſub titulo monodiæ oratio Nazianzeni ex illâ Volater-
Anno 1565. rani verſione editioni operum Baſilii Baſileenſi à Wolfgango Mu-
ſculo curatæ præfixa ſit, ne ſtudioſi, qui in eam fortè incidunt, tur-
bentur.

Baronius (nam quomodo ille hiſtoriam novitatibus hodier-
nis adverſantem, ut non contaminet, prætermittat?) quamvis iſta
omnia legerit & intellexerit, nihil tamen eorum attendit, ſed nec le-
Anno 369. cta nec reperta uſpiam profert, nempe *ſicut Gregorium maritum mune-*
num. 64. *ri ſacerdotali, ita Theoſebiam ſeorſim a viro eccleſiæ miniſterio ſe mancipaſſe,*
& munere diaconiſſæ functam eſſe; atq́, ideo à NaZianZeno ſacram & honore
parem ſacerdoti (quantum fas ſit fœminæ ſacris officiis mancipari) appellatam
fuiſſe. Profectò

> ——*quaſi poëta tabulas quum cepit ſibi,*
> *Quærit quod nuſquam eſt gentium, reperit tamen,*
> *Facit illud veriſimile, quod mendacium eſt:*

ſic in tractanda & explicanda eccleſiaſticæ antiquitatis hiſtoriâ ſe
gerit Baronius. Neque enim ſoli repente poëtæ prodeunt, qui in

Parnaſſo ſomniant, ſed etiam qui in Vaticano. Cæterùm meminiſſe oportebat, poëtis quidlibet audendi ſemper fuiſſe poteſtatem, non item interpretibus hiſtoriæ eccleſiaſticæ: ab illis ut authenticis teſtimoniis omnia probent non exigi; his ſine teſtibus iiſque probis nihil credi. Diſceſſum igitur à conſortio viri & munus diaconiſſæ, quæ Theoſebiæ tribuit, tantiſper ad ſe recipiat, & inter operta reponat, donec idoneos ſcriptores, quorum verbis adſertioni ſuæ fidem faciat, invenerit. Quod autem ſub libri de vir- *cap.50.*
ginitate finem ſcripſit Nyſſenus, ubi monet καθαρεύειν ἀπὸ γάμου, qui munus Deo offerant, non clericos ſeorſim ſpectat, ſed omnes pios, nec præceptum eſt de perpetuâ abſtinentiâ ſed conſilium de temporariâ, ſuppar illi Apoſtolico, quo probatur, ſi conjuges *ex conſenſu ad tempus* abſtineant, *ut vacent jejunio & precibus.* *1.Cor.7,5.*
Verba Nyſſeni ſunt: πῶς ἱερατεύεις Θεῷ, καί τοι εἰς αὐτὸ τοῦτο χρισθεὶς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρον τῷ Θεῷ; δῶρον δὲ οὐκ ἀλλότριόν τι πάντως, οὐδὲ ὑποβολιμαῖον ἐκ τῶν ἔξωθέν σοι παρεπομένων· ἀλλὰ τὸ ἀληθῶς σὸν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἔσω ἄνθρωπος, τέλειος τε καὶ ἄμωμος εἶναι ὀφείλων, κατὰ τὸν περὶ τοῦ ἀμνοῦ νόμον. *Quomodo ſacerdotio Dei fungeris, & quidem ad hoc ipſum unctus, ut munus offeras Deo? Munus autem non prorſus alienum, neque ex iis, quæ tibi extrinſeca ſunt, ſubdititium: ſed quod reverà tuum ſit, nempe interior ille homo, quem perfectum & ſine vitio, juxta illam de Agno legem, eſſe oportet.* Ut igitur hoc ſacrificium perfectiùs & ſolenniùs offeratur, ſive ut preces acriùs & intentiùs fundantur, ex uſu eſſe innuit ad tempus abſtinere. *Si Deum,* inquit, *tibi apparere expetis, quid cauſſæ* *Exod.19,5.*
eſt, quur Moſen non audias, qui populo edicit, ut à nuptiis purus ſit, quò Dei adſpectum comprehendat. Sanè Moſes nullam perpetuam, ſed ſolam triduanam abſtinentiam indicebat. Quid itaque Nyſſenus hîc ſibi velit, manifeſtum eſt. Præterea Nazianzeni ætate presbyteros conjugatos fuiſſe docemus evidente teſtimonio ex oratione ejus εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα deprompto. Hortatus ad baptiſmum, quàm poſſit fieri, celerrimè ſuſcipiendum & procraſtinationes moraſque protelandas, inter cætera, Μὴ εἴπῃς, ait, ἐπίσκοπον βαπτισάτω με, καὶ οὗτος μητροπολίτης ἢ Ἱεροσολυμίτης; οὐ γὰρ τόπων ἡ χάρις, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος. καλὸς τῶν εὐγενεστάτων. δεινὸν γὰρ εἰ τῷ βαπτιστῇ τὸ εὐγενὲς με καθυβρισθήτω. ἢ πρεσβύτερος μὲν, ἀλλὰ καὶ οὗτος τῶν ἐγκρατῶν, καὶ ἀγγελικωτάτων. *Ne dicas, Baptizet me Epiſcopus, atque is metropolitanus, aut Ieroſolymitanus; (neque enim gratia locorum eſt, ſed Sancti*

Spiritus) uſque etiam claro & nobili genere ortus : acerbum enim fuerit, nobilitatem meam baptiſtæ obſcuritate dedecorari. Aut ſi presbyter quidem, at ſaltem ille ſit è cœlibibus, è continentibus inquam, & angelicam vitam degentibus. Presbyteri igitur alii cœlibes, alii mariti fuerunt. Quin niſi multi, imò pleriquc mariti, & pauci contra cœlibes fuiſſent; quærere cœlibem à quo baptiſmus conferretur, non potuiſſet eſſe cauſa comperendinandi. Et ſic quidem in Græca eccleſia res ſeſe habuerunt.

Exemplis græcæ eccleſiæ jungemus exemplum è latinâ, illis
Anno 355. nihilo inferius. Hilarius, *defuncto Pictavienſis civitatis, cujus & civis*
num. 70. *erat, epiſcopo, miro univerſorum conſenſu fuit ejus ſedis electus antiſtes, quantumlibet (ut auctor eſt Fortunatus) conjugatus eſſet, & filiâ unâ auctus.* Ita ipſe Baronius. Hilarii vita à Venantio Fortunato conſcripta, quam inter Hiſtorias ſanctorum edidit Laurentius Surius, nunc nobis ad manum non eſt: niſi tamen fallimur, ſcribit ille uxorem & filiam ab Hilario in exilium eunte Pictavis relictas fuiſſe. Quod ipſum indivulſi hactenus conſortii argumentum eſt. Certè Hilarium epiſcopum in conjugio ſibi conſtante & per ſeparationem minimè abrupto vixiſſe ſemper creditum fuit. Hinc de eo poſt multa ſecula
lib. 1. Faſt. Baptiſta Mantuanus:

Integritas vitæ, legum prudentia, cultus
Cœlituum, tutela inopum, diadema pedumq́;
Pictavienſe tibi (dum nil mortalia curas,
Dum vivis tibi ſorte tuâ contentus, ab omni
Ambitione procul) populo applaudente tulerunt.
Non nocuit tibi progenies, non obſtitit uxor
Legitimo conjuncta thoro, non horruit illa
Tempeſtate Deus thalamos, cunabula, tædas.
Sola erat in precio, quæ nunc incognita, virtus
Sordet, & attrito vivit cum plebe cucullo.
Propterea leges, quæ ſunt connubia contra
Eſſe malas quidam perhibent.

pag. 96. Quæ ſequuntur, ſuperiùs deſcripta ſunt. Opponit Baptiſta Mantuanus mores & leges ætatis Hilarianæ moribus & legibus ſuæ ipſius ætatis. Ait tum non obſtitiſſe uxorem legitimo thoro conjunctam. Intelligit igitur uxorem, quæ non ſublatâ matrimoniali

niali conſuetudine conjuncta fuerit. Nam nunquam eò progreſſæ ſunt leges Pontificiæ, ut ſuſcipiendæ presbyteri vel epiſcopi dignitati obſtaret uxor, quæ ſegregaret ſe & cohabitationi conjugali renunciaret. Numquam obſtitit, inquam, apud Pontificios, & ne hodie quidem obſtat uxorem habuiſſe vel habere, modò in ſeparationem & abſtinentiam & ipſa & maritus conſentiant. Loquitur itaq; Mantuanus de conjugio citra ſeparationem & abſtinentiæ votum ſibi in omnibus conſtante. Quin diſertè inter cætera, *Patrum* ait

——vita fuit melior cum conjuge, quàm nunc
Noſtra ſit, excluſis thalamis & CONIVGIS VSV.

Nunc, ne quid prætermiſiſſe vel diſſimulaſſe dicamur, nonnulla apud ſcriptores quarti ſeculi reperta, quæ conjugio clericorum adverſari videntur, proferemus & conſiderabimus. Euſebius Ἀποδείξεως εὐαγγελικῆς libro primo dicit in eccleſiâ Chriſti δύο *cap. 8.* βίων νενομοθετῆσθαι τρόπους, τὸν μὲν, ὑπερφυῆ, καὶ τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα, οὐ γάμους, οὐ παιδοποιΐας, οὐδὲ κτῆσιν, οὐδὲ περιουσίας ὕπαρξιν παραδεχόμενον, ὅλον δὲ δι᾽ ὅλου τῆς κοινῆς καὶ συνήθους ἁπάντων ἀνθρώπων ἀγωγῆς παρηλλαγμένον, καὶ μόνῃ τῇ τοῦ θεοῦ θεραπείᾳ προσωκειωμένον καθ᾽ ὑπερβολὴν ἔρωτος οὐρανίου. *In eccleſiâ duo vivendi modi inſtituti ſunt. Vnus quidem naturam & communem humanæ vitæ rationem excedens, neq; nuptias, neq; ſobolis procreationem, neq; poſſeſſionem, neq; opum facultates admittens, totus autem prorſus à communi & conſuetâ cunctis hominibus vivendi ratione diſcrepans, & ſoli divino cultui, ex immenſo rerum cæleſtium amore, addictus. Qui hunc modum amplexi ſunt, quaſi ab hac mortali vitâ ſejuncti, ipſumq; duntaxat corpus in terrâ gerentes, cogitatione vero atq; animo in cœlo degentes, quaſi cœlites quidam humanam vitam deſpiciunt,* ὑπὲρ τοῦ παντὸς γένους ἱερωμένοι τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ, *pro toto genere ſummo Deo conſecrati nec mactatione boum, nec cruore, nec libaminibus aut nidoribus nec fumo vel ignis pabulo, nec corporum deſtructione, ſed rectâ veræ pietatis doctrinâ animiq; purgati affectione & præterea præ[illegible] juxta normam virtutis operibus & ſermonibus, hiſce, inquam, numen* [illegible] τὴν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν σφίσιν ὁμογενῶν ἀποτελοῦσιν [illegible], *& pro ſemetipſis & pro reliquis ejuſdem generis conſortibus ſa[illegible]. Et talis quidem eſt in Chriſtianiſmo perfectus vivendi [illegible]. Alter verò re[illegible]or & humanior qui ad pudicas nuptias & li[illegible] procrea[illegible] demittit, rem familiarem adminiſtrat, in etia[illegible]*

qui juſta bella gerunt, quid agendum ſit, præſcribit, agros & mercaturam & alia ad civiliorem vitæ rationem facientia, una cum pietate, curat. εἷς καὶ ἀσκήσεως καιροὶ, μαθητείας τε καὶ τῶν θείων λόγων ἀκροάσεως ἡμέραι ἀφωρίσθησαν. *His etiam ipſis,* qui videlicet hoc vitæ genus elegerunt, *tempora exercitationis & dies, quibus doctrinæ & divinorum ſermonum auſcultationi vacent, determinati ſunt. Et illis quidem ſecundus gradus pietatis attributus eſt, conſentaneam ejusmodi vitæ utilitatem præbens, ut nemo ſalutaris apparitionis exſors ſit, ſed omne hominum genus, cùm græcorum tum barbarorum evangelicæ doctrinæ fructum percipiat.* Manifeſtum eſt Euſebium hîc diſtinguere duo inter Chriſtianos recepta vivendi genera, non quidem clericorum unum, alterum laicorum: ſed unum ἀσκητῶν & adſtrictam atque à terrenis curis abjunctam vitæ rationem ſectantium; alterum communi more degentium, quibus tamen ipſis religio & pietas cordi ſint, nec ἄσκησις negligatur, temporibus inter hanc & curas, quas communis vitæ neceſſitas exigit, diviſis.

cap. 9. Mox rationes reddere conatur, quare cœlibatus, quum temporibus Veteris teſtamenti in uſu & precio non fuerit, nunc ſub Novo frequentetur & magnifiat. Concludens monet, ὅτι καὶ κατὰ τοὺς τῆς καινῆς διαθήκης νόμους οὐ πάμπαν ἀπηγόρευται τὰ τῆς παιδοποιΐας, ἀλλὰ κἂν τούτῳ τὰ παραπλήσια τοῖς πάλαι θεοφιλέσιν διατέτακται. χρῆναι γάρ φησιν ὁ λόγος τὸν ἐπίσκοπον γεγονέναι μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. πλὴν ἀλλὰ τοῖς ἱερωμένοις καὶ περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν ἀσχολουμένοις ἀνέχειν λοιπὸν σφᾶς αὐτοὺς προσήκει τῆς γαμικῆς ὁμιλίας. ὅσοι δὲ μὴ τῆς τοσαύτης ἠξίωνται ἱερουργίας, τούτοις ὁ λόγος καθυφίησιν μονονουχὶ διαρρήδην ἅπασιν κηρύττων, ὅτι δὴ τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. *Ne quidem Novi teſtamenti legibus, quæ ſobolis procreationem concernunt, penitus prohibentur, ſed etiam hac de re conſentanea veterum ſanctorum vitæ conſtituta ſunt. Oportere enim dicit ſermo divinus, epiſcopum unius uxoris virum fuiſſe. Verumtamen ſacratos & in Dei miniſterio occupatos ſeſe deinceps à conſuetudine matrimoniali decet continere. Qui verò ad tale ſacerdotium evecti non ſunt, iis divinus ſermo indulget, tantùm non omnibus diſerte inculcans; Conjugium eſſe honorabile & thorum immaculatum, ſcortatores autem & adulteros à Deo judicatum iri.* Hæc ſi cum prioribus componamus, liquidò perſpicimus Euſebium de ἀσκηταῖς & monachis illorum temporum loqui. Sicut enim illos ibi ἱερωμένους vocat, & τοῦ θεοῦ θεραπείαν καὶ

ἱερουρ-

ἱερεγίας tribuit; ita quoque hîc. De clericis directè non agit, niſi quatenus qui in ἀσκήσει vivebant, in clerum legebantur. Si de clericis æquè ac de monachis ageret, non modò his ſed etiam illis quâ ratione γάμους καὶ παιδοποιΐας, eâdem quoq; κτῆσιν καὶ ἐλευθερίας ὕπαρξιν adimeret. Quod an clericis Pontificiis placeat, ipſi deſpiciant. Adlud[illegible]e tamen inter cætera ad clericos videtur, atque eâ gratiâ locum Paulinum torquere ſive corrumpere, & extrusâ voculâ εἶναι τὸ γεγονέναι ſubſtituere. Interim nullam legem profert, nullam neceſſitatem urget: ſaltim decere dicit, ſive conveniens eſſe. Quod etiam de clericis hactenus admitti poteſt, ſi non deſit inſigne illud & peculiare continentiæ donum: absque quo fuerit, magis decebit ſacrorum miniſtrû conjugio uti, quàm uri vel ad flagitia prolabi. Et fuerit fortè Euſebius inter eos, qui in ſynodo Nicænâ clericos uxorum conſuetudine arceri deſiderarunt. Quicquid autem in eam ſententiam vel hic ſcripſerit, vel ibi ſuaſerit, id conſilio Paphnutii & auctoritate œcumenicæ ſynodi improbatum fuiſſe certum eſt, & nobis ad reſponſionem ſufficit.

Epiphanius verò etiam poſt Nicænam ſynodum in cœlibatum clericorum propenſiſſimus fuit. Nuſquam tamen auſus eſt dicere, ab Apoſtolis eum ſancitum vel omnino neceſſarium eſſe, & conjugatos presbyteros tolerari neutiquam poſſe. Exiſtimavit maximopere decere, ſi ſacrorum miniſtri in ſincero caſtoque cœlibatu vivant, &, quamdiu talium ſufficiens numerus haberi queat, conjugatos adſciſcendos non eſſe; ſive, quod eodem recidit, cœlibes conjugatis præferri oportere. Cui, ſi cœlibes intelligantur, quales ipſe intellexit, id eſt, verè & caſtè cœlibes, ac cætera pa[illegible]a ſint, dona videlicet ad docendum neceſſaria, & mores Dei [illegible]gni, non repugnamus. Nam præter alia vel inprimis decet, [illegible] oportet ſervum Domini ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτικόν, 2.Tim.2,14 ἀνεξίκακον, ἐν πρᾳότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Si vel maximè [illegible] contin[illegible]re poſſit & velit, idem tamen fuerit indoctus, ine[illegible] docendum, ſocors, iracundus, avarus, turpis lucri cupi[illegible] hunc quamvis cœlibem, marito erudito, ad docendum [illegible], in[illegible]ſtrio, manſueto, hoſpitali & à ſordibus alieno præſule[illegible] ut conjugati excludantur, cœlibes ad ſacrum miniſterium [illegible]ro & do[illegible]us ſufficientes præſtò eſſe oportet. Duo, in[illegible], requir[illegible], primum ut adſint ſufficiente numero, qui

continere & citra conjugium caſtè vivere cùm poſſint, tum etiam ſuapte ſponte (nam ut aliàs oſtenſum, cœlibatus nec imperari poteſt, nec invitis imponi) velint: deinde ut ipſi illi, qui continere & poſſunt & volunt, eruditione & dotibus, quales Apoſtolus in epiſtolis ad Timotheum & Titum exigit, inſtructi ſint. Si non itaque quot eccleſia miniſtris indiget, tot adſint qui caſtè extra matrimonium degere vel valeant, vel velint, aut ſi adſint quidem, ſed cætera idonei non ſint; tunc adſumi poſſunt, quin debent, qui in conjugio viventes neceſſariis dotibus præditi ſunt. Nec alia mens Epiphanio, ut ex ipſius verbis, quibus abuti ſolent Pontificii, patebit. Quum adverſus Catharos diſputans dixiſſet, bigamos ſucceſſivos (nam hujus ille eſt opinionis) ad ſacrum miniſterium ab eccleſiâ non admitti, ſubjungit: ἀλλὰ καὶ τὸν ἔτι βιοῦντα καὶ τεκνογονοῦντα μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα οὐ δέχεται, ἀλλὰ ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον ἢ χηρεύσαντα, διάκονόν τε καὶ πρεσβύτερον καὶ ἐπίσκοπον καὶ ὑποδιάκονον, μάλιστα ὅπου ἀκριβεῖς κανόνες οἱ ἐκκλησιαστικοί. *Sed etiam adhuc viventem & liberos gignentem unius uxoris maritum non admittit eccleſia, ut ſit diaconus, presbyter, epiſcopus vel ſubdiaconus, ſed eum qui ſe ab unâ continuit, aut in viduitate vixit. Maximè ubi accurati & exacti ſunt eccleſiaſtici canones.* Sed an Nicæni canones, qui conjugia clericorum non improbant, & Gangrenſes, qui improbantes damnant, accurati non ſunt? Per ἀκριβεῖς κανόνας itaque πολιτείαν & diſciplinam inſigniter ſive exquiſitam ſive curioſam, qualis in pleriſque eccleſiis vix inveniri queat, denotare videtur: & ex hac, ubi obtineat, cœlibes ad miniſterium aptos ſollicitè & ſolerter conquiri, ut conjugatos adſumere vix umquam opus ſit. Quid verò eſt, *Adhuc viventem non admittit?* Locus ſine dubio vitioſus aut mutilus, cui quid deſit, abſque ope meliorum codicum non poſſumus certò ſtatuere. Videtur ſupplendum, quod æquipolleat τῷ *in communi vitâ*, vel aliquid ſimile. Ἔτι βιοῦντα, quandoquidem obſcœnum eſt, ſubſtituere loco ἔτι βιοῦντα vix auſim.

Sed pergamus reliqua adſcribere, ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι, ἐν τισι τόποις ἔτι τεκνογονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους. τοῦτο οὐ παρὰ τὸν κανόνα, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων κατὰ καιρὸν ῥαθυμήσασαν διάνοιαν, καὶ τοῦ πλήθους ἕνεκεν μὴ εὑρισκομένης ὑπηρεσίας. *Cæterum, dices mihi, omnino in aliquibus locis ſobolis procreationi operam adhuc dare presbyteros & diaconos & ſubdiaconos. At hoc non eſt juxta canonem, ſed juxta*

juxta

juxta exquiſitam illam πολιτείας & diſciplinæ rationem, de quâ ſupra, *ſed juxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit; & propter multitudinem, non invento miniſterio*, ſive quòd numerus miniſtrorum ecclesiæ neceſſariorum aliter compleri nequeat. Quare conjugati ad ſacros ordines admittantur, duas cauſſas reddit Epiphanius, unam, quòd elanguerit mens hominum, & ad continentiam ſive cœlibatum non ſit admodum proclivis, atque adeo non reperiantur valdè multi, qui ultrò ſuâ ſponte conjugio velint carere; alteram, quòd nihilominus miniſtros, quot ſatis ſint, in eccleſiis eſſe oporteat. Concedit igitur Epiphanius, ſi neceſſarii atque idonei miniſtri deſiderentur, & præſtò non ſint, qui ſuâ ſponte cœlibatum velint amplecti, conjugatos adhiberi poſſe. Legem itaque ab Apoſtolis profectam vel aliam univerſalem, quæ totam eccleſiam ſimpliciter obliget, nullam agnoſcit. Id interim urget & inculcat, decorum eſſe, ſi idonei miniſtri, qui continere velint, ſufficiente numero haberi queant. Sequitur enim: τὸ πρεπωδέστερον γὰρ ἀεὶ ἐκκλησία ὁρῶσα ἁγίῳ πνεύματι εὐδιαταχθεῖσα ἔγνω ἀπερισπάστως Θεῷ τὰς λατρείας ἐπιτελεῖσθαι σπουδάζειν, καὶ τὰ πνευματικὰ τῶν χρειῶν μετὰ πάσης εὐνουστάτης συνειδήσεως τελεῖσθαι. Φημὶ δὲ, ὅτι πρέπον ἐστὶ διὰ τὰς ἐξαπίνης λειτουργίας καὶ χρείας σχολάζειν τὸν πρεσβύτερον καὶ διάκονον καὶ ἐπίσκοπον Θεῷ. εἰ γὰρ καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ λαοῦ προστάσσει ὁ ἅγιος ἀπόστολος λέγων, ἵνα πρὸς καιρὸν σχολάσωσι τῇ εὐχῇ, πόσω γε μᾶλλον τῷ ἱερεῖ αὐτὸ προστάσσει; τὸ ἀπερισπάστως δὲ λέγω, εἰς τὸ σχολάζειν κατὰ Θεὸν ἐν ταῖς χρείαις ταῖς πνευματικαῖς τελεσιουργημένη ἱερωσύνη. *Nam quod decentius eſt ſemper eccleſia Spiritu ſancto bene diſpoſita animadvertens novit operam dare, ut cultus divini indiſtracti peragantur, & ſpirituales neceſſitates cum omni benevolâ conſcientiâ perficiantur. Ajo vero decere, ut propter repentina miniſteria & neceſſitates presbyter, diaconus & epiſcopus Deo vacet*, ſive ne curis & negociis humanarum rerum occupetur. *Si enim populo etiam ſanctus Apoſtolus præſcribit dicens, Ut ad tempus vacent orationi, quanto magis ſacerdoti idipſum convenit? Indiſtractum inquam eſſe, ut vacet ſecundum Deum ſacerdotium quod in ſpiritualibus neceſſitatibus perficitur.* Decentiam, ut manifeſtum eſt, obſervat & urget Epiphanius. Hæc autem decentia, ut ante diximus, nulla fuerit, niſi adſit donum continentiæ cum cæteris ad miniſterium benè obeundum neceſſariis donis. Alias cùm decentius fuerit presbyterum conjugatum

eſſe

eſſe, quàm uri, vel concubinam alere: decentius etiam, eſſe maritum eruditum, aptum ad docendum, manſuetum, quàm cœlibem indoctum, ineptum, iracundum. Apoſtoli dictum, quod huc applicat Epiphanius, conſilium continet, non præceptum. Ipſe igitur etiam de re ſub conſilium & non ſub præceptum cadente loquitur.

Affinis eſt locus alius ſub finem Panarii, ubi quum ſummam dogmatum & fidei catholicæ expoſuiſſet, ſubjungit de ritibus in hæc verba: περὶ θεσμῶν δὲ τῆς αὐτῆς (ἐκκλησίας) ἐν ὀλίγῳ μὲν μοι ἐστὶ πάλιν ἀνάγκη τοῦ παραθέσθαι τῶν αὐτῶν θεσμῶν μέρους τὸ εἶδος. ὅσαπερ φύσει πεφύλακται ἐν αὐτῇ καὶ φυλάσσεται, τὰ μὲν ἐκ προστάγματος, τὰ δὲ κατὰ ἀποδοχὴν προαιρέσεως, τοῦ θεοῦ χαίροντος ἐπὶ τῇ ἀρετῇ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας. καὶ πρῶτον μὲν κρηπὶς, καὶ ὡς εἰπεῖν βαθμὸς ἐν αὐτῇ ἡ παρθενία, ἀσκουμένη τε καὶ φυλαττομένη παρὰ πολλοῖς, καὶ ἐνδοξαζομένη. συνέπεται δὲ τῇ αὐτῇ παρθενίᾳ ἡ μονότης, παρὰ πλείοσι τῶν μοναζόντων καὶ μοναζουσῶν. μετὰ ταύτην ἐγκράτεια ἐπὶ τὸν αὐτὸν δρόμον τεθελιωμένη. ἔπειτα δὲ χηροσύνη μετὰ πάσης προσοχῆς καὶ ἀχράντου συναναστροφῆς. ταύταις δὲ ταῖς τάξεσιν ἀκόλουθος ὁ σεμνὸς γάμος ἐν μεγάλῃ τιμῇ, ὁ ἐν μονογαμίᾳ μάλιστα, καὶ παραφυλακῇ ἐνταλμάτων.——στεφάνη δὲ τούτων πάντων ἡ μήτηρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ γεννήτειρα ἡ ἁγία ἱερωσύνη, ἐκ μὲν παρθένων τὸ πλεῖστον ὁρμωμένη. εἰ δὲ οὐκ ἐκ παρθένων, ἐκ μοναζόντων. εἰ δὲ μὴ εἶεν ἱκανοὶ εἰς ὑπηρεσίαν ἀπὸ μοναζόντων, ἐξ ἐγκρατευομένων τῶν ἰδίων γυναικῶν ἢ χηρευσάντων ἀπὸ μονογαμίας. *Quod ritus eccleſiæ attinet, mihi quidem iterum neceſſarium eſt breviter eorumdem rituum formam ex parte apponere. Quæcumque verè in eccleſiâ ſervata ſunt & ſervantur, alia quidem ex præcepto ſunt, alia verò ſecundum voluntariam ſuſceptionem, Deo gaudente propter virtutem & ſucceſſum ſuæ doctrinæ. Et primùm quidem crepido, atque, ut ita dicam, baſis in eccleſiâ eſt Virginitas, quæ exercetur & cuſtoditur à multis, & glorificatur. Sequitur autem virginitatem ipſam Solitaria vita, à pleriſque monachorum & monacharum obſervata. Poſt hanc Abſtinentia*, conjugum puta per mutuum conſenſum, *ſuper eumdem curſum fundata. Inde Viduitas cum omni attentione & impollutâ converſatione. Hos ordines inſequitur venerandum conjugium in magno honore, præſertim quod in unis nuptiis conſiſtit una cum obſervatione mandatorum.— Horum autem omnium corona aut mater, ut ita dicam, & genitrix eſt ſancta claſſis ſacerdotalis, ex virginibus quidem ut plurimum coacta: ſi verò non ex virginibus, at ex degentibus ſolitariam vitam: ſi ne*

bi

bi quidem ad miniſterium ſuffecerint, ex ijs, qui continent à propriis uxoribus, aut poſt unas nuptias viduitatem ſervant. Quatuor proponit ordines, unum Virginum; alterum Μοναζόντων, qui quum à virginibus diſtinguantur, neceſſe nec omnes virgines μεμονακέναι, nec omnes μονάζοντας virgines fuiſſe, ſed aliquos eorum olim conjuges vel aliàs in adoleſcentiâ lapſos; tertium facit Abſtinentium à proprijs uxoribus, quorum ſuprà quoque mentionem fecimus; quartum Viduorum monogamorum. Ex his & potiſſimùm ex virginibus legi dicit ſacerdotes; non, quòd conjuges admitti nullo modo poſſent, aut numquam vel nuſquam admitterentur; aliud enim priore loco ipſe commemoraverat: ſed quòd quamdiu reliqui ordines idoneam ſacrorum miniſtrorum copiam ſine defectu ſuppeditarent, haut facilè admitterentur. Et hoc ſcilicet unum ex illis, quæ obſervata κατὰ ἀποδοχὴν προαιρέσεως, ſecundum liberam ſuſceptionem; nam præceptum hactenus, non dicam Apoſtolicum, ſed alicujus ſynodi, quod obligare poſſit, nullum exſtat: & obſervata, ubi ἀκριβεῖς κανόνες, ſive accurata, exquiſita & curioſa diſciplina; qualis fortè fuit eccleſiarum Cypriarum, vel ſaltim Salaminiæ, cui epiſcopus præerat Epiphanius. Qui quàm deſideraverit ſacrorum miniſtros cœlibes & abſtinentes eſſe, etiamſi eâ de re nullam legem videret, ſed ſolam quarumdam eccleſiarum conſuetudinem, quæ tamen non admodum roborata eſſe potuit, claret.

Ceperat quidem jam tum alicubi obtinere, ut cœlibes vel abſtinentes in epiſcopos legerentur, quòd citra incommodum fieri potuit, epiſcopis præ copioſo presbyterorum & diaconorum numero paucis, & plerumq; non niſi provectiore ætate adſumtis. Univerſale tamen id non erat, nec lege aliquâ cautum. Quod liquidò docent non modò exempla partim producta, partim adhuc producenda, ſed etiam diſerta Chryſoſtomi verba in locum epiſtolæ ad Titum, Εἴ τις ἐστιν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τέκνα ἔχων πιστά. In hunc enim locum ita ſcribit Chryſoſtomus, Epiphanio ætate ſuppar, & aliquando adverſarius: Τίνος ἕνεκεν καὶ τὸν τοιοῦτον εἰς μέσον παράγει; Ἐπιστομίζει τοὺς αἱρετικοὺς, τοὺς τὸν γάμον διαβάλλοντας, δεικνὺς, ὅτι τὸ πρᾶγμα οὐκ ἔστιν ἐναγὲς, ἀλλ' οὕτω τίμιον, ὡς μετ' αὐτοῦ δύνασθαι καὶ ἐπὶ τὸν ἅγιον ἀναβαίνειν θρόνον. *Qua gratia ejusmodi virum,* qui ſcilicet epiſcopus fiat, *in medium producit? Obturat ora hæreticorum, qui conjugium criminantur, oſtendens eam rem non eſſe impuram, ſed adeo precioſam, ut cum ea poßit* cap. 1. v. 6.

aliquis ſanctum thronum conſcendere. Ecce in conjugio poſitum hoc ipſo ſuo ſibi cum conjugio epiſcopatus thronum conſcendere poſſe affirmat Chryſoſtomus. Nec eſt quod dicas, conſcendere quidem potuiſſe, ſed non niſi ſeparationem admitteret, & votum abſtinentiæ emitteret. Sic enim nec cum conjugio (ſecundum communem quidem hominum loquendi & intelligendi modum) conſcenderet; nec hæreticorum ora obſtruerentur. Quid enim eſt conjugium, niſi maris & fœminæ ſocietas, cum reciprocâ poteſtate unius in corpus alterius, eaque indiſſolubilis, vitandæ fornicationis & generandæ ſobolis ergò? Jam ſi epiſcopatus imponat neceſſitatem abdicandi ſe iſtâ poteſtate & ſegregandi uxorem, quomodo verè diceretur in conjugio poſitus cum ſuo conjugio epiſcopalem thronum conſcendere? quomodò, inquam, verè diceretur conjugium cum epiſcopatu non pugnare, ſi qui epiſcopus factus fuerit, *generare prohibeatur, propter quod conjugia,* ut Auguſtinus loquitur *copulanda ſunt?* Sic etiam cum idololatriâ & flagitiis ad Chriſtianiſmum aliquis poteſt adſcendere, nempe ſi eorum ſtudio renunciet, & actus numquam ſe in poſterum exercere velle promittat. Hoc itaq; non fuerit hæreticorum ora claudere, ſed aperire. Quin imò dicet Manichæus, ſicut epiſcopus fieri quidem poteſt, qui opus matrimoniale peregerit, ſed non qui pergat peragere; ita quoque excellentiæ Electorum non repugnat peregiſſe, ſed peragere. Quæ abſtinentia in epiſcopis requiritur, eamdem in electis noſtris nos quoque requirimus. Aliud enim non exigunt Manichæi, quàm ut qui in conjugio hactenus vixerunt, in poſterum uſu ejus abſtineant. Neque verò abnuerint vinculum matrimonii non abrumpi, & inſolubile manere, dummodò opera matrimonij ad generationem ſobolis ſpectantia prorſus intermittantur, nec ad ea unquam redeatur. In quam rem videri poſſunt, quæ de Manichæorum hæreſi ſuprà diximus. Chryſoſtomus itaq;, dum adſerit hæreticorum ora obturari hoc ipſo, quòd cum conjugio epiſcopalis thronus conſcendi poſſit, cum conjugio citra ſeparationem conjugis & prohibitionem operum conjugalium conſcendi poſſe agnovit. Pontificij pro ſe adducere ſolent eumdem Chryſoſtomum, illa ipſa Apoſtoli ad Titum verba exponentem in homiliâ ſecundâ de patientiâ Jobi. Sed nihil ibi dicit, niſi Apoſtolum, ut epiſcopus maritus ſit, *legis loco non poſuiſſe.* Si tamen Chryſoſtomus is eſt. Dicit enim Apoſtolum nondum iſtis

de hæreſ. cap. 6.

pag. 156.

tempo-

tempoſ[illegible] ius requiſiviſſe, ut irreprehenſibilis eſſet epiſcopus, aut [illegible] virtute præditus: quod è diametro diſertis Apoſtoli verbis & [illegible] tatis in ea Chryſoſtomi homilijs adverſatur.

Quod de epiſcopis horum temporum cœlibibus, non tamen ex neceſſitate vel lege, per quam nulli conjugato uſpiam epiſcopo eſſe liceret, diximus; id illuſtrabimus exemplo Syneſij, qui Ptolemaidis Cyrenaicæ epiſcopus ab eccleſiâ illâ lectus, & à Theophilo archiepiſcopo ſive patriarcha Alexandrino ordinatus eſt, etiamſi uxorem ſe dimiſſurum non eſſe exſertè profiteretur & proteſtaretur. Εμοὶ, inquit, ὅ τε Θεὸς, ὅ τε νόμος ἥ τε ἱερὰ Θεοφίλου χεὶρ γυναῖκα ἐπιδέδωκε. προαγορεύω τοίνυν ἅπασι, καὶ μαρτύρομαι, ὡς ἐγὼ ταύτης οὔτε ἀπαλλοτριώσομαι καθάπαξ, οὔτε μοιχὸς αὐτῇ λάθρα συνέσομαι. τὸ μὲν γὰρ ἥκιστα εὐσεβὲς, τὸ δὲ ἥκιστα νόμιμον. ἀλλὰ βουλήσομαι τε καὶ εὔξομαι συχνά μοι πάνυ καὶ χρηστὰ γενέσθαι παιδία. *Mihi & Deus, & lex, & ſacra Theophili manus uxorem dedit. Prædico igitur omnibus & proteſtor, me neq; eam deſerturum umquam, neq; cum ea, ut mœchum, clam congreſſurum: alterum enim a pietate, alterum à legibus maximè alienum eſt: quin optaturum & precaturum, ut multi probiq; mihi naſcantur liberi.* Hæc ipſiſſima Syneſij epiſtolâ ad Eutropium fratrem verba: quibus nihil obſtantibus epiſcopatum adiit, & eccleſiæ magno cùm decori tum uſui fuit. *epiſt. 105.*

De reſurrectione ſanè incommodam quoq; & peregrinam quamdam opinionem fovit, cui tamen poſteà renunciavit. Neq; eſt quod dicas, ſimiliter propoſito retinendæ uxoris renunciaſſe. Errori enim poſteà renunciaſſe auctores expreſsè tradunt: de altero nullum apud eos verbum. Evagrius: Πείθουσιν αὐτὸν τῆς σωτηριώδους παλιγγενεσίας ἀξιωθῆναι, καὶ τὸν ζυγὸν τῆς ἱερωσύνης ὑπελθεῖν, οὔπω τὸν λόγον τῆς ἀναστάσεως παραδεχόμενον, οὐδὲ δοξάζειν ἐθέλοντα, εὐθυβόλως εὖ μάλα στοχασάμενοι, ὡς ταῖς λοιπαῖς τοῦ ἀνδρὸς ἀρεταῖς ἐφέψεται καὶ ταῦτα, τῆς θείας χάριτος μηδὲν ἐλλιπὲς ἔχειν ἀνεχομένης· καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος. *Perſuadent illi ſalutaris regenerationis lavacro tingi & ſacerdotij jugum ſubire, etiamſi necdum reſurrectionis doctrinam admitteret, nec ita ſentire vellet, rectè admodum conjecturantes, quòd alias ejus viri virtutes hac quoque ſequutura eſſet divina gratia non paſſura quicquam in eo deſiderari. Quæ ſpes illos minimè fruſtrata eſt.* *lib. 1. c. 15.* Photius in Bibliothecâ: Καὶ οὗτος διαχείμενον ἐμύη- [illegible]πτεται μὴ [illegible], καὶ ὅτι καὶ ἀρχιερωσύνης ἠξίωσαν, πρὸς τὴν ἄλλων τοῦ ἀνδρὸς [illegible] καὶ τὸ καθαρὸν ἀφορῶντες τοῦ βίου. καὶ ὅτι οὐκ ἂν οὕτω βίος ἀνθρώ[illegible] ἀναστάσεως οὐκ ἀμφισβήτη φίλος καὶ τῆς ἐλπίδος οὐκ ἐψεύσθησαν. *Cod. 26.*

ουν. *Et jam ita ſentientem noſtris myſteriis initiarunt, & ſummo ſacerdotio dignum cenſuerunt, ad reliquam viri virtutem vitaq; puritatem reſpiciẽtes, & ſperantes, quòd qui ad eum modum viveret, non poſſet non reſurrectionis lumine illuſtrari. Quaſpe neutiquam fruſtrati ſunt.* Eadem habet Nicephorus, qui etiam epiſtolam Syneſij, de quâ ſuprà, integram deſcripſit. Baronius more ſuo conjecturas promit, & priſcæ hiſtoriæ, quæ apud priſcos auctores nec ficta nec picta vidit, adjicit: nempe ſeriò Syneſium hæc non ſcripſiſſe, ſed ſaltim ſimulaſſe, ut epiſcopatus ſarcinam effugeret. Cæterùm auctores eum cum iſtâ ſuâ opinione ad baptiſmum acceſſiſſe memorant. Quæ verò cauſſa eſſe potuit, cujus ergò baptizandus ſe reſurrectionis articulum non credere fingeret? Aut quomodo, qui ab incredulitate ſuâ ſe recedere nolle diceret, baptizari potuit? Neq; dubium eſt baptiſmum epiſcopatu priorem fuiſſe, atq; adeo quum baptizaretur, ad declinandum epiſcopatus onus ejuſmodi ſimulationem adhiberi non potuiſſe. Baptizatum priùs, quàm de eo epiſcopo creando ageretur, non modò Nicephorus diſertè affirmat, ſed ex ipſius ſcriptis liquidò conſtat. In epiſtolâ ad fratrem, quâ cauſſas quare ſibi epiſcopatus non conveniat, reddit, ne ſemel quidem minimâue voculâ ſe nondum baptizatum eſſe innuit: quod utpotè ad rem plurimùm faciens, ſi verè potuiſſet, inprimis attuliſſet. Dicit potiùs, ἱερὰ Θεοφίλου χεὶρ γυναῖκα δέδωκε. Jungente igitur & benedicente epiſcopo uxorem acceperat. Chriſtianus itaq; fuit & baptizatus, uxorem quum acciperet.

De opinione verò ſive errore, quo laboravit Syneſius, magis credendum erit Syneſio ipſi, quàm alteri ulli. Equidem verba epiſtolæ ſemel atq; iterum adductæ perpendens in eam adducor ſententiam, ut credam eum, quicquid dicant Evagrius, Photius, Nicephorus, reſurrectionem carnis ſive articulum & dogma illud fidei, quod quidem rem ipſam ſive fundamentum & ſubſtantiam, ut ita dicam, ejus attineat, non negaſſe; ſed circa quæſtionem aliquam juxtà emergentem ſive intercurrentem, ut appellare conſuevimus, hæſitaſſe & à receptâ doctrinâ receſſiſſe. Verba ſunt: οἶσθα ὅτι πολλὰ φιλοσοφία τοῖς θρυλλουμένοις τούτοις ἀντιδιατάττεται δόγμασιν· ἀμέλει τὴν ψυχὴν οὐκ ἀξιώσω ποτὲ σώματος ὑστερογενῆ νομίζειν· τὸν κόσμον οὐ φήσω καὶ τἄλλα μέρη συνδιαφθείρεσθαι, τὴν καθωμιλημένην ἀνάστασιν ἱερόν τι καὶ ἀπόρρητον ἥγημαι· καὶ πολλοῦ δέω ταῖς τοῦ πλήθους ὑπολήψεσιν ὁμολογῆσαι.

Noſti:

Neſi[illegible]loſophiam multa divulgatis iſtis placitis contraria ſtatuere. Verbi gr[illegible] adducar, ut animam in origine poſteriorem corpore exiſtimem. [illegible] partes ſimul interituras non dicam. Deprædicatam ab o[illegible]ſurrectionem ſacrum quid & ineffabile judico: longeq; abſum, ut [illegible] adſentiar. Num anima rationalis in ipſo conceptionis [illegible]i, an verò poſteà producatur, fortè nemo hominum no[illegible]nquam certò demonſtrari poterit. Num mundus ſecundum ſubſtantiam, an ſecundum accidentia interitum vel mutationem ſubiturus, adhuc hodie diſputatur. Hactenus itaq; de nullâ quæſtione vel controverſiâ fundamentali, ſed ſaltim intercurrentibus agitur. De Reſurrectione ἱερόν τι καὶ ἀπόῤῥητον ſe eam cenſere profitetur. Myſterium igitur eſſe credit, quod magis ſimplici fide apprehendi, quàm curioſè diſcuti oporteret. Sanè ἱερόν τι καὶ ἀπόῤῥητον [illegible] dicere, quod falſum commentum eſſe perſuaſus eſt. Reſurrectionem itaque hoc elogio proſequitur Syneſius, non quia figmentum, ſed quia myſterium, quod populo explicari non poſſet, [illegible]vit. Explicari inquam, demonſtrando dilucidè intrinſecam [illegible]m ſive modum reſurrectionis, & qualitates corporum re[illegible]gentium. Et forte ad opinionem aliquam Origenis, qualem Johannes quoque Jeroſolymitanus, Eutychius Conſtantinopolitanus, Johannes Philoponus amplexi aliquando fuerunt, quâ de re *cap. 9. n. 6.*
in libro de Immortalitate animæ & reſurrectione carnis egimus, de- *& ſeqq.*
clinavit. Id ſaltim videtur certum eſſe, reſurrectionem ab eo ſimpliciter & directè, ſive quatenus ad fundamentum pertinet & religionis Chriſtianæ articulum conſtituit, negatam non fuiſſe. Et hoc ad [illegible]endam iſtam difficultatem modò ſufficiat. Neque enim hiſtoria Syneſij ad quartum ſeculum, in quo conſiderando nunc [illegible]ùm verſamur, propriè pertinet, ſed potiùs ad initium q[illegible]ti.

Ad quartum itaq; redibimus, & à græcis ad latinos tranſibimus. Inter græcos Epiphanius cœlibatum clericorum inprimis ſi[illegible]urget ſive commendat. Inter latinos autem reperire eſt, qui rem propemodum fervidius agant. In Mediolanenſi ſanè eccleſiâ videtur cœlibatus inter clericos tempore Ambroſij obtinuiſſe. Sic enim [illegible]to primo Officiorum, capite L: *Inoffenſum exhibendum & im[illegible]ulat[illegible]miniſterium, nec ullo conjugali coitu violandum cognoſcitis, [illegible]orpore, incorrupto pudore, alienos etiam ab ipſo conſortio conju-*

galiſacri miniſterij gratiam recepiſtis. Quod eò non præterij, quia in plerisque abditioribus locis, quum miniſterium gererent vel etiam ſacerdotium, filios ſuſceperunt: & id tamquam uſu veteri defendunt, quando per intervalla dierum ſacrificium offerebatur; & tamen caſtificabatur etiam populus per biduum aut triduum, ut ad ſacrificium purus accederet, ut in veteri teſtamento legimus, & lavabat veſtimenta ſua. Si in figura tanta obſervantia, quanta in veritate? Hæc Ambroſiana decentiam aliquam evincunt, neceſſitatem nullam. Apparet autem in Mediolanenſi eccleſiâ ſufficiente numero præſtò fuiſſe, quibus *integro corpore, interrupto pudore, alienis etiam ab ipſo conſortio conjugali* ſacra miniſteria obire & idonea facultas eſſet, & promta voluntas. Quibus quare lætus lubenſq; epiſcopus non uteretur? quare egregium propoſitum non laudaret? quare ad perſeverandum ſeriò non cohortaretur, & in eam rem argumenta non adhiberet, figuras non applicaret? Interim diſertè fatetur, *in plerisque abditioribus locis, quum miniſterium gererent, vel etiam ſacerdotium, filios ſuſceperunt.* Nota *in plerisque* eum dicere, non *in paucis*. Per *loca abditiora* intelligit, ut puto, minùs illuſtria quàm ſit Mediolanum, quò cum comitatu ſuo ventitare ſolebant Imperatores & interdum reſidere. Univerſalem itaq; legem, nedum Apoſtolicam, nullam profert, nullam novit Ambroſius; atq; adeo etiamſi cœlibatum clericorum vehementer probaret, & in ſuâ eccleſiâ obtinere cerneret, alibi tamen rem aliter ſe habere fatetur.

Epiſt. 82. In epiſtolâ verò ad Vercellenſem eccleſiam id dat operam, ut oſtendat verba Apoſtoli ejuſmodi clericorum cœlibatui non adverſari, ne videlicet iis perculſi nonnulli turbentur, aut à propoſito deflectant. *Apoſtolus formam,* inquit, *dedit, quia & epiſcopum oportet eſſe irreprehenſibilem; & alibi ait, Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum. Nam quomodo conveniunt ſibi diſpenſantis miſericordia, & cupientis avaritia? Hæc poſui, quæ cavenda acceperim. Virtutum autem magiſter Apoſtolus eſt, qui cum patientia redarguendos doceat contradicentes; qui unius uxoris virum præcipiat eſſe, non quò exſortem excludat conjugii (nam hoc ſupra legem præcepti eſt*, id eſt, exſortem conjugii ab epiſcopatu excludi eſt præter mentem præcipientis Apoſtoli; aut, ſi mavis, exſortem eſſe conjugii eſt ſupra vel præter legem præcepti, id eſt, nullâ lege id præcipitur: ſic enim in hac ipsâ epiſtolâ priùs dixerat, non præcipi quod ſupra legem ſit, ſuaderi ſolùm)

ſuæ)ſed ut conjugali caſtimonia ſervet ablutionis ſuæ gratiam. Probat
igitur Ambroſius, vel ſaltim concedit, idq; ex Apoſtoli ſententiâ, e-
piſcopum conjugali caſtimoniâ ſervare ablutionis ſuæ ſive baptiſmi
ſui gratiam, hoc eſt, adminiculo & remedio conjugii uti, ne in for-
nicationem & flagitia prolabatur. Si periculum eſt ab incontinen-
tiâ & aliter caſtitatem tueri nequit, conjugium conceditur, cujus
beneficio caſtus permaneat. Sequitur: *Neq; iterum, ut* epiſcopus *fi-
lios in ſacerdotio creare Apoſtolica invitetur* (jubeatur) *auctoritate. Haben-
tem enim dixit filios, non facientem.* Ambroſius itaq; ſicut Apoſtolum
epiſcopo conjugium interdixiſſe negat, ita permiſiſſe non diffi-
tetur.

Hac ipsâ autem epiſtolâ priùs oſtenderat, quomodo Sarma-
tio & Barbatianus monaſterij Mediolanenſis non ita pridem inco-
læ, poſtquam deſciviſſent, cùm virginitatem tum jejunium impu-
gnarint, & nec hac nec illo ullum operæ precium fieri affirmarint.
Ex iis, quæ in hos dixit, nonnulla adſcribemus, ut tota res pleniùs, &
quanti conjugium ipſe fecerit, intelligatur. *Audio*, ait, *veniſſe ad vos*
Vercellenſes, *Sarmationem & Barbatianum, vaniloquos homines, qui di-
cunt nullum eſſe abſtinentiæ meritum, nullum frugalitatis, nullũ virginita-
tis gratiam, pari omnes æſtimari precio, delirare eos, qui jejuniis caſtigẽt car-
nẽ ſuam, ut menti ſubditam faciãt.* Quin videtur id quoq; illis tribuere,
quod fornicationes neq; prohibuerint, neq; caſtimoniæ ſive con-
jugali ſive virginali poſtpoſuerint. *Quæ Virgo*, inquit, *audiat nullum
præmium eſſe integritatis, & non ingemiſcat? Quæ Vidua, quum conceperit
nullum eſſe fructum viduitatis, malit ſervare fidem conjugii; & in triſtibus
degere, quam ſe credere lætioribus? Quæ conjugii diſtricta vinculo, ſi audiat,
quod nullus honos caſtitatis ſit, non poſſit incuriosa tentari corporis aut men-
tis facilitate?* Ecce tres gradus caſtitatis facit, unum Virginum, al-
terum Viduarum, tertium Conjugum. Hos omnes innuit à Sar-
matione ejuſq; ſocio convelli, ab eccleſiâ verò adſeri & magnifieri.
Sequitur enim: *Et ideo eccleſia quotidie in lectionibus ſacris, in ſacerdo-
tum tractatibus* (concionibus) *laudem pudicitiæ, gloriam integritatis per-
ſonat. Fruſtra ergo, ſi vera eſt opinio* Sarmationis, *dicit Apoſtolus, Scri-* 1.Cor.5.9.
*pſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis. Et ne forte dicant, Non
de omnibus, unde nos dicimus fornicariis, ſed dicimus, quòd qui fuerit in Chri-
ſto baptizatus haberi jam non debeat fornicarius, ſed qualiscumque vitæ ejus
gratus ſit Deo; ideo addidit Apoſtolus, Non utique fornicariis hujus mundi*

& im-

& infra, Si qui frater nominatur, eſt fornicator, & cætera. Pôſt iterum errores eorum in hunc modum proponit & exagitat: *Quid eſt quod adſerunt baptizatos intendere non debere virtutum diſciplinis; nihil illis obeſſe comeſſationes, nihil voluptatum affluentiam, inſipientes eſſe eos, qui iis careant; virgines oportere nubere, filios facere; ſimiliter & viduas iterare, quod ſemel malè* (infeliciter, propter ſequutum mariti obitum) *virili admixtione expertæ ſint, etiamſi ſe continere poſſint, errare eas, quæ nolint iterare copulam?* Hiſce ex Apoſtolo ſanam & ſinceram doctrinam

1.Cor. 7. 25. opponit: *Qua reverentia virginitatis loquutus eſt ſanctus Apoſtolus; De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tamquam miſericordiam conſequutus à Domino? Præceptum non habet; conſilium habet. Non enim præcipitur quod ſupra legem eſt, ſed magis dato ſuadetur conſilio, Nec auctoritas præſumitur, ſed demonſtratur gratia; nec à quocumq; demonſtratur, ſed ab eo, qui miſericordiam Dei meruit. Horum ergo meliora, quàm Apoſtolorum conſilia? Apoſtolus dicit, Conſilium do: iſti diſſuadendum putant, ne quæ ſtudeat virginitati.* —— *Bonum ergo conſilium, quia in conſilio utilitas eſt, in præcepto laqueus. Conſilium invitat voluntarios, præceptum adſtringit invitos. Si qua ergo ſequuta fuerit conſilium, & eam non pœnituerit, acquiſivit utilitatem: ſi quam vero pœnituerit, non habet quod accuſet Apoſtolum. Ipſa enim de infirmitate ſua judicare debuit, & ideò ſibi voluntatis ſuæ rea eſt, cujus graviore, quàm ferre poſſet, laqueo ſe ac nodo ligavit. Itaq; tamquam bonus medicus, qui & fortioribus ſtabilitatem virtutis con-*

Rom.14.2 *ſervare cupiat, & infirmis ſalubritatem dare, aliis dat conſilium, aliis demonſtrat remedium. Qui infirmus eſt, olera manducet, accipiat uxorem: qui va-*

1. Cor.7, 37. *lidior eſt, fortiorem virtutis cibum expetat. Meritoq; adjunxit: Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc judicavit in corde ſuo ſervare virginem ſuam, benè facit. Igitur & qui matrimonio jungit virginem ſuam, bene facit: & qui non jungit, meliùs facit. Mulier vincta eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quod ſi dormierit vir ejus, libera eſt: cui vult nubat, tantùm in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundum meum conſilium. Puto enim quòd & ego Spiritum Dei habeo. Hoc eſt conſilium Dei habere, explorare diligenter omnia, & quæ meliora ſunt, ſuadere, & quæ tutiora demonſtrare. Providus ductor multas oſtendit vias, ut quæ vult unuſquiſq;, quam ſibi accommodam arbitratur, incedat, dummodo occurrat quo poſſit in caſtris prætendere. Bona virginitatis via, ſed ſublimis & ardua validiores requirit. Bona & viduitatis, non tam difficilis ut ſuperior, ſed confragoſa & aſpera*

cautio-

cautiores exigit. Bona etiam matrimonij, plana & directa, longiore circuitu ad caſtra ſanctorum pervenit. Ea plurimos recipit. Sunt ergo virginitatis premia, ſunt merita viduitatis, eſt etiam conjugalis pudicitiæ locus. Hactenus Ambroſius, qui quanti fecerit conjugium, quàm indubitatò pudicitiam in eo & caſtitatem agnoverit, hinc patet. Virginitatem quidem ſublimiorem eſſe docet, ſed etiam difficiliorem. Nemini itaque per præceptum, quod hîc inſtar laquei ſit, imponendam, nec ex conſilio temerè & inconſideratè ſuſcipiendam, utpotè cui ferendæ pares quorumvis non ſint vires.

Hieronymus Ambroſij σύζυγον conjugio iniquior fuit. Exortus erat iſtis temporibus Helvidius, qui quum doceret, beatiſſimam virginem Deiparam poſt editum in lucem Servatorem ex viro ſuo Joſepho alios filios, qui fratres Domini appellati fuerint, ſuſcepiſſe; & urgeretur objectione, Ergo Deiparam, ſi in virginitate non perſeveraverit, hac inſigni gloriâ deſtitui & ab alijs è fœmineo ſexu multis ſuperari: conſequenter, ut videtur, adſeruit, virginitatem præ conjugio nihil eximium habere. Hieronymus igitur Helvidium refutans ſub finem libri eam quoq; controverſiam tangit, hac præfatione: *Et quia de comparatione virginitatis & nuptiarum ſum aliqua dicturus, obſecro lecturos, ne me putent nuptiis detraxiſſe in virginum laude, & aliquam feciſſe diſtantiam inter ſanctos veteris teſtamenti & novi, id eſt, inter eos qui habuere conjugia, & eos qui à complexu mulierum penitus receſſerunt: verùm pro conditione temporum alij eos tunc ſubjacuiſſe ſententiæ, & alios nos, in quos fines ſeculorum devenerunt.* Pleraq; verò ibi ſunt moderata; etiamſi concludens dicat *ſe rhetoricatum eſſe, & in morem declamatorum paullulum luſiſſe.* Huic itaq; luſui imputetur, quòd torquens verba Domini de Sarâ ad Abrahamum, *Omnia quæcumque tibi dicit Sara, audi vocem ejus,* elicit inde, mulierem ex quo deſierit muliebria pati & ad conceptum idonea eſſe, *à Dei maledictione fieri liberam, neceſſe ad virum converſionem ejus: ſed è contrario,* inquit, *vir ſubjicitur ei, & Domini voce præcipitur, Omnia quæcumque tibi dicit Sara, audi vocem ejus; & ſic incipiunt vacare orationi, quia quamdiu in conjugio debitum ſolvitur, orandi præteritur inſtantia. Non negamus viduas, non negamus maritatas, ſanctas mulieres inveniri: ſed quæ uxores eſſe deſierint, quæ in ipſa neceſſitate conjugii virginum imitentur caſtitatem.* Ergóne quæ uxores eſſe pergunt, ſanctæ eſſe nequeunt; & conjugio renunciare eas oportet, quæ ſanctæ eſſe cupiunt? Sanè dictum durum & in conjuges inju-

cap. 10.

Gen. 21, 12

rium. Sed imputemus id luſui & rhetoricationi: præſertim, quum quæ ſequuntur, ut mitiora ita quoque veriora ſint, & ſuperioribus
1.Cor.7. quaſi medicinam faciant. *Hoc eſt*, inquit, *quod Apoſtolus breviter, Chri-*
34. *ſto in ſe loquente, teſtatus eſt; Innupta cogitat quæ Dei ſunt, quomodo placeat Deo, nupta verò cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro; nobis ſuper hoc campum intelligentiæ derelinquens. Neq; tamen alicui neceſſitatem imponit aut laqueum, ſed id quod honeſtum eſt, ſuadet, volens omnes eſſe ſicut ſeipſum. Et quamquam de virginitate Domini præceptum non habeat, (quia ultra homines eſt; & quodammodo impudentis erat, adverſum naturam cogere, alioq; modo dicere, Volo vos eſſe, quod angeli ſunt; unde & virgo majoris eſt meriti, dum id contemnit, quod ſi fecerit, non delinquit:) nihilominus in cohærentibus infert, Conſilium autem do, tamquam miſericordiam conſequutus à Domino, ut ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtan-*
Matt.24. *tem neceſſitatem, quia bonum eſt homini ſic eſſe. Quæ eſt iſta neceſſitas? Væ*
19. *prægnantibus & nutrientibus in illa die?* Nempe neceſſitas hæc eſt imminentium afflictionum & calamitatum, quas declinare vel tolerare commodiùs poteſt, qui ſolitariam vitam degit, quàm qui familiam alit & agmen liberorum trahit. Quod ſi autem virgo nubendo non delinquit, nuptiæ profectò ſanctitati non obſtant, quæ non niſi delictis excutitur & violatur. Quod ſi etiam nemini præceptum eſt in virginitate permanere, neq; præcipi magis poteſt, quàm ut naturam ſuam exuant homines & angelorum more degant; certè qui non permanet, ſanctitatem à ſe propterea non ſegregat, quia videlicet
1.Ioh.5.3. ille demum ſanctus eſſe nequit, qui divinis præceptis non paret. *Hæc eſt enim caritas Dei, ut præcepta ejus obſervemus; & præcepta ejus gravia non ſunt.* Eſt quoque egregium dictum Hieronymi, eo ipſo in loco, dignum obſervatu; *Nihil prodeſt carnem habere virginem, ſi mente quis nupſerit.*

Iſte verò liber ab Hieronymo ſcriptus eſt, quum adhuc viveret Damaſus, Romanæ urbis epiſcopus. Sic enim ipſe Apologiâ ad
epiſt. 50. Pammachium: *Dum adhuc viveret ſanctæ memoriæ Damaſus, librum con-*
cap.7. *tra Helvidium de beata Maria virginitate perpetua ſcripſimus; in quo neceſſe fuit nobis, ad virginitatis beatitudinem prædicandam, multa de moleſtiis dicere nuptiarum.* Damaſo ſucceſſit Siricius, vir exigui judicii & ad gubernandam eccleſiam non admodum inſtructus. Quod ex re
epiſt.16. & vero dici fidem facit ipſe Hieronymus in Epitaphio Marcellæ, commemorans, quomodo, quum Origeniani Romanam eccleſiam turba-

turbarent, veritas per ſimplicitatem Siricij periclitans fœminę prudenti & zelo defenſa & vindicata fuerit. *Tunc*, inquit, *ſancta Marcella, quæ diu ſe cohibuerat, ne per æmulationem quippiam facere videretur, poſtquam ſenſit fidem Apoſtolico ore laudatam in pleriſque violari, ita ut ſacerdotes quoque & nonnullos monachorum maximeq́; ſeculi homines in adſenſum ſui traheret, ac ſimplicitati illuderet epiſcopi, qui de ſuo ingenio cæteros æſtimabat, publicè reſtitit, malens Deo placere, quàm hominibus. Laudat Salvator in evangelio villicum iniquitatis, quòd contra Dominum quidem fraudulenter, attamen pro ſe prudenter fecerit. Cernentes hæretici de parva ſcintilla maxima incendia concitari, & ſuppoſitam dudum flammam jam ad culmina perveniſſe, nec poſſe latere, quod multos deceperat, petunt & impetrant eccleſiaſticas epiſtolas, ut communicantes eccleſiæ diſceſſiſſe videantur. Non multum tempus in medio, ſuccedit in pontificatum vir inſignis Anaſtaſius.——Dicas quid hæc ad laudem Marcellæ? Damnationis hæreticorum hæc fuit principium, dum adducit teſtes,——dum acciti frequentibus literis hæretici, ut ſe defenderent, venire non ſunt auſi; tantaq́; vis conſcientiæ fuit, ut abſentes damnari, quàm præſentes coargui maluerint.* Ecce quos Siricius communione ſuâ dignatus eſt, tamquam hæreticos damnavit ſucceſſor Anaſtaſius. Sed hæc nos nunc ſaltim adducimus, ut quàm parum aptus regendæ eccleſiæ Siricius fuerit, appareat. Paulinus quoq; de ſuperbiâ ejus conqueritur, ſcribens ad Severum Sulpitium; *Pleniùs indicare poterunt conſervi noſtri, pueri tui, quantum nobis gratiæ dominicæ detrimentum faciat urbici papæ ſuperba diſcretio.* Hîc Baronius; *Puto ſentis lector, quem Paulinus per urbicum Papam intelligat; non alium quidem, quàm qui tunc Romanæ præerat eccleſiæ pontificem ipſum Siricium, quem infenſum abſq; cauſſa aliqua, ut ait, pati coactus fuerit.* Quin ipſe etiam Hieronymus, qui Damaſo pontifice Romæ in gratiâ & auctoritate fuerat, mox ſub epiſcopo Siricio malevolentiæ & calumniæ cedere coactus urbem deſeruit & in Palæſtinam navigavit. Quâ de re legi poteſt ipſius ad Aſellam epiſtola, ſub cujus finem, *Hæc*, ait, *mea domina Aſella, quum jam navem conſcenderem, raptim flens dolensq́; conſcripſi: & gratias ago Deo meo, quòd dignus ſim, quem mundus oderit. Ora autem, ut de Babylone* (Româ) *Ieroſolymam regrediar, ne mihi dominetur Nabuchodonoſor.*

epiſt. 1.

An. 394. *num.* 90.

epiſt. 99.

Talis quum eſſet Siricius, epiſtolâ ſub initium pontificatus ſui ad Himerium Tarraconenſem, qui Damaſum de nonnullis dubijs conſuluerat, ſcriptâ, & ambitionem ſuam dominandiq; cupiditatem

non obſcurè prodidit, & jugum cœlibatus imò abſtinentiæ à proprijs uxoribus per præceptum Hiſpanis, quin & cæteris, ut apparet, Latinis presbyteris diaconiſq; impoſuit. *Directa*, ait, *ad deceſſorem noſtrum ſanctæ recordationis Damaſum fraternitatis tuæ relatio, me jam in ſede ipſius conſtitutum (quia ſic Dominus ordinavit) invenit.* Data eſt epiſtola III. Eid. Februarij, Arcadio & Bautone COSS. hoc eſt, anno æræ Chriſtianæ CCCXXCV.

Verba præſens negocium ſpectantia integrè hîc apponemus:
Siric.ep.1. *Plurimos ſacerdotes Chriſti atque Levitas, poſt longa conſecrationis ſuæ tem-*
c.7. *pora, tam de conjugibus proprijs, quàm etiam de turpi coitu ſobolem didiſimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quiſquis ille eſt ſectator libidinum, præceptorq́; vitiorum, ſi æſtimat, quòd in lege Moſis paſſim ſacris ordinibus à Domino laxata ſunt frena luxuriæ, cur eos, quibus committebantur ſancta ſanctorum, præmonet, di-*
Lev.20,7. *cens: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter? Cur etiam procul à ſuis domibus, anno vicis ſuæ, in templo habitare juſſi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus poſſent carnale exercere commercium, ut conſcientiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam, expleto deſervitionis ſuæ tempore, uxorius uſus ſolius ſucceſſionis cauſſa fuerat relaxatus, quia non ex aliâ, niſi ex tribu Levi, quiquam ad Dei miniſterium fuerat præceptus admitti. Vnde & Dominus Ieſus, quum*
Mat.5.17. *nos ſuo illuſtrâſſet adventu, in evangelio proteſtatur, quia legem venerit implere, non ſolvere. Et ideo eccleſiam, cujus ſponſus eſt ſpecioſus forma, caſtitatis voluit ſplendore radiare, ut in die judicij, quum rurſus advenerit, ſine ma-*
Eph.5.27. *cula & ruga eam poſſit, ſicut per Apoſtolum ſuum inſtituit, reperire. Quarum ſanctionum ſacerdotes omnes atque Levitæ inſolubili lege conſtringimur, ut à die ordinationis noſtræ, ſobrietati ac pudicitiæ & corda noſtra mancipemus & corpora, dummodò per omnia Deo noſtro in his, quæ quotidie offerimus, ſacrificijs placeamus. Qui autem in carne ſunt, dicente electionis vaſe, DEO*
Rom.8.8. *placere non poſſunt. Vos autem jam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus DEI habitat in vobis. Et ubi poterit, niſi in corporibus (ſicut legimus) ſanctis, Dei ſpiritus habitare? Et quia aliquanti, de quibus loquimur, ut tua ſanctitas retulit, ignoratione lapſos eſſe ſe deflent, his hac cōditione miſericordiam dicimus non negandam, ut ſine ullo honoris augmento in hoc, quo detecti ſunt, quàm diu vixerint, officio, perſeverent, ſi tamen poſt hæc continentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi verò, qui illiciti privilegij excuſatione ni-*

tuntur,

tuntur, ut ſibi aſſerant veteri hoc lege conceſſum, noverint ſe ab omni eccleſiaſtico honore, quo indignè uſi ſunt, Apoſtolicæ ſedis auctoritate dejectos, nec umquam poſſe veneranda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi, dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla præſentia cavere nos præmonent in futurum, ſi quilibet epiſcopus, presbyter atq; diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inventus, jam nunc ſibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obſeratum: quia ferro neceſſe eſt excîdantur vulnera, quæ fomentorum non ſenſerint medicinam.

Hæc & cætera, quæ reſcripſerat, alijs quoq; Hiſpaniæ, quin etiam Africæ eccleſijs cùm indicari tum imponi juſſit, concludens in hunc modum: *Explicuimus, ut arbitror, frater cariſſime, univerſa, quæ digeſta ſunt in querelam: & ad ſingulas cauſſas, de quibus per filium noſtrum Baſſianum presbyterum, ad Romanam eccleſiam, utpote ad caput tui corporis, retuliſti, ſufficientia, quantum opinor, reſponſa reddidimus. Nunc fraternitatis tuæ animum ad ſervandos canones, & tenenda decretalia conſtituta, magis ac magis incitamus, ut hæc quæ ad tua cõſulta reſcripſimus, in omnium coëpiſcoporum noſtrorum perferri facias notionem: & non ſolùm eorum, qui in tua ſunt diœceſi conſtituti, ſed etiam ad univerſos Carthaginienſes ac Bæticos, Luſitanos atq; Gallæcios, vel eos, qui vicinis tibi collimitant hinc inde provincijs, hæc, quæ à nobis ſunt ſalubri ordinatione diſpoſita, ſub literarum tuarum proſequutione mittantur. Et quamquam ſtatuta ſedis Apoſtolicæ, vel canonum venerabilia definita, nulli ſacerdotum Domini ignorare ſit liberum: utilius tamen, atq; pro antiquitate ſacerdotij tui, dilectioni tuæ eſſe admodum poterit glorioſum, ſi ea, quæ ad te ſpeciali nomine generaliter ſcripta ſunt, per unanimitatis tuæ ſolicitudinem, in univerſorum fratrum noſtrorum notitiam perferantur.* Vide verò vafriciem junctam ſuperbiæ. Conſilium quod ab eo petitum fuerat, vertit in imperium; & ut commodiùs Hiſpaniæ epiſcopos ſub jugum redigat, unum eligit, quo adminiſtro ad cæteros opprimendos utatur, ſpecie honoris ei oblatâ, ut per alienam ambitionem propriæ ſatisfaciat. Tibi, ait, admodum glorioſum erit, ſi quæ ad te ſcripta ſunt, noſtro nomine coepiſcopis tuis indices & injungas. Quæ ars non malè ceſſit Romanis Pontificibus. Per eam enim factum, ut qui coëpiſcopis ſuarum provinciarum dominari cuperent, quales vix ullibi poterant deeſſe, auctoritate Romanæ ſedis, quæ in toto orbe prima patriarchalis & in occidente unica Apoſtolica eſſet, armati, interdum etiam titulo Legatorum ornati, dum ſeſe ſuper cæteros extollunt,

neceſſariò Romanos, à quibus præeminentiam ſuam derivabant, ſecum evcherent. Juſſa igitur], quæ aliàs declinare potuiſſent & fortè debuiſſent, non modò capeſſebant ipſi, ſed coep ſcopis quoque ſuis, ſæpè invitis, imponebant, eò promtiùs, quò id ſibi ad prærogativas ſuas ſtabiliendas magis profuturum, ſeq; ad dominatum alieno quàm proprio nomine tutiùs graſſaturos intelligerent. Sed iſta alterius loci conſiderationi reſervamus: nunc hoc agamus.

Siric. ep. 4.c.9. Edictum ſuum de cœlibatu & abſtinentiâ Siricius proximo iterum anno in epiſtolâ ad epiſcopos Africæ repetijt, his verbis uſus: *Quod dignum & pudicum & honeſtum eſt, ſuademus ut ſacerdotes & Levitæ cum uxoribus ſuis non coëant, quia in miniſterio divino quotidianis neceſſita-*
1.Cor.5.5. *tibus occupantur. Ad Corinthios namq; ſic Paulus ſcribit, dicens: Abſtinete vos, ut vacetis orationi. Si ergò laicis abſtinentia imperatur, ut poſſint deprecantes audiri; quanto magis ſacerdos utique omni momento paratus eſſe debet, munditiæ puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſcentia, quid faciet? Excuſabit? quo pudore, qua mente uſurpabit? Qua conſcientia, quo merito hic ex-*
Tit.1,15. *audiri ſe credit, cum dictum ſit, Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum. Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod poteſt jure etiam gentilitas accuſare. Fortè creditur, quia ſcriptum eſt: Vnius uxoris virum. Non permanentem in concupiſcentia generandi dixit, ſed propter continentiam futuram. Neq; enim integros non*
1.Cor.7.7. *admiſit, qui ait: Vellem autem omnes homines ſic eſſe, ſicuti & ego. Et apertiùs*
Rom.8.8. *declarat, dicens: Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem jam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.* Videtur hîc quidem magis perſuadere velle, quàm cogere; & conſilia potiùs quàm imperia promere. *Suademus*, ait; item, *hortor, moneo, rogo.* Sed ſi finem epiſtolæ addamus & penſitemus, an intra ſuaſionum, hortatuum, monitorum & precum limites ſeſe continuerit, dubitari poterit. Ait enim, *Si quis ſanè inflatus mente carnis ſuæ, ab hac canonis ratione velit evagari, ſciat ſe à noſtra communione ſecluſum, & gehennæ pœnas habiturum.* Sed iſta ſine dubio non ad aliquem Siricianum, ſed ad Apoſtolicum canonem, quem his ipſis verbis paullò antè præmiſerat, referre oportet, hunc vid licet; *Vt unanimes, unum ſentientes permaneamus in Chri-*
Phil.2.2. *ſto, nihil per contentionem nobis neq; per inanem gloriam vindicantes, nec hominibus, ſed Deo noſtro ſalvatori placentes.*

Quic-

Quicquid ſit, ſi non hac ad Africanos, certè priore illa ad Hi-
merium epiſtolâ mandanti propior eſt quàm hortanti. Non paren-
tes enim *omni eccleſiaſtico honore, Apoſtolicæ ſedis auctoritate dejicit, vene-
randa myſteria attrectare* prohibet, & *ferrum minatur.* Hoc igitur eſt
mandare & pœnam dictare. Quare non temerè Siricius legis de
perpetuâ clericorum in occidente abſtinentiâ primus auctor ſem-
per creditus eſt, adeo ut eam non ad alium quàm illum, confirmato
etiam pridem cœlibatu, retulerint ipſi Scholaſtici & Canoniſtæ,
quemadmodum ex initio Tractatus patuit. Quin Innocentius, qui
poſt annos viginti legem renovavit, in reſcripto Siricij fundamen-
tum fixit, ut poſteà videbimus. Nunc verba unius Antonini Floren-
tini, quem Sanctorum catalogo adſcripſit Hadrianus ſextus, ex Sum-
mâ ejus hiſtoricâ proferemus. *Siricius,* inquit, *indixit continentiam* Tit. 9. c. 7.
*diaconibus & ſuprà conjugatis, ſcilicet quò ad uſum matrimonij contracti
ante ordines: & hoc occidentalibus: nam eccleſia orientalis illam conſtitutio-
nem non recepit.* Et poſteà: *Occidentales ſi contraxerint ante ſuſceptio-* Cap. 1. §. 1.
*nem ordinis ſacri, non poſſunt uti tali matrimonio. Et hoc à tempore Inno-
centij & Sïricij Papæ, qui continentiam quantum ad hoc indixerunt diaco-
nibus & ſuprà,* id eſt, presbyteris & epiſcopis. *Anteà poterant Occiden-
tales, ſicut & Orientales, uti jam contracto ante ordinationem in ſacris. Sub-
diaconibus verò ſimili modo, ſcilicet quantum ad uſum matrimonii prius
contracti, indixit continentiam, ſcilicet ut abſtinerent ab uxoribus, Grego-
rius Papa.*

Hic jam jure meritoque Siricium verbis, quibus alicubi Hie- *epiſt. 65.*
ronymus uſus eſt, compellare licet: *Cur poſt quadringentos annos* (pau-
cos adde, & quadringenti erunt) *docere nos niteris, quod antè neſcivi-
mus? cur profers in medium, quod Petrus & Paulus edere noluerunt? Uſq; in
hunc diem ſine iſta doctrina mundus Chriſtianus fuit.* Imitari etiam Pa-
ciani ad Sympronianum verba: *Siricius, inquies, hoc docuit. At vel quando* *epiſt. 3.*
*frater, quibusve temporibus? ſub principatu Theodoſij, id eſt, poſt quadrin-
gentos prope annos Dominicæ nativitatis.* —— *Ergo à Chriſti adventu uſq;
Theodoſij principatum nullus intelligens?* Novitas legis manifeſta eſt:
nec obſcura ejus iniquitas. Nemini mortali ea competit poteſtas,
per quam toti alicui hominum ſtatui jus matrimonij poſſit auferre, *Vide pag.*
ut pridem oſtendimus, nec hic opus eſt repeti. Multò minùs ea cui- *97. & ſe-*
piam competit poteſtas, per quam ſeparet, quod Deus conjunxit, *quentib.*
Hic autem maritis uxores, quas nullo voto obſtante, nullâ lege & ne

qui-

quidem eccleſiaſticâ, quippe nondum latâ, impediente validè & legitimè duxerant, interdicuntur: quin conjuges in carne eſſe, coinquinati & infideles eſſe dicuntur. Quæ ſi eo ſenſu, quo ab Apoſtolo prolata ſunt, capiuntur, conjugioq; applicantur, intolerabilia ſunt, ipſumq; Siricium Encratitarum & Manichæorum hæreſi, quod nolimus, inquinant. Nempe ſi ad hanc formam, quam ſanè innuere ipſe videtur, argumentum concipiatur: Qui in carne ſunt & inquinati ſunt, Deo placere vel ab eo quicquam impetrare non poſſunt. Sacerdotes uxoribus utentes ſunt in carne, & inquinati. E. Si jam ad Minorem quæram, quare ſacerdotes uxoribus utentes inquinati ſint; aliquam ejus rei rationem & cauſſam reddi oportebit. Si dicatur, ſacerdotes uxoribus utentes inquinatos eſſe ideo, quia uxoribus utantur; ſequetur illicò, omnes omnino uxoribus utentes eſſe inquinatos, & proinde nulli Chriſtiano uxoris uſum convenire. Sin ideo, quia utantur contra prohibitionem Pontificis; regero, ſacerdotem uxore uti vitandæ fornicationis & ſuſcipiendæ ſobolis ergo, jure divino & naturali opus bonum, pium & pudicum eſſe: per ſanctionem itaque Pontificiam non poſſe converti in opus vitioſum, immundum, carnale, inquinatum. Niſi fortè dicere velint, auctoritate Pontificiâ virtutem in delictum, & pietatem in crimen, versâq; vice delictum in virtutem, & crimen in pietatem verti poſſe. Hac itaq; viâ non proceſſit, aliâ aggrediamur, ut exiſtimationi Siricij, quantum poſſumus, conſulamus. Dicamus eum loqui de immundicie non morali, ſed phyſicâ, & hunc aut ſimilem diſcurſum inſtitutum ire: Qui phyſicè immundus & inquinatus eſt, ſive qui opus aliquod phyſicè pudendum peregit, eum non decet continuò ſacra miniſteria peragere. Sed qui recens eſt ab opere matrimoniali. E. Ad majorem probandam applicari verba Apoſtoli, non quidem ex ſenſu, quem ipſe Apoſtolus intendat, ſed ex quodam alio adludente: quomodo Scripturis interdum abuti veteribus non ſit inuſitatum. Sic equidem Siricium excuſatum cuperem.

Dices, Si aliam immundiciem vel inquinationem non intelligit, cur tantoperè ſævit? cur non ſimili ratione, ne quis recens ab exoneratâ alvo ſacras oblationes peragat, interdicit? Et cur adeo præciſè & univerſim uxorio commercio omnes ſacerdotes prohibet? Nam ſi vel maximè externam & phyſicam illam mundiciem, quæ tamen Judaica magis quàm Chriſtiana (hæc enim tota in internâ

ternâ & morali animi ac actionum rectitudine poſita) videri poſſit, exigeret; non propterea neceſſe habebat uxorum uſum omnibus ſimpliciter adimere. Non enim omnes quotidie ſacra peragunt. Poſſunt inter ſe dividere cùm functiones, tum ſeptimanas & dies. Sufficerit igitur, intuitu externi iſtius decori, ſtatis & congruis temporibus abſtinere. Sanè Siricium nihil aliud, & vix hoc ipſum, ratiunculis iſtis qualibus qualibus efficere, fatendum eſt. Et ſunt, ſi quid iis videri queat ineſſe momenti, à nobis pridem diſſolutæ. Exigit Deus à ſacrorum ſuorum miniſtris, imò ab omnibus fidelibus ſuis caſtitatem, pudicitiam, ſanctitatem. Conjugium autem caſtum, pudicum & ſanctum eſt. Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη Heb.13,4.
ἀμίαντος. Et præclarè Baſilius Seleucienſis epiſcopus, magni Chry- Cod.168.
ſoſtomi, ut eſt apud Photium, φίλος καὶ ὁμορόφιος, amicus & contubernalis: ᾠκοδόμησεν ὁ θεὸς τὴν πλευρὰν ἣν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα. ὁμο- homil.2.
φροσύνης καὶ σωφροσύνης ἡ πλάσις διδάσκαλος. ἑνὶ ἄνδρι μίαν προσαρμόσας γυναῖκα σωφροσύνης ἐνομοθέτησε νόμους. *Ædificavit Deus è coſtâ, quam accepit, mulierem. Conſenſum & pudicitiam creatio iſta docet. Uni viro unam aptans mulierem, pudicitiæ legem tulit.* Et alibi ad verba epi- homil.42.
ſtolæ ad Hebræos, Εἰρήνην διώκετε καὶ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς Heb.12,14.
ὄψεται τὸν Κύριον, ad hæc, inquam, verba explicans ſubjungit; ἁγιασμὸν δὲ λέγει τὴν σωφροσύνην, ὥς τε ἕκαστον ἀρκεῖσθαι τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ, καὶ μὴ περιέχειν ἑτέρᾳ. *Pacem ſectamini & ſanctimoniam, ſine quâ nemo videbit Dominum. Sanctimoniam verò vocat pudicitiam, ut unuſquiſque contentus ſit ſuâ ipſius uxore, nec ad aliam accedat.* Poſt pauca, nec impar quidem conjugium, fidelis inquam & infidelis, ſua ſanctitate deſtitui docet. ἡ μὲν τῷ ἀπίστῳ συνοικοῦσα, οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτος. ἡγίασται γὰρ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί. Ἐπὶ δὲ τῆς πόρνης, οὐχ οὕτως. ἀλλὰ τί; ἄρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω μέλη πόρνης; ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ ἁγιασμὸς μένει, κἀκείνου συνοικοῦντος, καὶ οὐκ ἐξίσταται. ἐνταῦθα δὲ ἀναχωρεῖ. *Quæ quidem infideli cohabitat, non eſt immunda. Maritum enim infidelem Apoſtolus in uxore ſanctificatum eſſe dicit.* De 1.Cor.7,14
meretrice verò haut ita. Quid autem? Num ſublata membra Chriſti, 1.Cor.6,15.
faciam membra ſcorti? Ibi enim, vel tali cohabitante, ſanctimonia manet, nec evaneſcit; hic verò abſcedit. Quod itaque dicit Siricius, *ſacerdotes omnes atque Levitas inſolubili lege conſtringi, ut à die ordinationis ſuæ, ſobrietati ac pudicitiæ & corda ſua mancipent & corpora*; id etiam conſtante matrimonio rectè fieri poteſt & debet. Quod autem

dicit *uxores ſolùm ſucceſſionis cauſſâ Levitis fuiſſe conceſſas*; id, unde probare poſſit, non habet. Cur enim evitatio fornicationis, quæ communiter, præter procreationem prolis, conjugii finis eſt, reſpectu Levitarum finis non ſit? Sed, ut diximus, rationes Siricii aut pridem refutatæ, aut aliàs manifeſtò nullæ ſunt. Lex igitur itidem ipſa, utpote ſine ſufficiente ratione lata, lata etiam ab eo, cui ad ejusmodi legem ferendam auctoritas defuit, manifeſtò iniqua, irrita & nulla eſt.

cap. 5. Neque verò eſt, quod magnopere idipſum miremur, quum in eâdem ad Himerium epiſtolâ occurrat alia ſanctio, æquè iniqua & abſurda, quam proinde univerſalis eccleſia poſteà reprobavit, irritamque & nullam declaravit. Sancit videlicet Siricius, eum qui propter publicum aliquod crimen, ſive datum publicè ſcandalum pœnitentiam publicam ſubiiſſet, hac peractâ & abſolutione impetratâ facultatem matrimonii contrahendi non habere. Verba ne quid fingere exiſtimer, iterum integrè apponam: *De his non incongrue tua dilectio Apoſtolicam ſedem credidit conſulendam, qui, actâ pœnitentiâ, tamquam canes ac ſues, ad vomitus priſtinos & ad volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuo appetivere concubitus. Quorum profeſſam incontinentiam, generati poſt abſolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia jam ſuffugium non habent pœnitendi, id diximus decernendum, ut ſolâ intra eccleſiam fidelibus oratione jungantur, ſacra myſteriorum celebritati, quamvis non mereantur, interſint: à Dominica autem menſa convivio ſegregentur, ut hac ſaltem diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcœnis cupiditatibus retrahantur. Quos tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, quum ad Dominum ceperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſublevari. Quam formam & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, ſervandam eſſe cenſemus.* Nihil nunc dicam de prohibitâ poſt pœnitentiam actam militiâ. Quo colore excuſari poteſt, quòd prohibetur novum conjugium? Non poteſt dici Siricius agere de monachis lapſis. nam de his ſequente tractat capitulo: *Prætereà*, inquit, *monachorum quosdam atque monacharum, abjecto propoſito ſanctitatis, in tantam proteſtaris demerſos eſſe laſciviam, ut prius clanculò, velut ſub monaſteriorum prætextu, illicitâ ac ſacrilegâ ſe contagione miſcuerint; poſteà verò in abruptum conſcientiæ*

deſpe-

deſperatione perducti, de illicitis complexibus liberè filios procrearint, & cæ-
tera. Bellarminus igitur alio modo videtur medicinam facere
velle, dicens prohiberi *illicitam conjunctionem eorum, qui poſt per-* de Rom.
actam pœnitentiam iterum redeunt ad eamdem conjunctionem, propter Pont. l. 4.
quam pœnitentiam egerant. Cæterùm hoc quoque fruſtrà prætexitur. *cap.* 10.
Agit Siricius de iis, qui, ut diſerta habent verba, *nova conjugia appe-
tivere.* Sic jam, qui cum aliquâ peccaverit, atque eo nomine pœni-
tentiam egerit. Is poſteà conjugium (de conjugio enim loqui-
tur) contrahere volet vel cum aliâ, vel cum eâdem. Quare alteru-
trum reprehendi, vel interdici, vel puniri debeat, nulla penitùs eſt
ratio. *Poſſe ſanè fieri nuptias ex malè conjunctis, honeſto poſteà placito de bono
conſequente, manifeſtum eſt*, ſicut ait Auguſtinus. Adeo nimius *conjug.*
fuit in prohibendo conjugio Siricius, ut non modò presbyteris dia- *cap.* 14.
coniſque, ſed etiam pœnitentibus planè adimeret. Neque con-
ſultius [illegible] uno, quàm altero. Et ſicut prius magnas in
eccleſiâ turbas & difficultates excitavit: ita quoque poſterius illud
[illegible] traxit ſecum nihil incommodi. Certè intellectum ita fuit, quòd
poſt actam pœnitentiam non liceret matrimonium contrahere;
à nonnullis etiam ita, quòd non liceret contracto uti: ut ſubſequu-
tos Pontifices emendare & mentes hominum ab errore revocare
oportuerit.

Docemur, quæ modò diximus, è Gratiano, cujus hæc ſunt *cauſâ* 33.
verba: *De pœnitentibus quæritur, an eis generaliter poſt pœnitentiam per-* *qu.* 5. *c.* 12.
*actam conjugia concedantur. Generaliter enim canonicâ auctoritate pro-
hibentur pœnitentes ad ſecularem militiam redire, vel matrimonia con-
trahere. Unde Siricius Papa epiſtolâ ad Himerium epiſcopum: De his non
incongrue dilectio tua Apoſtolicam ſedem credidit conſulendam*, & quæ
ſequuntur, omnia integrè ſuperiùs recitata. Quibus ſubjungit Gra-
tianus: *Sed quia timore ſolvendi conjugii nonnulli ad pœnitentiam acce-
dere differunt, vel propter lapſum adoleſcentiæ, quem formidant, pœniten-
tiæ remedium ſuſcipere negligunt; ideo auctoritate canonicâ permittitur eis
vel contracta matrimonia retinere, vel alia contrahere. Unde Leo Papa*
([illegible]mum exiſtimem, incertus ſum) *Galerio epiſcopo Tripolitano
ſcribit: Audivimus à quibuſdam, quòd in veſtris diœceſibus ac finibus* *cap.* 13.
*Chriſtianorum cœtus levi occaſione ſe ſubtrahunt pœnitentiæ jugo, dicentes;
Quia ſi pœnitentiam agimus, conjugii debemus relinquere copulam: in
quo errant & à veritatis calle diſcedunt. Quia pro omnibus illicitis pœni-*

tentiam unusquiſque Chriſti nominis cultor ſuſtinere ac peragere ſummope-re debet, dicente Domino: Pœnitentiam igitur agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Conjugium vero legitimum nulli orthodoxorum pœnitentiam ſuſtinenti ſolvere licet. Et infrà: *Sacris eos vos expedit eloquiis edocere, ut ab erroris eripiantur caligine, & licitis copulationibus juncti de omnibus illicitis pœnitentiam agere procurent.* Item *Leo Papa ad Ruſticum:* eſt autem Leo primus ſcribens ad Ruſticum epiſcopum Narbonenſem; quæ epiſtola inter Leonis in aliis editionibus eſt nu-
cap.14. mero XC, in aliis XCII: *In adoleſcentiâ conſtitutus, ſi urgente aut metu mortis aut captivitatis periculo pœnitentiam geſſit, & poſteà timens lapſum incontinentiæ juvenilis, copulam uxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur feciſſe venialem, ſi præter conjugem, nullam omnino cognoverit.* Addit rurſus poſt pauca in eamdem ſententiam alium ca-
cap.16. nonem: *Si quis cum duabus fuerit ſororibus fornicatus, aut cum his perſonis, de quibus Sacra ſcriptura prohibet, ſi dignam egerit pœnitentiam, & caſtitatis non valuerit continentiam ſuſtinere, liceat ei in conjugio uxorem accipere: ſimiliter & mulieri, quæ tali fuerit ſcelere lapſa, ut fornicationis non perducatur ad chaos.* Leguntur hæc in Wormatienſi concilio, celebrato ſub Ludovico ſecundo; faciuntque ibi canonem XXXIII. Quem in eodem concilio paullò poſt inſequitur alius eâdem de re generaliter loquens, [illegible] XXXVII: *Illi, qui pro diverſis erratibus vel quibuscumque piaculis pœnitentiæ jugo fuerint ſubmiſſi, legitimo nullatenus matrimonio ſeparentur, ne in fornicationis voragine demergantur, & dum ad alta ſublevari ſperantur, corruant in cœno.* Gratianus denique ex concilio Toletano ſexto canonem octavum, qui Leonis dictum antè prola-
cap.19. tum laudat, adducit: *Antiqui & ſanctiſſimi eſt patris ſententia Papæ Leonis, ut is, qui in ætatis adoleſcentia poſitus, dum mortis formidat caſum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium, ſi conjugatus fortè fuerit incontinens, ne poſteà adulterii lapſum incurrat, redeat ad priſtinum conjugium, quousque poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum: quod nos ſicut de viris, ita de fœminis æquo modo cenſemus.* Atque ita poſteriores Pontifices & concilia errorem, qui ex reſcripto Siriciano animis hominum inſederat, tollunt & emendant. Certum igitur eſt Siricium eos, qui pœnitentiam publicè ſubiiſſent, matrimonio arcuiſſe, iſtâque re multorum animos turbaſſe; atq; adeo in ſanctionibus eccleſiaſticis promulgandis, ſive ex ſimplicitate ſive ex inconſulto zelo, admodum infelicem fuiſſe.

Lon-

[illegible] tamen tolerabiliores ſunt conſtitutiones Siricii, quàm hodiernæ pontificiorum ſive leges, ſive conſuetudines. *Primò* enim Siricius ſubdiaconis (ut etiam Antoninum obſervaſſe ſuprà notavimus) conjugii uſum concedit; Pontificii verò adimunt, &, qui ſtupendum, tum horum tum presbyterorum atque diaconorum ab[illegible] ad Apoſtolos legiſlatores referunt, quum liqueat ne Siricium quidem ſubdiaconis cœlibatum impoſuiſſe. *Secundò* Siricius [illegible]n, cui abſtinentiam annectit, non niſi viros maturæ ætatis [illegible], ſuarumque virium ſibi conſcios admittit; quod [illegible] a Pontificiis non obſervatur. *Tertiò* Siricius, ut abſti[illegible]ctius & tutius citra periculum & fabulas præſtari queat, [illegible] prum Nicænæ ſynodi omnes ſuſpectas & *συνεισάκτους* [illegible] domibus cœlibum clericorum ejicit; quum hodie apud P[illegible]ricus ſine focariâ vel connubiâ vix inveniatur, ut vi[illegible] legitima conſortia non minùs admittere, quàm legiti[illegible]. Qui autem matrimonium ita rejiciunt, ut interim [illegible]s & vagis libidinibus indulgeant, & his quotidie pollui [illegible] conjugium ſemel contrahere malunt, imò ſic ſe minùs pecca[illegible] habent; ad Nicolaitarum & Gnoſticorum turpitudi[illegible].

Præ[illegible] duobus, quas de Siricio modò ſtatuebamus, adſ[illegible] facimus ex iſtius ad Himerium epiſtolæ capi[illegible] XII. Nonum in hæc verba conceptum eſt: *Qui[illegible] vovit obſequiis, à ſuâ infantiâ, ante pubertatis annos ba[illegible]orum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu adoleſcentiæ usq; ad [illegible] ætatis annum, ſi probabiliter vixerit, unâ tantùm, & eâ, [illegible] communi per ſacerdotem benedictione perceperit, uxore con[illegible] & ſubdiaconus eſſe debebit. Poſt quæ ad diaconii gradum, ſi [illegible], continentiâ præeunte, dignum probaverit, accedat. Ubi [illegible] annos laudabiliter miniſtraverit, congruè presbyterium [illegible]. Exinde poſt decennium epiſcopalem cathedram poterit adi[illegible] per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit appro[illegible].* [illegible] ante annos pubertatis baptizatus & lector factus [illegible] uſque ad trigeſimum annum, ſi unâ [illegible]patè vivat, ſubdiaconus eſſe debet. Poſt hæc, [illegible] aſpiret, continentiam demum exigit Siricius. Duodecimo autem capitulo repetit decretum Nicænæ ſynodi:

Fœminas non alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantùm, quas propter ſolas neceſſitudinum cauſſas habitare cum iisdem ſynodus Nicæna permiſit. Focarias igitur & concubinas in domibus & cubilibus clericorum, ut hodie fit, commorari neutiquam permittit.

Neque diſſimulandum eſt, videri ipſum in poſteriore ad Africanos epiſtola mitius & remiſſiùs agere, ut etiam antè obſervabamus. Forte à moderatioribus admonitus, aut jam ſentiſcens & animadvertens τόξον ἐπιτεινόμενον ῥήγνυσθαι, de fervore ſuo aliquid decedere paſſus eſt. Sanctionibus enim Siricii turbatus ut apparet, vel irritatus Jovinianus, in urbe Romanâ monachus, ſe opponere cepit. Cæterùm hic quoque, ut eſt infelicitas nonnullorum ingeniorum, modum tenere neſcivit, & quum mediâ viâ incedere debuiſſet, in aliam ad contraria evagantem deflexit. Adſeruit videlicet nullam virginitatis præ conjugio eſſe dignitatem; & propterea paria utrique apud Deum præmia: & huic adſertioni plures alios errores adjecit.

Fuiſſe ingenio duro & intorto, ad res intricandas magis quàm explicandas proclivi, arguit animi character ſtilus, cujus
adv. Iovin. ſpecimen nobis exhibuit Hieronymus: *Satisfacto invitatis, non ut*
lib. 1. c. 1. *claro curram nomine, ſed ut rumore purgatus vivam vano. Obſero agrum, novellis plantationum, arbuſta teneritudinis erepta de vitiorum gurgitibus: audientiam, communitam agminibus,* & reliqua, quæ ſub initium librorum Hieronymi adverſus Jovinianum leguntur. Ubi etiam com-
cap. 2. pendio errores hominis proponit in hunc modum: *Dicit virgines, viduas & maritatas, quæ ſemel in Chriſto lotæ ſunt, ſi non diſcrepent cæteris operibus, ejusdem eſſe meriti. Nititur approbare, eos qui plenâ fide in baptiſmate renati ſunt, à diabolo non poſſe ſubverti. Tertium proponit, inter abſtinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam eſſe diſtantiam. Quartum, quod & extremum, eſſe omnium, qui ſuum baptiſma ſervaverint, unam in regno cœlorum remunerationem.* Hos quidem errores recenſet Hieronymus: quibus addit Augusti-
ad Quod-vult. hær. 82 nus, quòd *omnia peccata, ſicut Stoici philoſophi, paria eſſe dixerit*; & quod *virginitatem Mariæ deſtruxerit, dicens eam pariendo fuiſſe corruptam.* Nempe quum præmia ſtatueret eſſe paria, ſimiliter quoque paria voluit eſſe ſupplicia, & ex conſequenti peccata. Et quum prærogativam nullam virginitati concederet, ne quidem eam in ſanctiſ-

ſimâ

ſimâ Mariâ manſiſſe adſeruit. Porrò de Joviniano ſubjicit Auguſtinus: *Non ſanè ipſe vel habebat, vel habere volebat uxorem; quod non propter aliquod apud Deum majus meritum in regno vitæ perpetuæ profuturum, ſed propter præſentem prodeſſe neceſſitatem, ne homo conjugales patiatur moleſtias, diſputabat. Citò verò iſta hæreſis oppreſſa & exſtincta eſt, nec uſque ad deceptionem aliquorum ſacerdotum potuit pervenire.* Siricius videlicet adverſus eam ſtatim inſurrexit, & ipſum cum ſuis adſeclis Jovinianum damnavit & communione privavit; idque per epiſtolam, quæ etiamnum exſtat, Ambroſio & Mediolanenſi eccleſiæ, cui Româ exploſi ſubrepere nitebantur, ſignificavit. *Facto,* ait, *pres-* *inter epiſt.*
byterio conſtitit doctrinæ noſtræ, id eſt, Chriſtianæ legi eſſe contraria. Unde *Ambroſii*
Apoſtolicum ſequuti præceptum, quia aliter, quàm quod accepimus, annun- 80.
ciabant, omnium noſtrûm tam presbyterorum & diaconorum, quàm etiam totius cleri una ſuſcitata fuit ſententia, ut Iovinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius & Ingenioſus, qui incentores novæ hæreſis & blaſphemiæ inventi ſunt, divinâ ſententiâ & noſtro judicio in perpetuum damnati, extra eccleſiam remanerent. Reſpondit Am- *epiſt.*81.
broſius & alii ejus provinciæ epiſcopi: ſententiam laudarunt & probarunt; unde factum, ut illi miſeri etiam *ex urbe Mediolanenſi, quaſi profugi* ſe proriperent.

Unum eſt hîc obſervatu dignum. Quandoquidem paullò poſt eam Siricii de abſtinentiâ ſanctionem Jovinianus Romæ docere cœpit, Virginitatem & abſtinentiam conjugio perperàm præferri; circa controverſiam itidem adſeruit, presbyteros & diaconos matrimonio non rectè prohiberi, legemq; illam Siricii nullâ ratione niti. Quum hoc ipſum inter cætera ſine omni dubio doceret Jovinianus, nec per connexionem & conſequentiam rerum aliter poſſet; nemo tamen iſthoc nomine eum erroris arguere vel hæreſeos accuſare auſus eſt. Ne ipſe quidem Siricius, nec qui ſummâ vehementia adverſus eum ſcripſit, Hieronymus. Dicere itaque, Non rectè fieri, ſi miniſtri ſacrorum ad abſtinentiam & cœlibatum latis legibus compellerentur; error eo tempore nondum fuit. Sanctiones itaque Siricii obtinere nondum poterant: licuit eas improbare; & ſacrorum miniſtri, Sicicianâ lege non obſtante, Latini inquam, (nam Græcos ad eam numquam attinuiſſe aliàs notum eſt) matrimonia ſua retinuerunt. Quod ex ipſo illo vehementiſſimo Hieronymi contra Jovinianum ſcripto, cujus modò mentionem faciebamus, probare poſſumus,

Quum

Quum enim commentarii à Joviniano divulgati Româ ad Hie-
ronymum Betlehemæ tunc degentem ab amicis, reſponſum, quod
opponeretur, deſiderantibus miſſi eſſent; ille morem geſſit, & duos
in Jovinianum libros, quorum priore de virginitate & conjugio tra-
Anno 390. ctat, confecit. Si Annales Baronianos ſequimur, quinto poſt
num. 50. editam Siricii legem anno eos perſcripſit. Nihilominus diſertè,
lib. I. c. 13. *Si Samuel*, ait, *nutritus in tabernaculo duxit uxorem, quid hoc ad præju-
dicium virginitatis? quaſi non hodie quoque plurimi ſacerdotes habeant ma-
trimonia?* Inde ſcilicet non efficitur, virginitatem nuptiis præferen-
dam non eſſe. Habebant igitur eo tempore plurimi ſacerdotes ma-
trimonia, quemadmodum habuerat Samuel; atque adeo ab iis lex
Siricii acceptata ſive in uſum deducta & approbata non fuit. De
cap. 19. epiſcopis dicit quidem; *Certè confiteris non poſſe eſſe epiſcopum, qui in
epiſcopatu filios faciat: alioquin ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebi-
tur, ſed quaſi adulter damnabitur.* Sed epiſcoporum quam presbyte-
rorum & diaconorum aliam non ex lege ſed ex conſuetudine ratio-
nem fuiſſe anteà diximus. Nec Hieronymus hîc legem aliquam
adlegat. Ait potiùs, Joviniano neceſſitatem incumbere fatendi,
quòd epiſcopo non liceat, per conſuetudinem ſcilicet ubique ferè
admiſſam, generandis liberis operam dare: alioquin tamquam a-
dulterum, ex receptâ videlicet hominum opinione, habitum iri. Se-
quitur immediatè: *Aut permitte ſacerdotibus exercere opera nuptiarum,
ut idem ſint virgines, quod mariti: aut ſi ſacerdotibus non licet uxores tan-
gere, in eo ſancti ſunt, quia imitantur pudicitiam virginalem.* Loquitur
de ſacerdotibus epiſcopis, de quibus ſermonem incoatum conti-
nuat. Nam ſacerdotum presbyterorum aliam rationem eſſe mox
fatetur.

Subjiciam enim nonnulla, quæ ſermone non interrupto ſe-
quuntur: *Sed & hoc*, ait, *inferendum.* Novum videlicet argumen-
tum meditatur. *Si laicus & quicumque fidelis orare non poteſt, niſi careat
officio conjugali; ſacerdoti cui ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia,
ſemper orandum eſt. Si ſemper orandum eſt, ergo ſemper carendum matri-
monio. nam & in veteri lege, qui pro populo hoſtias offerebant, non ſolum in
domibus ſuis non erant, ſed purificabantur ad tempus ab uxoribus ſeparati,
& vinum & ſiceram non bibebant, quæ ſolent libidinem provocare.* Hic
diſcurſus Hieronymi; qui quanti ponderis ſit, alibi pridem oſten-
Vide pag. ſum. Objectionem autem, quam in promtu animadvertebat eſſe,
57. ita

ita occupat? *Eliguntur mariti in ſacerdotium, non nego: quia non ſunt tanti virgines, quanti neceſſarii ſunt ſacerdotes. Numquid, quia in exercitu fortiſſimus quiſque eligendus eſt, idcirco non adſumentur & inferiores, quum omnes fortes eſſe non poſſint? Si exercitus viribus tantùm conſtaret, & non etiam numero militum, abjicerentur imbecilliores: nunc & ſecundarum & tertiarum virium gradus adſumitur, ut turbâ & numero exercitus compleatur.* Obſerva argumentum Hieronymi: obſerva itidem, quid ſibimetipſi objiciat & quomodo objectionem diluat, & clarè videbis, agnoſcere & fateri ipſum, maritos uſu matrimonii minimè abdicato ad ſacerdotium paſſim admitti. Hæc enim unica exceptio poterit adhiberi, nempe, Eligi quidem maritos, ſed non niſi continentiam promittentes & ab uxoribus abſcedentes. Ceterùm ad eam elidendam ſufficit, nihil tale ab Hieronymo dici: quin cum contextu ſermonis & ratione loquendi id pugnare. Argumentum eſt: Laici, quum orandum eſt, abſtinent. Ergo ſacerdotes, quibus orandum eſt ſemper, ſemper abſtinere debent. Declaratur ſive confirmatur, Quia etiam ſub vetere teſtamento ſacerdotes hoſtias oblaturi, ab uxoribus ſuis ſeparabantur. Hic jam ſtatim conſuetudo eccleſiaſtica in contrarium occurrebat. Quicquid efficiat argumentum, fateri oportet, eligi nihilominus maritos, atque adeo in eccleſiâ ita non ſervari, & praxin aliter ſeſe habere. Si verum fuiſſet & dicere potuiſſet, dixiſſet omnino; Eligi quidem maritos, ſed eos ex quo ſacerdotium adeant, cum uxoribus ſuis numquam conſueſcere, quin, emiſſo utrinque continentiæ voto, penitus ſegregari. Atque ita verbo totam rem abſolviſſet. Nempe, Sicut laici tempore precationis abſtineant; ita ſacerdotes, quibus ſemper precandum ſit, etiamſi mariti adſumti fuerint, ſemper abſtinere: & ſicut veteris teſtamenti ſacerdotes tempore, quo offerendum erat, ab uxoribus ſuis abſtinuerint; ita hodiernos perpetuò, & interpoſito quidem voto, abſtinere. Sic univerſum negocium breviter expediviſſet. Hoc itaque, quod tantopere ipſius è re fuiſſet & ſententiam unicè ſtabiliviſſet, quum omittat, & alia omnia adferat, cauſſaſque admiſſorum maritorum undecumque corradat; manifeſtum eſt, non potuiſſe verè dici, exemplis & publicâ eccleſiæ praxi, ſi dictum fuiſſet, è veſtigio refellendum. Mavult itaque dicere, non tot in promtu eſſe abſtinentes, quot opus ſit ſacerdotibus: exercitum, quem non niſi fortes ſummæ excellentiæ conficiant,

ciant, haberi non poſſe. Pergit, & cauſſas, quare ipſis virginibus mariti ſæpe præferantur, anxiè conquirit: *Et quomodo, inquies, frequenter in ordinatione ſacerdotali virgo negligitur, & maritus adſumitur? Quia fortè cætera opera non habet virginitati convenientia; aut virgo putatur, & non eſt; aut eſt virginitas infamis; aut certè ipſa virginitas ei parit ſuperbiam, & dum ſibi applaudit de ſolâ corporis caſtitate, virtutes cæteras negligit. — Multi eliguntur non amore ſui, ſed alterius odio. In pleriſque ſuffragium meretur ſola ſimplicitas, & alterius prudentia & calliditati, quaſi malitia, opponitur. Nonnumquam errat plebis vulgiq́; judicium; & in ſacerdotibus comprobandis unusquisque ſuis moribus favet, ut non tam bonum, quàm ſui ſimilem quærat præpoſitum. Evenit aliquoties, ut mariti, quæ pars major in populo eſt, maritis quaſi ſibi applaudant, & in eo ſe arbitrentur minores non eſſe virginibus, ſi maritum virgini præferant. — Interdum hoc & pontificum vicio accidit, qui non meliores ſed argutiores in clerum allegunt, & ſimpliciores quosque atque innocentes inhabiles putant; vel affinibus & cognatis quaſi terrenæ militiæ officia largiuntur; ſive divitum obediunt juſſioni; quodq́; his pejus eſt, illis clericatus donant gradum, quorum ſunt obſequiis deliniti.* Ex his maritos in ſtatu maritorum poſitos & perſeverantes in ſacerdotium cooptatos fuiſſe manifeſtum eſt.

Subjiciemus in eamdem ſententiam pauca ex libello æquè vehemente adverſus Vigilantium, *unius noctis lucubratione* (ſic enim ſub finem ejus ipſe loquitur Hieronymus) dictato: idq́ue propter connexum rerum. nam aliàs Vigilantius aliquot annis poſt Jovinianum prodiit. imò hoc jam mortuo. *Quomodo*, ait Hierony-
cap.1. mus, *Euphorbus in Pythagora renatus eſſe perhibetur, ſic in iſto Ioviniani mens prava ſurrexit; ut in illo & in hoc diaboli reſpondere cogamur inſidiis. — Ille Romanæ eccleſiæ auctoritate damnatus, inter phaſides aves & carnes ſuillas non tam emiſit ſpiritum, quàm eructavit. Iſte caupo Calagurritanus*, & cætera. Voluit autem ipſe & ὁμόψηφοι, quantum ex Hieronymiano illo, è quo de ſolo erroribus ejus nobis conſtat, ſcripto colligere poſſumus, ne quisquam cœlebs aut ſine conjuge ad ſacrum miniſterium admitteretur. *Niſi tumentes uteros viderint fœminarum, maritos earum Chriſti miniſterio arbitrantur indignos.* His verbis clauditur libellus. Sub initium verò, non multùm poſtea, quæ modò recitabamus, legimus: *Proh nefas, epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes: ſi tamen epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordinant diaconos,*

niſi

niſi prius uxores duxerint; nulli cœlibi credentes pudicitiam, imò oſtendentes quàm ſanctè vivant, qui malè de omnibus ſuſpicantur: & niſi prægnantes uxores viderint clericorum, infantesq́ de ulnis matrum vagientes, Chriſti ſacramenta non tribuunt. Quid facient orientis eccleſiæ? quid Ægypti & ſedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi uxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt? Agit latinus presbyter contra presbyterum itidem latinum, natione Hiſpanum, incolatu Gallum. Cur ad orientem, cur ad Ægyptum ſe recipit, ut eccleſias, quæ non niſi virgines vel abſtinentes in clerum ſive ordinem diaconatus (de eo enim gradu loquitur) admittant, inveniat? Nempe quia in Hiſpaniâ & Galliâ inveniri non poterant, ibique paſſim diaconatum mariti adibant. Si domeſtica præſidia præſtò fuiſſent, peregrina usque adeo longè petita non accerſiviſſet. Vigilantiani, ait, neminem niſi maritum ordinant. Si id rectè fit, quomodo excuſari vel defendi poterunt eccleſiæ orientis, Ægypti & ſedis Apoſtolicæ, Romanæ ſcilicet, quæ ſola in occidente Apoſtolica; in quibus contrariâ prorſus ratione non niſi virgines vel abſtinentes admittuntur? Si bene agunt Vigilantiani ſolos maritos adſciſcendo, malè agent celeberrimæ aliquot eccleſiæ, quæ conſuetudine omnino contrariâ utuntur: eccleſiæ videlicet nonnullæ orientis, Cypriæ puta, in quibus eum morem obtinuiſſe ex Epiphanio ſuprà diximus; nam in Græciâ, provinciis Aſiaticis, Bithyniâ, Galatiâ, Paphlagoniâ, Cappadociâ & reliquis quæ orienti ſolent accenſeri, aliter fuiſſe, concilia Nicænum & Gangrenſe, item exempla, quæ prolixè ſuis ſingula locis priùs adducta ſunt, evidenter demonſtrant: eccleſiæ etiam nonnullæ Ægypti; non ſanè omnes; nam vel epiſcopos aliquarum maritos fuiſſe ex Athanaſio Ægypti metropolitano anteà docuimus: demum eccleſiæ ſedis Apoſtolicæ ſive diœceſeos Romanæ, ubi cœlibatum decretis ſanxerat Siricius, & jam fortè confirmaverat Innocentius, quâ de re inferiùs agemus. Hæ igitur eccleſiæ ſolæ in promtu erant Hieronymo; quæ ad diaconatum non niſi cœlibes vel abſtinentes admitterent. Ad diaconatum, inquam: nam ſubdiaconatui ne ipſe quidem Siricius; cæteris autem inferioribus ordinibus nemo umquam cœlibatum vel abſtinentiam impoſuit. Reliquæ igitur eccleſiæ quàm plurimæ, utut decreta ſua Siricius jam publicaverat & Innocentius confirmaverat, diaconos accipiebãt, qui nec virgines

pag. 235.

pag. 209.

eſſent, nec continentes; nec, ſi uxores haberent, mariti eſſe deſiſterent. Et hæc ad libellum contra Vigilantium.

Revertamur ad ſcripta contra Jovinianum; è quibus, & quidem ipſis illis ſuperiùs adductis locis, Hieronymum agnoviſſe, quòd Apoſtoli ſacris miniſtris conjugium permiſerint, docere poſ-
lib.1.c.13. ſumus. *Si Samuel*, inquit, *nutritus in tabernaculo duxit uxorem, quid hoc ad præjudicium virginitatis? quaſi non hodie quoque plurimi ſacerdotes habeant matrimonia; & Apoſtolus epiſcopum deſcribat unius uxoris virum, habentem filios cum omni caſtitate.* Alter locus clarior eſt. Introducit Jovinianum objicientem: *Fruſtra*, inquit, *hæc loqueris*
cap.19. Hieronyme: *quia & epiſcopi, & presbyteri, & diaconi, unius uxoris viri & habentes filios ab Apoſtolo conſtituuntur.* Hæc objectio; ſequitur
1.*Cor.*7,25 Hieronymi reſponſio: *Quomodo de virginibus Apoſtolus dicit ſe non habere præceptum, & tamen dat conſilium, quaſi miſericordiam conſequutus à Domino; & hoc agit in omni illâ diſputatione, ut virginitatem præferat matrimonio; & ſuadet quod imperare non audet, ne injicere videatur laqueum, & plus imponere ponderis, quàm poteſt hominum ſuſtinere natura: ita & in eccleſiaſtico ordine cuſtodiendo, quia rudis ex gentibus conſtituebatur eccleſia, leviora nuper credentibus dat præcepta, ne territi ferre*
*Act.*15,28. *non poſſent. Denique & Apoſtoli & ſeniores de Ieroſolymis literas mittunt, ut non amplius imponatur oneris his, qui de gentibus crediderunt, niſi ut abſtineant ſe ab idololatriâ, & fornicatione, & à ſanguine, & à ſuffocatis; & quaſi parvulis atque infantibus lac potum dant, non ſolidum cibum: nec præcipiunt de continentiâ, nec de virginitate ſignificant, nec ad jejunia provo-*
*Matt.*19, *cant, nec dicunt illud, — Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia tua,*
21. *& da pauperibus. Si enim adoleſcens ille, qui ſe jactaverat cuncta feciſſe, quæ legis ſunt, audiens hoc triſtis abiit, quia habebat poſſeſſiones multas; quanto magis tanta gentium multitudo, — non habebat neceſſe præceptum de caſtitate & continentiâ?* Sic igitur Hieronymus Joviniano verba Apoſtolica de epiſcopis, presbyteris, diaconis maritis objicienti reſpondet, non ut dicat, Conſtitui quidem maritos, ſed qui poſthac deſinant eſſe mariti; quod pro ſententiâ, quam tuendam ſuſceperat, mirificè feciſſet: ſed quòd ratio recentis & rudis eccleſiæ aliter non tulerit, nec adſtrictiora præcepta ferre potuerit. Fatetur itaque maritos in matrimonio perſeverantes ad ſacra miniſteria ab Apoſtolo admitti, nec per eum præcipi, ut mariti eſſe vel maritorum officium implere deſinant. *Sed & ipſa*, inquit, *epiſcopalis electio*, qua-

qualis videlicet hodie ubique ferè obtinet, *mecum facit.* Quum verba Apoſtoli non poſſet, electionem epiſcoporum, qualis tum ut plurimùm erat, in ſuas partes trahit, eique verba Apoſtoli, non ſine aliquâ torſione, accommodare cupiens ait; *Non enim dicit* Apoſtolus, *Eligatur epiſcopus, qui unam ducat uxorem & filios faciat, ſed qui unam habuerit uxorem, & filios in omni ſubditos diſciplina.* Num filios etiam habuiſſe debet, non habere? Pergit autem, quod eo tempore de epiſcopis obtinuiſſe monuimus, urgere & in rem ſuam rapere. *Certè confiteris non poſſe eſſe epiſcopum, qui in epiſcopatu filios faciat*; & cætera ſuperiùs jam antè deſcripta. Quibus, quamvis epiſcopi non niſi cœlibes vel continentes, eo tempore & præſertim in latinâ eccleſiâ, ădſumerentur, fateri tamen cogitur, maritos ſæpè in presbyterium cooptari, imò virginibus non rarò præferri. Cujus rei cauſſas inquirens, nonnumquam ipſorum epiſcoporum culpâ id accidere affirmat. Tandem laborat oſtendere, Apoſtoli verba receptæ iſti de cœlibibus & abſtinentibus epiſcopis conſuetudini ſi non favere, ſaltim non adverſari. *Alioqui*, inquit, *ſi juxta ſententiam Apoſtoli non erunt epiſcopi niſi mariti, ipſe Apoſtolus epiſcopus eſſe non debuit, qui dixit; Volo autem omnes ſic eſſe, ſicut ego ſum. Et Iohannes indignius hoc gradu exiſtimabitur, & omnes virgines & continentes, quibus quaſi pulcerrimis gemmis eccleſia monile decoratur.* 1. Cor. 7, 7.

Quamvis igitur Hieronymus, quemadmodum cæteri etiam priſci doctores communiter, virginitatem abſtinentiamque matrimonio anteponat, & ſacros miniſtros abſtinentiam inſigniter decere credat, atque adeo abſtinentes eſſe diſcupiat; agnoſcit tamen, Apoſtolos illis nullo injuncto cœlibatu vel ſeparatione conjugium permiſiſſe, & plurimos illo tempore in quàm plurimis eccleſiis maritos, utut Siricius edicta ſua pridem publicaverat, ſacris miniſteriis functos eſſe. Agnoſcit quoque, cœlibatum ſuaderi quidem poſſe, ſed imperari non poſſe: illam demum *virginitatem hoſtiam Chriſti eſſe, cujus nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculaverit:* talem verò non eſſe in manu omnium, nec à quibusvis præſtari poſſe. *Incipere*, ait, *plurimorum eſt; perſeverare paucorum. unde & grande præmium eorum, qui perſeveraverint. Si omnes virgines eſſe poſſent, numquam & Dominus diceret, Qui poteſt capere, capiat; & Apoſtolus in ſuadendo non trepidaret, De virginibus autem præceptum Domini non habeo.* Quin haut procul à fine prioris iſtius adverſus Jovinianum libri, *Tunc*, inquit, l. 1. adv. Jovin. cap. 7. cap. 21. cap. 25.

virginitati poſſet officere diſputatio noſtra, *ſi nuptias poſt virginitatem & viduitatis caſtimoniam non in gradu tertio poneremus: nunc autem, quum hæreticorum ſit damnare conjugia & Dei ſpernere conditionem, quicquid de laude dixerit nuptiarum* Jovinianus, *libenter audimus.* Nuptias igitur laudari libenter audit Hieronymus. Bonas igitur eſſe & culpari non oportere, fatetur.

Interim occurrunt iſto libro, quæ in contrarium exorbitant, interpretis admodum benigni indiga: quamquam vel à tali vix poterunt omnia excuſari. Ex iis nonnulla hîc adſcribemus, ut lectori conſtet, Hieronymo, quum de conjugio agitur, fidem haberi, & verba ejus in auctoritatem trahi non poſſe. *Si bonum eſt*, inquit, *mulierem non tangere, malum eſt ergo tangere: nihil enim bono contrarium eſt niſi malum. Si autem malum eſt & ignoſcitur, ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat.— Oro te, quale illud bonum eſt, quod orare prohibet? quod corpus Chriſti accipi non permittit? Quamdiu impleo mariti officium, non impleo Chriſtiani.* Ita lectum fuit in editionibus veteribus & Eraſmicis. Marianus Victorius mutavit, & *continentis* repoſuit. Ejam in Apologiâ ad Pammachium, ubi locus repetitur, vel librarii vel Hieronymus ipſe, poſt reprehenſionem cautior, quod aliàs intolerabile erat, eâ ſuffectâ voce mitigavit. Videtur autem omnino, quod veteres editiones habent, primitùs ſcripſiſſe. Id enim & ardor declamationis & conſequentia ſermonis exigit. Orare & corpus Chriſti accipere officia ſunt Chriſtiani. Ea præſtare prohibet officium mariti. Ergo quamdiu impleo mariti officium, non impleo Chriſtiani. Aliter, ſermo non cohæret, & frigus eſt à fervore Hieronymiano valde alienum.

(*cap.4.* in margin)

E Tertulliani autem libro de monogamiâ, quem alioquin ipſe alicubi hæreticum appellat, & altero, cui titulus Exhortatio ad caſtitatem, itidem in hæreſi ſcripto, non pauca hauſit, quædam etiam verbotenus expreſſit. Inter cætera ſunt, quæ ſubjicio: *Ideo melius eſt nubere, quia pejus eſt uri. Tolle ardorem libidinis, & non dicet, Melius eſt nubere. Melius enim ſemper ad comparationem deterioris reſpicit, non ad ſimplicitatem incomparabilis per ſe boni. Velut ſi diceret, Melius eſt unum oculum habere, quàm nullum; melius eſt uno inniti pede, & alteram partem corporis baculo ſuſtentare, quàm fractis cruribus repere. Quid ais Apoſtole?— Ubi de continentiâ loqueris & virginitate, Bonum eſt, ais, homini mulierem non tangere; &, Bonum eſt eis, ſi ſic permanſerint, ut ego;*

Vide pag. 121. *cap.5.*

ego; & Puto hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem; & , Quia bonum eſt homini ſic eſſe. Vbi ad nuptias venis, non dicis, Bonum eſt nubere, quia non potes jungere, Quàm uri: ſed dicis, Melius eſt nubere; quàm uri. Si per ſe nuptiæ ſunt bona, noli illas incendio comparare, ſed dic ſimpliciter, Bonum eſt nubere. Suſpecta eſt mihi bonitas ejus rei, quam magnitudo alterius mali malum eſſe cogit inferius: ego autem non levius malum, ſed ſimplex per ſe bonum volo. Confer nunc Exhortationis Tertullianicæ ad caſtitatem & libri De monogamiâ utrobique caput tertium, & unde ſua Hieronymus hauſerit, illico videbis.

Quinetiam dicta Apoſtolica, quæ de ſtudio peccandi & manifeſtis criminibus agunt, conjugio aliquoties aptat. *Legimus, quod Moſes, id eſt, lex habuerit uxorem: oſtende mihi Ieſum Nave vel uxorem habuiſſe, vel filios. — Comparemus utriusque ſepulturam. Moſes in terrâ Moab moritur, Ieſus in terrâ Iudææ. Ille ſepelitur in valle contra domum Phegor, quod interpretatur ignominia; propriè quippe Phegor linguâ Hebraicâ Priapus appellatur: hic in monte Ephraim ab aquilone montis Gaas. Et eſt in verbis ſimplicibus ſemper Scripturarum divinarum ſenſus auguſtior. Quia apud Iudæos gloria erat in partubus & parturitionibus; & maledicta ſterilis, quæ non habebat ſemen in Iſraël; & beatus, cujus erat ſemen in Sion & domeſtici in Ieruſalem; & in benedictione maximâ ponebatur, Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, filii tui ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ: idcirco ſepulcrum ejus* (Moſis, legem & veterem populum figurantis) *poſitum in valle deſcribitur contra domum idoli, quod propriè libidini conſecratur. Nos autem, qui militamus ſub Ieſu duce, uſque ad præſentem diem ignoramus, ubi Moſes ſit ſepultus: contemnimus enim Phegor* (hîc ſanè de contemtu conjugii loquitur) *& omnem ignominiam ejus, ſcientes quòd qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.* cap.12. Pſal.128,3. Rom.8,8.

Item: *Scribit inter cætera Paulus Apoſtolus ad Romanos; Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? nam finis illorum mors eſt. nunc verò liberati à peccato, ſervi autem Dei facti, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. Puto quod & nuptiarum finis mors ſit: fructus autem ſanctificationis, qui vel ad virginitatem vel ad continentiam pertinet, vitâ penſatur æternâ. Ac deinde: Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, ut ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit, ut fructicemus Deo. Quum enim eſſemus in carne, paſſiones, quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris,* cap.22. Rom.6,22. Rom.7,4.

ſtris, ut fructificarent morti. — *Ac manifeſtiùs in conſequentibus docet, Chriſtianos non ambulare ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum, dicens;*
Rom.8,5. *Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt, qui verò ſecundum ſpiritum, quæ ſunt ſpiritus, ſentiunt. nam prudentia carnis mors eſt: prudentia autem ſpiritus, vita & pax. Quoniam prudentia carnis, inimicitia eſt in Deum: legi enim Dei non ſubjicitur: nec enim poteſt. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt; & cætera. Si prudentia carnis inimicitia eſt in Deum, & qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt; arbitror eos, qui ſerviunt officio conjugali, quòd prudentiam carnis diligant, & in carne*
cap.23. *ſint.* Rurſus: *Quodcumque ſeminaverit homo, hoc & metet. Qui ſeminat*
Gal.6,7. *in carne ſuâ, de carne metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Exiſtimo, quòd qui uxorem habet, quamdiu revertitur ad idipſum, ne tentet eum ſatanas, in carne ſeminet & non in ſpiritu.* Quis talia commodè & conſtanter excuſare poſſit, nedum defendere?

l.1. de Continent. c.9. Rectè itaque Claudius Eſpenſæus: *Multa viro ſancto in virginitatis favorem exciderunt coacta & violenta.* Qualia ſunt etiam iſta: *Qui*
cap.7. *ſe, inquit Salvator, caſtraverunt propter regnum cœlorum. Si caſtrati mercedem habent regni cœlorum, ergo qui ſe non caſtraverunt, locum non poſſunt accipere caſtratorum.* — *Væ prægnantibus & nutrientibus in illo die. Non hîc ſcorta, non hic lupanaria condemnantur, de quorum damnatione nulla dubitatio eſt; ſed uteri tumeſcentes, infantum vagitus, & fructus atq; opera nuptiarum.* Præterea: *Nuptiæ terram replent, virginitas paradiſum.*
cap.9. Perinde, quaſi ſolæ virgines paradiſum intrent. Item: *Tunc ſalvabi-*
cap.14. *tur mulier, ſi illos genuerit liberos, qui virgines permanſuri ſunt; ſi quod ipſa perdidit, acquirat in liberis, & damnum radicis & cariem flore compenſet & pomis.* Quaſi ſalvari nequeat, ſi liberos matrimonia contracturos genuerit. Hæc & hujusmodi alia in honorem Hieronymi nos ſanè diſſimularemus, ſi tot ſeculis publicè lecta diſſimulari poſſent, & metus non eſſet, ne magni doctoris auctoritas ſimplicioribus imponat, vel eâ apud imperitos ad fraudem Pontificii abutantur. Fortè ſuâ ſponte & niſi evidentia rei cogat, non fatebuntur omnes, quod faſſus eſt Claudius Eſpenſæus, aut quod Alfonſus Virveſius, ſcribens Philippicâ XIIX: *Iniquior fuit matrimonio Hieronymus, non negamus.* De matrimonii itaque dignitate & ſanctitate quum quæritur, ad ſuffragium cum cæteris ſanctis Patribus, à quibus ſeorſim ſentit, Tertulliani quàm præceptoris ſui Nazianzeni doctrinæ multò propior, non admittitur. Neque

Neq; mirum, iſtos adverſus Jovinianum libros Romam perlatos complurium mentes, non minùs fortè, quàm Joviniani errores fecerant, turbaſſe, & Pammachium ſummum Hieronymi amicum, ut manibus hominum ſubduceret ſupprimeretque, conatum eſſe. Quod rectè factum, etiamſi exemplis ſubitò multiplicatis conſilium ſucceſſus deſtitueret, ipſe in epiſtolâ ad Pammachium non diffitetur Hieronymus. *De opuſculis meis*, inquit, *contra Iovinianum, quòd & prudenter & amanter feceris exemplaria ſubtrahendo, optimè novi. Sed nihil profuit iſta diligentia.* Mittit igitur Apologiam, quâ ſe, quantum poteſt, defendit & excuſat. Inprimis urget, quæ de conjugio commodè ſcripſerat, qualia eſſe nonnulla nos ipſi ſuprà diximus; & his cætera acerbè dicta mitigare & diluere conatur. *Quum toties*, inquit, *& tam crebrò lectorem admonuerim, — me ita recipere nuptias, ut continentes viduas virginesq; præferrem: debuerat prudens & benignus lector etiam ea, quæ videntur dura, æſtimare de cæteris, & non, in uno atq; eodem libro, criminari, me diverſas ſententias protuliſſe. Quis enim tam hebes & ſic in ſcribendo rudis eſt, ut idem laudet & damnet?* Quomodo tamen cum iſtis ſanis illa dura & dira conciliari poſſint, non facilè apparet. Certè ſi ut ſonant & jacent, id eſt, ſenſu ſimplice & genuino, præſertim ſi dicta Apoſtolica eo, quo ab Apoſtolo pronunciata ſunt, capiantur; conciliari non poſſunt. Quum autem conciliari nihilominus cupiat Hieronymus, ſumantur ut excuntia à ſuo illo proprio & germano ſenſu; ad eum ferè modum, quo Siriciana emollienda eſſe ſuprà monuimus. Et huc tandem ipſe labitur, producens exempla veterum ſcriptorum cùm exoticorum tum eccleſiaſticorum, qui adverſarios ſimili ſcribendi genere confutarint. *Origenes*, ait, *Methodius, Euſebius, Apollinarius multis verſuum millibus ſcribunt adverſus Celſum & Porphyrium. Conſiderate, quibus argumentis & quàm lubricis problematibus diaboli ſpiritu contexta ſubvertant.* Hîc rectè Marianus Victorius: *Lubrica dixit, quòd interdum ambiguis ac veluti non ſubſiſtentibus argumentationibus in diſputando utantur.* Paulum quoq; Apoſtolum (vide, quid non ſui defendendi ergò homines moliantur!) involvere, & ſecum in eumdem gregem compingere, ſive paris in diſputando artificij arguere audet. Non tamen ſe prorſus ἀναίτιον facere videtur, neque non agnoſcere, quòd modum quadamtenus exceſſerit; ſuam vehementiam præcipiti diſputationis ardori & deſiderio feriendi ac obruendi adverſarium imputans. *Delicata doctrina eſt*, inquit, *pugnanti*

Epiſt. 52.

Cap. 4.

iſtus dictare de muro, & quum ipſe unguentis delibutus ſis, cruentum militem accuſare formidinis. Nec hoc dicens ſtatim jactantiæ reus ſum, quod cæteris dormientibus ſolus certaverim: ſed hoc dico, cautiùs eos poſſe pugnare, qui me viderint vulneratum. Quid eſt ipſum vulneratum eſſe, niſi fervore diſputationis modum exceſſiſſe & reprehenſioni obnoxium factum eſſe? *Nolo tale certamen adeas, in quo tantùm te protegas, & torpente dextrâ, ſiniſtrâ clypeum circumferas. Aut feriendum tibi eſt, aut cadendum. Non poſſum te exiſtimare victorem, niſi adverſarium videro trucidatum. Legimus —— plura eſſe genera dicendi, & inter cætera, aliud eſſe γυμναστικῶς ſcribere, aliud δογματικῶς. In priori vagam eſſe diſputationem, & adverſario reſpondentem nunc hæc nunc illa proponere; argumentari ut libet; aliud loqui, aliud agere; panem, ut dicitur, oſtendere, lapidem tenere. In ſequenti autem aperta frons, &, ut ita dicam, ingenuitas neceſſaria eſt.* Hoc itaq; gymnaſtico ſcribendi genere & fervore diſputationis vel quacumq; commodâ ratione poſſumus, hyperbolas & hallucinationes Hieronymi excuſemus; aut certè, ſi quas excuſare non poſſumus, cæteris multis & præclaris ejus viri in eccleſiam meritis condonemus. Lubet dicere cum Joſepho Scaligero: *Paucis erroribus Hieronymi mille benefacta ejus, quæ illis opponamus, habemus. In illis hominem Hieronymum, in iſtis ſupra multos homines eum fuiſſe meminerimus: cui uni plus debent eccleſiaſticæ literæ, quàm multis alijs, quamvis ſummis viris.*

Proleg. in Euſeb.

Ad unum adhuc & alterum ejus Apologiæ locum, quod ex ſuperioribus aliàs conſtare poterat, iterum admonebimus. Dicit ſub finem: *Epiſcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium in æternum pudici.* Intelligi oportet non de omnibus, ſed de Romanâ & paucis alijs eccleſijs, quas libro contra Vigilantium diſertiùs expreſſit; præcipuè de Romanâ, cujus & ipſe presbyter erat, & Pammachius membrum, conſtitutionibus ſui epiſcopi ad cœlibatum adſtringentibus nunc obnoxiæ. Eadem ratione, vel certè de abſtinentiâ non perpetuò, ſed miniſterij tempore præſtandâ capienda ſunt iſta verba: *Perſpicuè nuptias diximus concedi in euangelio: ſed tamen eaſdem in ſuo officio permanentes præmia caſtitatis capere non poſſe. Quod ſi indignè accipiunt mariti, non mihi iraſcantur, ſed ſcripturis ſanctis; imò epiſcopis, & presbyteris, & diaconis, & univerſo choro ſacerdotali & levitico, qui ſe noverunt hoſtias offerre non poſſe, ſi operi ſerviant conjugali.*

Cap. 3.

Hie-

Hieronymo ſanè, ut audivimus, refutatio Joviniani ceſſit non admodum feliciter. Quin effecit potiùs, ut aliquamdiu *jactaretur, Ioviniano reſponderi non poſſe cum laude, ſed cum vituperatione nuptiarum.* Hi itaq; ſermones poſt aliquot annos occaſionem dederunt Auguſtino, (ita enim ipſe in poſteriore Retractionum) ut librum de Bono conjugali ſcriberet; quo videlicet doceret, virginitatem nuptijs, etiamſi ipſæ quoque bonæ & laude dignæ ſint, nihilominus præferri poſſe. *Vbi tamen*, inquit, *de propagatione filiorum, priusquam homines mortem peccando mererentur, quoniam concubitus mortalium corporum res videtur, quæſtio magna dilata eſt: ſed in alijs poſteà literis noſtris ſatis, quantum arbitror, explicatur.* Nempe libro de Bono conjugali homines in ſtatu innocentiæ, propagandæ ſobolis ergo concubitu uſuros fuiſſe, non audet affirmare: quod tamen decimoquarto de Civitate Dei luculenter adſerit; unde nos quoque ſuo ſuprà loco pauca deſcripſimus. Interim Hieronymo & Tertulliano ſatis expreſsè contradicit. *Honorabiles nuptiæ in omnibus*, inquit, *& thorus immaculatus. Quod non ſic dicimus bonum, ut in fornicationis comparatione ſit bonum. Alioquin duo mala erunt, quorum alterum pejus. Aut bonum erit & fornicatio, quia eſt pejus adulterium. Pejus eſt enim alienum matrimonium violare, quàm meretrici adhærere. Et bonum adulterium, quia eſt pejor inceſtus. —— Hoc autem falſum eſſe quis dubitet? Non ergo duo mala ſunt connubium & fornicatio, quorum alterum eſt pejus: ſed duo bona ſunt connubium & continentia, quorum alterum eſt melius.* Rurſus poſt aliqua: *Certè dubitare fas non eſt, nuptias non eſſe peccatum, Non itaq; nuptias ſecundum veniam concedit Apoſtolus. Nam quis ambigat abſurdiſſimè dici, non eos peccaſſe, quibus venia datur? Sed illum concubitum ſecundum veniam concedit, qui fit per incontinentiam, non ſolâ cauſſâ procreandi, ſed etiam aliquando nulla cauſſa procreandi, quem nuptiæ non fieri cogunt, ſed ignoſci impetrant.* Hæc opponuntur Hieronymianis iſtis: *Hoc, inquit* Apoſtolus, *dico juxta indulgentiam, non juxta imperium. Et muſſitamus adhuc nuptias non vocare indulgentiam, ſed præceptum? Quaſi non eodem modo & ſecunda & tertia matrimonia concedantur: quaſi non & fornicatoribus per pœnitentiam fores aperiantur eccleſiæ; quodq; his eſt majus, & inceſtis.*

Cap. 22.

cap. 22. & 23.

vide p. 53.

Cap. 8.

Cap. 10.

1. Cor. 7. 6

Lib 1. adv. Iovin. c. 5.

De ſanctitate verò conjugum Chriſtianorum idem Auguſtinus, paucis interjectis, præclarè: *Quod ait* Apoſtolus, *Quæ innupta eſt, cogitat ea quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu; non ſic accipiendum eſt, ut putemus non eſſe ſanctam corpore Chriſtianam conjugem caſtam.*

Cap. 11.

1. Cor. 7, 34.

1. Cor. 6, *ſtam. Omnibus quippe fidelibus dictum eſt, Neſcitis, quoniam corpora veſtra*
19. *templum in vobis eſt Spiritus ſancti, quem habetis à Deo? Sancta ſunt etiam corpora conjugatorum, fidem ſibi & Domino ſervantium. Cui ſanctitati cujuslibet eorum nec infidelem conjugem obſiſtere, ſed potius ſanctitatem uxoris prodeſſe infideli viro, aut ſanctitatem viri prodeſſe infideli uxori idem*
1. Cor. 7, *Apoſtolus teſtis eſt, dicens, Sanctificatus eſt enim vir infidelis in uxore fideli, &*
14. *ſanctificata eſt mulier infidelis in fratre fideli.* Et ſanè Scriptura nuſpiam ſanctitatem collocat in abſtinentiâ à propriâ uxore, ſed, quod hanc rem ſive commercium muliebre attinet, in abſtinentiâ à fornicatio-
1. Theſſ. 4, 3 ne. Ita Apoſtolus Paulus: τοῦτό ἐστι θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας. *Hac eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtri, nempe ut abſtineatis à fornicatione.* Idem, quando Romanis, Corinthijs, Epheſijs, Philippenſibus, Coloſſenſibus ſcribit, *ſanctis* ſe ſcribere dicit, & tamen pleriſq; conjugatis ſcribebat, ſolis abſtinenti-
1. Pet. 1. 2. bus & cœlibibus minimè. Similiter Apoſtolus Petrus ſcribit *electis ſecundum præſcientiam DEI Patris ad ſanctificationem ſpiritus*, ſive ſpiritualem; & tamen conjugibus ſcribit; imò mulieres ſubditas ſuis vi-
1. Pet. 3. 5. ris, *ſanctas prædicat*. Quum itaque conjugium ſit ſanctum, conjuges ſint ſancti, & corpora conjugum fidem ſibi & Domino ſervantium, ut Auguſtinus loquitur, ſancta; ineptum eſt metuere, ne ſacra miniſterio conjugatorum polluantur, & non magis vereri, ne, ſi miniſtris conjugium incontinentiæ & libidini compeſcendæ divinitùs ordinatum universè & ſimpliciter adimatur, ab ipſis ſine illo ſancto & divino remedio ad fornicationes & flagitia prolapſuris inquinentur.

Sub finem libri triplex bonum conjugii eſſe docet, *Prolem, Fi-*
Cap. 24. dist. 31. A. *dem & Sacramentum.* Quod quarto Sententiarum à Petro Lombardo inſertum apud Scholaſticos πολυθρύλλητοι evaſit. Nempe quatenus conjugium eſt in officium, ut loquuntur, naturæ ſecundum ſpeciem conſervandæ, ſive propagandi generis humani, ſic ejus bonum & finis eſt proles: quatenus eſt in remedium culpæ ſive compeſcendæ incontinentiæ ergò inſtitutum, ſic ejus bonum eſt fides, nempe maritum non niſi cum ſuâ conſuetudinem habere, & cum aliâ ne habere quidem velle; & idem de uxore, ut ita conjuges ſibi mutuò fidem ſervent. Et hiſce bonis ſive hac circumſtantiarum rectitudine actum conjugalem præditum eſſe oportet, ut verè bonus ſit & bene fiat. Quatenus autem conjugium artiſſimam & inſolubilem Chriſti eccle-

eccleſiæq; conjunctionem, illius erga hanc amorem & enutriendi fovendiq; ſtudium, hujus verò erga illum obſequium figurat, ſic ſacramentum eſt. Quæ variè & prolixè à Scholaſticis tractata apud ipſos videri poſſunt.

Nos ad edictum Siricij revertamur. Quod à paucis eccleſijs acceptatum & in praxin traductum fuiſſe ex ipſo Hieronymo oſtendimus. Nunc inſigne aliud exemplum ſubjungemus. Paulinus genere Romanus, ortu Aquitanus, nec magis familiæ & opum ſplendore, quàm eruditione & eloquentiâ illuſtris è Galliâ in Hiſpaniam profectus Barcinone presbyter ordinatus fuit, & nihilominus uxorem abs ſe non ſegregavit, ſed itinerum comitem vitæq; ſociam retinuit & ſecum ſemper habuit. De ordinatione ſuâ ſic ipſe ad Alipium: *Quod indicaſti, jam de humilitatis noſtræ nomine apud Mediolanum te didiciſſe, quum illic initiareris, fateor curioſiùs me velle condiſcere, ut ex omni parte te noverim, quò magis gratuler, ſi à ſuſpiciendo mihi patre noſtro Ambroſio vel ad fidem invitatus es, vel ad ſacerdotium conſecratus, ut eumdem ambo videamur habere auctorem. Nam ego, etſi à Delphino Burdegalæ baptizatus, à Lampio apud Barcilonam in Hiſpania per vim inflammatæ ſubito plebis ſacratus ſim: tamen Ambroſij ſemper & dilectione ad fidem nutritus ſum, & nunc in ſacerdotij ordine confoveor. Deniq; ſuo me clero vendicare voluit, ut etſi diverſis locis degam, ipſius presbyter cenſear.* In aliâ ad Severum epiſtolâ hæc ſunt verba: *Nos modò in Barcinonenſi civitate conſiſtimus. Poſt illas literas, quibus reſcripſiſti, die Domini quo naſci carne dignatus eſt, repentina (ut ipſe teſtis eſt) vi multitudinis, ſed credo ipſius ordinatione, correptus & presbyteratu initiatus ſum (fateor) invitus, non faſtidio loci; nam teſtor ipſum, quia & ab æditui nomine & officio optavi ſacram incipere ſervitutem: ſed ut aliò deſtinatus, alibi (ut ſcis) mente compoſitus & fixus, novum inſperatumq; placitum divinæ voluntatis expavi. —— Scito tamen voti communis, eodem Domino præſtante, ſalvam eſſe rationem. Nam ea conditione in Barcinonenſi eccleſia conſecrari adductus ſum, ut ipſi eccleſiæ non alligarer, in ſacerdotium tantùm Domini, non etiam in locum eccleſiæ dedicatus.* Item in epiſtolâ ad Amandum: *Vi ſubita invitus, quod fateor, adſtrictus & multitudine ſtrangulante compulſus, quamvis cuperem calicem ipſum à me tranſire, tamen neceſſe habui dicere Domino, Verùm non mea voluntas fiat, ſed tua.*

Inter Aug. epiſt. 35.

Paulin. ep. 6.

epiſt. 22.

Habuit ſecum eo tempore conjugem Theraſiam, quam nuſquam amandavit, nec conſortium ſociæ vitæ diremit. Docemus hoc

primùm ex Auſonij ad Paulinum, & hujus viciſſim ad Auſonium epiſtolis. Accuſat Auſonius Paulinum, quem olim erudierat, quòd veteris amicitiæ oblitus officium ſcribendi penitus intermittat. Inter cætera:

Auſon. ep. 23.

Si prodi Pauline times, noſtræq; vereris
Crimen amicitiæ, Tanaquil tua neſciat iſtud.

epiſt. 25. Et aliâ epiſtolâ:

Vertiſti Pauline tuos dulciſſime mores.
Vaſconis hoc ſaltus & ninguida Pyrenai
Hoſpitia, & noſtri facit hoc oblivio cœli.

Ad hæc Paulinus reſpondet:

Paulin. ad Auſo. ep. 2.

Ne me igitur venerande parens his, ut male verſum
Increpites ſtudijs, neq; me vel conjuge carpas,
Vel mentis vitio, non anxia Bellerophontis
Mens eſt; nec Tanaquil mihi, ſed Lucretia conjunx;
Nec mihi nunc patrij eſt, ut vis, oblivio cœli.

epiſt. 3. Item: *Continuata meæ durare ſilentia linguæ,*
Te numquam tacito, memoras, placitamq; laboris
Deſidiam exprobras, neglectæq; inſuper addis
Crimen amicitiæ, formidatamq; jugalem
Objicis.

Hinc manifeſtum Paulino ſuam conjugem individuam vitæ ſociam fuiſſe. Quin poſtquam ex Hiſpaniâ reverſus venditis, & in pauperes diſtributis ampliſſimis facultatibus ſeceſſum in agro Nolano elegiſſet, & amandatis omnibus ſecularibus curis, pietati, meditationi & cultui divino ſe totum dediſſet; non tamen propterea cohabitationem abrupit, aut uxorem à ſe abdicavit, ſed ſecum ſemper habuit, & epiſtolis pleriſque, quas ad alios pietatis & eruditionis plenas dedit, ſuum & uxoris nomē præfixit, hujuſmodi inſcriptione: PAVLINVS ET THERASIA PECCATORES. De his ipſis ſanctus Ambroſius epiſtolâ ad Sabinum: *Paulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundum, venditis facultatibus tam ſuis, quàm etiam conjugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, ut ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam, & ipſe pauper ex divite factus tamquam deonȩratus gravi ſarcina domui, patriæ, cognationi quoq; valedicat, quò impenſiùs*

epiſt. 36.

penſius Deo ſerviat. Elegiſſe autem affirmatur ſecretum Nolanæ urbis, ubi tumultum fugitans ævum exigat. Matrona quoque virtuti & ſtudio ejus proximè accedit, neque à propoſito viri diſcrepat: denique transſcriptis in aliorum jura ſuis prædijs virum ſequitur, & exiguo illic conjugis contenta ceſpite ſolatur ſe religionis & caritatis divitijs. Soboles eis nulla, & ideo meritorum poſteritas deſiderata. Hæc ubi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa proſapia, illa indole tanta præditum eloquentia migraſſe à Senatu, interceptam familiæ nobilis ſucceſsionem, abalienatis ſcilicet facultatibus, in quas heredes non ſint ſucceſſuri: *ferri hoc non poſſe. Et quum ipſi capita & ſupercilia ſua radant, ſi quando Iſidis ſuſcipiunt ſacra, ſi fortè Chriſtianus vir attentior ſacroſanctæ religioni veſtem mutaverit, indignum facinus appellant.* Hieronymus etiam ob hujuſmodi vivendi inſtitutum monachis eum annumerat: etſi propriè loquendo monachus non fuit, quandoquidem uxorem à ſe non ſegregavit. Hinc ad eum ipſe Hieronymus: *Sanctæ ſororis tuæ ligatus es vinculo, & non penitus expedito pergis gradu.* Item: *Sanctam conſervam tuam & tecum Domino militantem, per te ſalutari volo.* epiſt. 13.

Ad Auguſtinum quum ſcripſiſſet Paulinus, ille reſcribens itidem conjugis mentionem facit, hujuſmodi verbis uſus. *Legi literas tuas fluentes lac & mel, — legerunt fratres. — Amant te omnes in eis, & amari abs te cupiunt. Laudatur & benedicitur Deus, cujus gratia tu talis es. Ibi excitatur Chriſtus, ut ventos & maria tibi placare tendenti adſtabilitatem ſuam dignetur. Ibi conjunx excitatur, non dux ad mollitiem viro ſuo, ſed ad fortitudinem redux in oſſa viri ſui. Quam in tuam unitatem redactam & redditam, & ſpiritalibus tibi tanto firmioribus, quanto caſtioribus nexibus copulatam, officijs veſtræ ſanctitati debitis in te uno ore ſalutamus.* Hîc fortè dicent ſubindicari votum aliquod abſtinentiæ, per verba ſcilicet, *ſpiritalibus tibi tanto firmioribus, quanto caſtioribus nexibus copulatam.* Sed id fruſtra dixerint. nam conjugalis cohabitatio caſta eſt: inter Chriſtianos verò etiam ſpiritualis eſt. Quippe *vas ſuum poſſident in ſanctificatione & honore, non in morbo cupiditatis, ſicut gentes, quæ non noverunt Deum.* Nempe ſobriè, moderatè & non niſi in debitum finem conjugio ſuo utuntur. Præ conjugijs itaq; gentium, quantò magis ſpiritualia conjugia Chriſtianorum, id eſt, quanto magis ejuſmodi conjuges Spiritu DEI reguntur, tanto quoque caſtiora ſunt. Et fuerat Paulinus, quamvis tum presbyter, non ita pridem converſus, quin ante annum baptizatus: quò fortè reſpicit Augusti-

epiſt. 32.

1. Theſſ. 4. 4.

guſtinus. Baptiſmum itaq; Paulini haut magno intervallo excedit ejus presbyteratus. Docemus iſta ex ipſius Paulini epiſtolâ, cui
Inter Aug. epiſt. 31. ſuâ Auguſtinus reſpondit, quæque illam in codicibus proximè antecedit. *Ætas mihi*, inquit, *ſecundum carnem ea jam eſt, qua fuit ille ab A-*
Act. 4, 22. *poſtolis in porta ſpecioſa verbi poteſtate ſanatus*, id eſt, annorum ampliùs quadraginta. *In natalibus autem animæ, illius adhuc mihi tempus infantiæ eſt, quæ intentatis Chriſto vulneribus immolata digno ſanguine agni victimam præcucurrit, & Dominicam auſpicata eſt paſſionem. Atque ideo ut infantem, adhuc verbo DEI & ſpiritali ætate lactentem, educa verbis tuis, uberibus fidei, ſapientiæ, caritatis inhiantem. Si officium commune conſideras, frater es*; nempe presbyteri ambo erant: *ſi maturitatem ingenij tui & ſenſuum, pater mihi es, etſi fortè ſis ævo junior, quia te ad maturitatem meriti honor ſeniorem provexit, & juvenem cana prudentia. Fove igitur & corrobora me in ſacris literis & ſpiritualibus ſtudijs, tempore (ut dixi) recentem.* Agnus anniculus in victimam paſchalem, typum victimæ Chriſti, adſumebatur. Eam infantiam ſibi ſecundum natales animæ eſſe dicit Paulinus. Ad priorem itaq; vitæ ſtatum reſpiciens Auguſtinus nexus conjugii inter ipſum & conjugem Theraſiam nunc *ſpi-*
epiſt. 29. *ritales, firmiores, caſtiores* meritò prædicat. Quæ verba ita Paulino placuerunt, ut ijs ipſe ad Aprum ſcribens, uti voluerit.

Id ſanè negari nequit, Paulinum conjugem ſecum ſemper habuiſſe, & in itineribus circumduxiſſe. Quod, ſi omnem cohabitationem & conſuetudinem conjugalem presbytero illicitam exiſti-
pag. 243. maſſet, numquam feciſſet. Et hoc ſine dubio eſt, quod de Siricij *urbici Papæ ſuperba diſcretione* eum conqueſtum eſſe ſuprà diximus. Nempe Siricius presbyteris uxores interdixerat. At Paulinus ſuam ſecum habebat, nec avelli paſſus eſt. Siricius igitur eum ut presbyterum agnoſcere nolebat, ſive è presbyterorum choro ſuperbâ diſcretione ejicere cupiebat. Hoc eſt, quod dicit, *Indicare poterunt conſervi noſtri, pueri tui, quantum nobis gratiæ dominicæ detrimentum faciat urbici papæ ſuperba diſcretio.* Nihilominus Auguſtinus nuper factus epiſcopus utrumq; conjugem, ut unà in Africam veniant, invitat & hor-
epiſt. 34. tatur. *Quamquam*, ait, *jugum Chriſti per ſeipſum leve ſit, & ſarcina levis, tamen propter noſtram aſperitatem atq; infirmitatem ſi quid me mordet hoc vinculum atq; urget hoc onus*, (loquitur de onere recens ſuſcepti epiſcopatus) *ineffabiliter mihi aliquanto veſtræ præſentiæ ſolatio tolerabilius & portabilius redderetur. Vos audio curis ejusmodi expeditiores liberioresq; vivere.*

vivere. *Quare non impudenter ego rogo vos, & poſtulo, & flagito, ut in Africam majore talium hominum ſiti, quam ſiccitatis nobilitate laborantem, venire dignemini.* Et poſt aliqua: *Hanc ergo Chriſti gloriam etiam oculis noſtrorum hominum cupimus admovere, in uno conjugio propoſita utrique ſexui calcandæ ſuperbiæ, non deſperandæ perfectionis exempla.* Si illicita & nefaria presbyteri cum ſuâ uxore conſuetudo, quomodo quæſo Paulinus & Theraſia ſocium iter ſicut antè ex Hiſpaniâ in Galliam & Italiam, ita nunc ex Italiâ in Africam abſque ingente ſcandalo inſtituerent?

In hujus ipſius, quo de nunc egimus, Paulini epiſtolis aliud invenio exemplum presbyteri conjugati, Apri videlicet, qui ad Chriſtum nuper converſus ex advocato & judice ſeculari presbyter factus uxorem à ſe non ſegregavit, ſed vitæ ſociam & in re familiari adminiſtrandâ adjutricem habuit, ſeu potiùs in eam, ut ipſe liberiùs Deo vacaret, omnem rei domeſticæ curam rejecit. Doceo omnia ex epiſtolis Paulini. Et primò converſionem Apri, quem in hunc modum affatur Paulinus: *Beatus es frater, & bene tibi erit, quia non* Epiſt. 27. *carne & ſanguine, ſed ſpiritu cœleſtis Patris revelante didiciſti, quod te inconcuſſa fide tenere & libera voce profiteri ſanctiſſimo ad me epiſtolæ tuæ fine firmaſti; Chriſtum Ieſum crucifixum, DEI filium, Deum, cui flecti omne genu terreſtrium, cœleſtium & infernorum, & quem ad dexteram virtutis & in gloria eſſe DEI patris omnis lingua confitetur. Hunc tu dominum & Deum noſtrum, quia non æſtimabitur alius ad eum, toto arcanæ pietatis myſterio amplexus, dominum & Deum, DEI filium ante ſecula, factum ex ſemine David in hoc ſeculo, & nunc ex reſurrectione mortuorum in ſpem æternitatis humanæ viventem in ſecula, ut eſt credis, & ut credis, prædicas: & rudem eſſe te atq; infantem Deo dices?* Item: *Quare ſi quid humani ſapiunt ij, qui inficiantur animo, quem figura præferunt hominem, admirentur in te & laudent Deum; & hanc beatiſſimam immutationem mentis ac vitæ tuæ, non exiſtiment errorem ſtultitiæ tuæ, ſed ſapientiæ DEI eſſe virtutem intelligant. Quanto enim prudentiorem te cæteris & doctiorem fuiſſe meminerunt, tanto evidentior ijs eſſe debet operatio potentiæ DEI: quia prudentem à ſententiæ ſuæ curſu vel ſtatu non poteſt flectere, niſi ſumma ipſa ſapientia, quod eſt in Chriſto Deo, virtutum virtus, & mens mentium, dominus majeſtatis, brachium excelſum. —— Ubi nunc tu ille es, aliquando terribilis, vel pro tribunalibus advocatus, vel in tribunalibus judex? ubi tua illa cervix, tunc vere, ut nunc de te mentitus es, tauri pinguis? quomodo facta eſt docilis ac*

Mm tenuis

tenuis in jugo Chriſti, ex quo converſus ingemuiſti, & beneplacitum eſt in te Deo, ſicut ſuper vitulum novellum? Depoſita cervice tauri factus es in manſuetudinem bovis illius, qui agnovit poſſeſſorem ſuum. Beati oculi eorum, qui hæc in te DEI mirabilia conſpiciunt, & ſimiliter miſerrimi, qui videntes non vident. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volarem ad te, & in conſpectu tuo colloquioq́ requieſcerem, in voce exultationis & confeſſionis epularer? videns te, non te; & videns ex leone vitulum, videns in apro Chriſtum, nunc verſa ferocitatis ac virtutis vice aprum ſeculo, agnum Deo.

Sequitur poſt pauca de ſacerdotio ſive presbyteratu Apri: *Rarus, ut ſcribis, urbium frequentator familiare ſecretum taciti ruris adamaſti, non ocium negocio præferens, neque te eccleſiaſticæ utilitati ſubtrahens, ſed jam panè forenſibus turbis æmulos eccleſiarum tumultus & conſilia inquieta declinans. Arbitror autem idipſum majoribus eccleſiæ utilitatibus præparari, quòd ſalubri conſilio inſtructioni ſanctæ vacas, & intentus ſtudijs ſpiritualibus, quibus ſolitudo amica eſt, formas in te quotidie confirmasq́ Chriſtum, quò & ſervus utilior, & magiſter doctior digniorem te ea, in qua nutu DEI poſitus es, ſede perficias, opere pariter & verbo potens, ut lingua & mente tibi concors veram te Apoſtolicæ diſciplinæ formulam præbeas, præcepti dominici actor & doctor. Ita demum conſtabit non humano ſuffragio, ſed divino te eſſe judicio ſacerdotem.*

epiſt.25. Aliâ epiſtolâ de uxore Apri agit, & quomodo derivatis in ſeſe familiaris rei curis & negocijs maritum ſublevet, & à talibus immunem ad ſacra officia expeditum præſtet, exponit. Locus prolixior quidem, ſed quia pulcrè explicat, quomodo pia & induſtria conjunx marito ſacris operato non modò impedimento non ſit, ſed grandi potiùs auxilio, integer adſcribetur. *Benedicta hæc inter mulieres, & hæc quoq́ devotione fidelis, & acceptiſſima Domino, quæ ſe neceſſitatibus ſeculi pro te (velut quædam, procellis, in immobili ſcopulo ſtabilita turris) oppoſuit. Verè in ipſa petra illa, ſuper quam ædificata domus non cadet, ſolido ſtrenuæ mentis fundata veſtigio, facta eſt tibi turris protectionis à facie inimici, undas & turbines ſeculi frangens, piæ ſervitutis objectu; ut tu ſecluſus à pelago tutam in eccleſiæ portu mentis inconcuſſæ ratem, meditatione continua ſtudiorum operumq́ cœleſtium, quaſi quodam remigio ſalutis, exerceas.*

1.Tim.4.8 *Corporalis enim,* inquit, *exercitatio ad modicum: nam pietas ad omnia utilis eſt, quæ te ſubdidit Chriſto, præferentem vel jacere in domo Domini, quàm in peccatorum tabernaculis eminere; & conſervam tuam in labore corporeo, ſed affectu ſpirituali pro tua anima pignoravit, ut precium libertatis tuæ*

[illegible] *faceret ſervitutem ſuam, non illa ſecularibus negocijs mundo ſed Chri-
ſto* [illegible] *propter quem mundum patitur, ne tu patiaris. Verè juxta divi-* Gen. 2,18.
[illegible]*pus & verbum facta in adjutorium tibi, & ad te habens converſionem* 3,16.
ſuam, de [illegible] *providet, & in tuo ſtatu ſiſtit, in veſtigiis tuis ambulat, in a-
nima tua animatur, pro vita tua deficit, ut in tua vita reficiatur. Curat illa
ſeculi curas, ne tu cures. Poſſidere videtur, ne tu poſſidearis à mundo, & ut
poſſidearis à Chriſto.* Non *illam à propoſito tuo diſcors abjungit voluntas,
ſed, quod magis mirum eſt, concors fides opere dividit voluntate conjunctam.
Nam ſine animi captivitate rem captivitatis in libertate ſpiritus admini-
ſtrans, firmavit manus ſuas in opere virtutis, brachia ſua extendit ad utilia;
accincta fortiter lumbos ſuos, & eſcas pigritiæ non edens, facta eſt tibi tam-
quam navis, quæ mercatur à longinquo; neceſſaria diviſione reddens per ſe* Phraſes è
Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, ut quæ DEI *ſunt, per te miniſtret* Deo. *Nam quum* Prov. 31.
tr[illegible]*utum, ſicut ſcriptum eſt, dederit cui debet tributum, tunc & manus ſuas* ſumtæ.
*adaperiens pauperi, & fructu opera ſua porrigens inopi, ſpirituale vectigal
penſitat, & redditum poſſeſſionis in tuæ militiæ ſtipendium ſuggerit, ſaluta-
ris damni avarior, quàm letalis lucri. Quæ talis eſt, fidit in ea cor mariti ejus.
Operatur enim (ut ſcriptum eſt) viro ſuo bona tota vita ſua, & non mala: &
ideò non ſollicitus agis, quæ in domo tua terrena aguntur, ſed quod in domo
cæleſti agitur ſtrenuè liber exſequeris, nec confunderis, quum loqueris inimi-
cis tuis in porta: quia ſapiens mulier, qualis tibi donata eſt, precioſior lapidi-
bus precioſis, circumſpectum te facit in foribus eccleſiæ, & duplicia pallia (in-
quit) fecit viro ſuo. Nonne tibi videtur & hæc, duplicia tibi pallia, ac purpu-
rea vel byſſina tibi veſtimenta contexere, quum & illius fides gratiam tuam
duplicet, quia mulier bona, corona eſt viro ſuo: & viciſſim illi honor tuus,
purpura eſt, quia temperante Domini gratia ſimpliciter fidei unitate veſtiti,
ſuperinduitis vos invicem ſpiritualium operatione virtutum. Tu illi in Chri-
ſto caput, & illa fundamentum tibi; cujus opere pes tuus ſtat in via Domini,
& quam capitis tui participem faciet commembrata in Domini corpore fidei
compago: quia & ſollicitudinis diverſitate, ſalvo tamen conſona mentis aſ-
ſenſu, ac propoſiti tui juncta ſententia, dum tu creditam tibi diſpenſationem
fi*[illegible]*lu & ſ*[illegible]*lers t*[illegible]*lentorum herilium multiplicator exerces, nec illa, quod de
terrenis cla*[illegible]*t fructibus, theſaurizat in terra; ſed tuis potiùs operibus,
quam* [illegible] *avaritia quæſtibus fœneratur. Et ideo dabitur illi fructus à
ma*[illegible] *& laudabitur in portis filiæ Sion maritus ejus in Domino. Qui
vo*[illegible] *labore diverſo, ſed pari ſtudio conſitam ſegetem in com-
m*[illegible]*, ut in illa die pariter in exultatione veniatis, affe-*

ventes manipulos veſtros, miniſtra illa ſeminis, & tu miniſterij ſeminator. Non enim defraudabitur conſortio mercedis tuæ, per meritum compenſationis iſtius, qua non voluntati ſuæ obtemperans, ſed ſaluti tuæ, hujus ipſius operis documento probat judicium fidei ſuæ; ſatis indicans quanto & ipſa potiorem ſeculi contemtum, quam uſum judicet, quæ ſpiritualia tibi maluit; non hoc ſeculum Chriſto, ſed te ſibi præferens. Adjiciat Dominus ſuper vos & filios veſtros. Miſericordia enim Domini promerita parentibus ſuſcitavit (ut ſcriptum eſt) filios eorum, & locupletabuntur in bonis Domini. Spero autem, quòd ſicut uxor tua in lateribus domus tuæ, ſicut vitis abundans eſt, fructibus tibi pietatis exuberans, ut cadant à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ita & filij tui, menſam Domini tecum ſicut novellæ olivarum circũſiſtere merebuntur: quos nunc arbitror divinæ ſapientiæ & bonæ converſationis veſtræ eſcis, ut pullos aquilarum, cibari, ut depopulatas prædâ parentum carnes, id eſt, carnales inimicitias, quæ adverſantur ſpiritui, jam nunc edere diſcant, & ſpirituali voracitate conſumere, & in ſuperna virtutum confirmatis alarum remigijs evolare. Educentur ſicut filij prophetarum, —— conſecrentur ſicut filij Aharon, & cætera. *Ipſe Dominus dixit, in duorum vel trium concordiâ ſe ſemper interfuturum. Vnde confidimus, quia & in medio domus tuæ diverſatur, ubi & in vobis & in filijs unus numeroſarum agitur cœtus animarum.* Ecce presbyterum patremfamiliâs, ſacris officijs negocijsq; expeditè, & quidem operâ atque adminiculo ſuæ uxoris matrisfamiliâs, vacantem.

Ne quid autem diſſimulare dicamur, proferemus etiam loca, quæ videri poſſint ſuadere, perpetuam ab ijs cultam fuiſſe abſtinentiam. Videri, inquam, poſſint ſuadere, ſed evincere minimè. Utrum-
epiſt. 28. que conjugem Aprum & Amandam ſic alloquitur Paulinus: *Officia & eloquia literarum veſtrarum, quæ nobis largiter annuo commeatu pendi-tis, indicant quàm ampla poſſeſſio nobis, & quàm fertilis terra Deo ſitis, jam trigeſimum fructum de veſtra inter vos continentia proferentes, & quotidianis fidei communis augmentis ſexageſimo propinquantes, & de prole virginea centeſimum præferentes.* Trigeſimum fructum veteres communiter ad nuptias & conjuges referunt; ut ſexageſimum ad viduas, & centeſi-
cap. 2. mum ad virgines. Hieronymus primo adverſus Jovinianum: *Centeſimus & ſexageſimus & trigeſimus fructus, quamquam de una terra & de una ſemente naſcatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. nam & ipſa digitorum conjunctio, quaſi molli ſe complexans oſculo & fœderans*) adludit digitorum geſtum & juncturam, quâ in nume-

[illegible]tando veteres utebantur) *maritum pingit & conjugem.* Et in caput XIII. Matthæi: *Primum debemus audire, deinde intelligere, & poſt intelligentiam fructus reddere doctrinarum; & facere vel centeſimum fructum, vel ſexageſimum, vel trigeſimum, de quibus plenius in libro contra Iovinianum diximus, & nunc breviter perſtringimus, centeſimum fructum virginibus, ſexageſimum viduis & continentibus, trigeſimum caſto matrimonio deputantes. Honorabiles enim nuptiæ, & cubile immaculatum. Quidam noſtrorum centeſimum fructum ad martyres referunt: quod ſi ita eſt, ſancta conſortia nuptiarum excluduntur a fructu bono.* Paulinus itaque dum Apro & Amandæ trigeſimum fructum tribuit, caſtum matrimonium & ſanctum conſortium nuptiarum in eis agnoſcit potiùs, quàm negat. Nec vocabulum *continentiæ* quemquam turbet. Eſt enim & continentia conjugalis; dicendumque cum Clemente Alexandrino: τί γάρ; οὐκ ἔστι καὶ γαμοῦντα σωφρόνως χρῆσθαι, καὶ μὴ περιεργάζεσθαι διαλύειν ὃ συνέζευξεν ὁ θεός: Item: τί δέ; οὐχὶ καὶ οἱ παλαιοὶ δίκαιοι εὐχαρίστως τῶν κτισμάτων μετελάμβανον, οἱ δὲ καὶ ἐπαιδοποιήσαντο, γήμαντες ἐγκρατῶς; Et rurſus: οὐκ ἐσμὲν ἐπιθυμίας τέκνα, ἀλλὰ θελήματος· καὶ τὸν ἐπὶ παιδοποιίᾳ γήμαντα, ἐγκράτειαν ἀσκεῖν χρή, ὡς μηδὲ ἐπιθυμεῖν τῆς γυναικὸς τῆς ἑαυτοῦ, ἣν ἀγαπᾶν ὀφείλει, σεμνῷ καὶ σώφρονι παιδοποιούμενος θελήματι. *Quid enim? annón licet etiam matrimonio continenter uti, nec conari ut diſſolvatur, quod conjunxit Deus? —— Quid vero? nónne etiam veteres juſti cum gratiarum actione res conditas perceperunt, quidam autem etiam liberos ſuſceperunt, continenter in matrimonio verſati? —— Non ſumus filij cupiditatis* inordinatæ, *ſed voluntatis* per normam rectæ rationis *gubernatæ. Eum quoque, qui propter liberorum procreationem uxorem duxit, continentiam exercere oportet, ut ne ſuam quidem ipſius uxorem* inordinatè *concupiſcat, quam debet diligere, honeſta & moderata voluntate operam dans liberis.* Similiter Ambroſius: *Diſcite fides candidati continentiæ diſciplinam ſobriam. Nulli licet ſcire mulierem præter uxorem.* Chriſtiani itaque conjuges etiam continentes ſunt, ſive continentiæ ſtudent. nempe vas ſuum non poſſident in morbo cupiditatis, ſicut gentes, ab illicitis voluptatibus abſtinent ſemper; interdum etiam a licitis, ut vacent jejunio & precibus; inprimis ſacrorum miniſtri, [illegible] ſacri miniſterij tempore. Intelliguntur quoq; ex his & aliis, quæ dicta ſunt ſuperiùs, verba epiſtolæ ſequentis, è quâ paulò antè prolixum locum depromebamus, iſta videlicet: *Ibi excitatus Chriſtus, ut [illegible] curſum ad ſtabilitatem ſuam ducat, ventos*

3. Stromat. in medio.

l.1. de Abrahamo c.7.

epiſt. 29.

& maria tibi placans videtur. —— Illic & conjunx non ad mollitudinem vel avaritiam viro ſuo, ſed ad continentiam & fortitudinem redux in oſſa viri ſui, magna illa divini cum eccleſia conjugij æmulatione mirabilis eſt: quam in tuam unitatem reductam ac redditam, ſpiritalibus tibi tanto firmioribus, quanto caſtioribus nexibus caritas Chriſti copulat; in cujus corpus tranſiſtis à veſtro. Benedicti vos à Domino, qui fecit utrumque unum, condens in ſemetipſum duo, faciens mirabilia ſolus, qui convertit non ſolùm animas, ſed & affectus, temporalia in æterna mutans. Ecce ijdem conjuges qui fuiſtis, ſed non ita conjuges, ut fuiſtis: eſtis ipſi nec ipſi: & ſicut Chriſtum, ita & vosmetipſos jam ſecundum carnem non noſtis. Hæc mutatio dexteræ excelſi, quæ in ſe manens omnia innovat, & convertit mare in aridam, ad continentiæ ſiccitatem ſtringens fluenta vitiorum. Benedicta hæc inter mulieres, & reliqua, quæ antè deſcripta. Priora illorum ad Auguſtini imitationem ex epiſtolâ, quam ab ipſo acceperat, Paulinus expreſſit; ſicut illa ipſa & Auguſtiniana priùs producta conferenti mani-
pag. 272. feſtum fit. Quæ igitur ibi annotavimus, hîc repetita cenſeri debent. Similiter quod dicit, *Ecce ijdem conjuges, qui fuiſtis, ſed non ita conjuges ut fuiſtis: eſtis ipſi nec ipſi*, ita dictum eſt à reſpiciente ad converſionem ipſorum è gentiliſmo ad Chriſtianiſmum, & hinc ortam mutationem, quemadmodum aliâ epiſtolâ eidem Apro dixerat, *Vi-*
epiſt. 27. *dens te non te.* Porrò, *Sicut Chriſtum, ita & vosmetipſos jam ſecundum carnem non noſtis*, id eſt, ſecundum morbum effrenis & inordinatæ cupiditatis. De continentiâ conjugum Chriſtianorum paullò antè diximus; eamque hîc ipſe Paulinus non matrimoniali ſobriæ cohabitationi, ſed vitijs opponens, dicit eâ ſtringi ſive inhiberi & compeſci non legitimum caſtumque commercium, ſed fluenta vitiorum. Et ſanè locus, qui mox ſequitur & priùs prolixè deſcriptus eſt, evidenter docet, Aprum & Amandam in unis ædibus illum ut patremfamiliâs, hanc ut matremfamiliâs cohabitaſſe. Id verò, ſi commercium presbyteri cum vxore flagitium creditum fuiſſet, licere non potuiſſet, vtpote prorſus irrationabile, & ſiniſtris ſuſpicionibus ac ſcandalis, ſi quicquam aliud, vehementer obnoxium, ſicut alibi
pag. 188. & ſeqq. pridem oſtendimus.

Siricij decreta multis in latinâ eccleſiâ diſplicuiſſe, à multis nec admiſſa nec obſervata fuiſſe hinc conſtat. Conſtat itidem idipſum e reſcriptis Innocentij, qui poſt intermedium Anaſtaſium Siricio ſucceſſit, & decreta Siriciana non modò renovavit, ſed artiùs

etiam

[illegible]ſtrinxit. Collocat autem fundamentum ſui rigoris non in ſan-
ctionibus Apoſtolicis, nec in praxi priſcæ eccleſiæ, ſed in ipſis illis
ſui deceſſoris Siricij ſtatutis. Quin & ipſa Siricij verba repetit, ut
conferenti primo ſtatim intuitu patet. Epiſtolâ ad Victricium epi-
ſcopum Rothomagenſem talibus utitur: *Quod dignum & pudicum & honeſtum eſt tenere eccleſia omnimodò decet, ut ſacerdotes & levitæ cum uxoribus ſuis non coëant, quia miniſterij quotidiani neceſſitatibus occupantur. Scriptum eſt enim, Sancti eſtote, quoniam & ego ſum ſanctus Dominus Deus veſter. Nam ſi priſcis temporibus de templo DEI ſacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant*; & cætera. Quanta inſcitia duorum Romæ epiſcoporum & Siricij & Innocentij ephemerias ſacerdotum Aharonicorum, quæ non niſi hebdomadariæ fuerunt, annuas facientium! Et leguntur inter Auguſtini epiſtolas nonnullæ Innocentij, in quibus *& diſtionem & ingenium & eruditionem tali dignam præſule deſiderari* obſervat Eraſmus, illum item Innocentium *ſævum potiùs quam eruditum, & inſtructiorem ad damnandum, quàm ad docendum*. Cæterùm data eſt illa ad Victricium epiſtola Honorio Auguſto ſextùm & Ariſtoneto COSS. hoc eſt, anno æræ Chriſtianæ CCCCIV. Et ſic ad quinctum ſeculum jam pervenimus.

Cap. 9.

Inter Auguſt. epiſt. 91. & 96.

Anno autem ſequente Stilicone ſecundùm & Anthemio COSS. aliam edit ad Exuperium Tholoſanum, quâ pleraque prioris [illegible]ius repetit, & nonnulla addit, quæ omnia mox ſubjicientur. Conſuluerat Innocentium Exuperius de quæſtionibus nonnullis, ad quas ille reſpondens modeſtè ſanè præfatur, non profectò tamquam pro irrefragabili poteſtate ex infallibili cathedrâ, ut hodiè jactatur, pronunciaturus, ſed tamquam doctor & epiſcopus collegam ſuum conſilij cupidum pro ſui captus modulo inſtructurus. Præfatio in hunc modum concepta eſt: *Innocentius Exuperio epiſcopo Tholoſano ſalutem. Conſulenti tibi, frater cariſſime, quid de propoſita ſpecie unaquaque ſentirem, pro captu intelligentiæ meæ, quæ ſunt viſa, reſpondi, quid ſequendum vel docilis ratio perſuaderet, vel auctoritas lectionum oſtenderet, vel cuſtodita ſeries temporum demonſtraret. Et quidem dilectio tua, inſtitutum ſequuta prudentium, ad ſedem Apoſtolicam referre maluit, quid de rebus dubijs cuſtodire deberet, potiùs quàm uſurpatione præſumta, quæ ſibi viderentur de ſingulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus diſcere aliquid, quam omnino neſcire? Mihi quoque ipſi de collatione docilitatis* [illegible] *perſcrutatis rationibus ad propoſita reſpondere compellor*, [illegible]

ſit,

ſit, ut ſemper aliquid addiſcat, qui poſtulatur ut doceat. *Proponam igitur ſingula, ſubjiciamq́; reſponſum.* Sequuntur capitula; & primum quidem ad rem noſtram facit, reliqua hîc legi nihil attinet. Primum igitur ita habet: *Propoſuiſti, quid de his obſervari debeat, quos in diaconij miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos, incontinentes eſſe aut fuiſſe, generati filij prodiderunt. De his, & divinarum legum* (quarum verò? Moſaicarum fortè, quas diſtortas in ſuam ſententiam paullò pòſt abripit?) *manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Siricij epiſcopi monita evidentia commearunt, ut incontinentes, in officijs talibus poſiti, omni eccleſiaſtico honore privarentur, nec admitterentur accedere ad miniſterium, quod ſola continentia oportet impleri. Eſt enim vetus admodum ſacræ legis auctoritas, jam inde ab initio cuſtodita, quòd in templo anno vicis ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, ut ſervientes ſacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos, ſibi vendicent divina miniſteria, neque eos ad ſacri-*
Lev.20.7. *ficia fas ſit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale conſortium, quia ſcriptum eſt, Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Quibus utiq́; propter ſobolis ſucceſſionem uxorius uſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quanto magis hi ſacerdotes vel Levitæ pudicitiam, ex die ordinationis ſuæ ſervare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, qua vel à ſacrificijs divinis, vel à baptiſmatis officio vacent? Nam ſi bea-*
1.Cor,7.5. *tus Paulus Apoſtolus ad Corinthios ſcribit dicens, Abſtinete vos ad tempus, ut vacetis orationi, & hoc utique laicis præcepit: multò magis ſacerdotes, quibus & orandi & ſacrificandi juge officium eſt, ſemper debebunt ab hujuſmodi conſortio abſtinere. Qui ſi contaminatus fuerit* (obſerva hîc malè conſutos centones) *carnali concupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare u-*
Tit.1.5. *ſurpabit, aut qua conſcientia, quóve merito exaudiri ſe credit, quum dictum ſit, Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum? Sed fortaſſè hoc licere credit, quia ſcriptum eſt, Vnius uxoris virum. Non de permanente in concupiſcentia generandi, hoc dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admiſit, qui ait,*
1.Cor.7.7. *Volem autem omnes ſic eſſe, ſicut & ego. Quod & apertius declarat, dicens,*
Rom.8.8. *Qui autem in carne ſunt, DEO placere non poſſunt. Vos autem jam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Et habentem filios, non generantem, dixit. Sed ea plana & diſpar & diverſa ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos forma illa eccleſiaſticæ vitæ pariter & diſciplinæ, quæ ab epiſcopo Siricio ad provincias commeavit, non probantur perveniſſe, his ignorantiæ venia remittitur, ita ut de ca-*

de cætero penitùs incipiant abſtinere. Et ita gradus, in quibus inventi fuerint, ſic retentent, ut eis non liceat ad potiora conſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, quòd hunc ipſum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam vivendi miſſam a Siricio, detegentur, neq; ſtatim cupiditates libidinis abjeciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmovendi: quia poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptatem. Hoc primum eſt capitulum: reliqua, ut diximus, ad rem noſtram non faciunt, nec hic deſcribi opus eſt.

Præfatio, uti monuimus, conſulentem quid ex uſu eſſe videatur, magis redolet, quàm imperantem. In ipſo autem capitulo pleraque Siricii repetit, & cum eo chordâ oberrat eâdem. Argumenta verò quàm invalida & inefficacia ſint, pridem oſtenſum & ex ſe cuivis manifeſtum eſt. Nonnullæ etiam dictis Apoſtolicis ſuperſtructæ conſequentiæ impietatem ſecum trahunt, niſi admodum benignâ interpretatione emolliantur; cujus aliquam rationem, ut Siricio & Hieronymo in pari culpâ hærentibus medicinam faceremus, ſuprà inivimus. Eadem Innocentio Siriciana deſcribenti, quantum poteſt, ſubveniat. Id inprimis obſervari cupimus, Innocentium nec Apoſtolorum ſanctionem, nec ab eorum ævo deductam conſuetudinem, & ne quidem ab ipſis presbyteris diaconisque emiſſum aliquod votum allegare. Iſtorum ſi quid in promtu fuiſſet, rem conficere potuiſſet, nec opus habuiſſet ad illa partim infima, partim inepta, partim etiam abſurda delabi. Quanto enim rectiùs Apoſtolicam legem Apoſtolicique ævi praxin adduxiſſet, quàm Moſaica ſtatuta? quæ quum etiam torqueat, ne ſic quidem novitati patrocinantur. Quanto quoque ſatius fuiſſet vim votorum à presbyteris diaconisque editorum urgere, quàm dicta Apoſtolica de manifeſtis flagitiis agentia conjugio accommodare? Dixiſſet utique, ſi dicere potuiſſet, Quandoquidem presbyteri & diaconi voto ad abſtinentiam ſeſe obſtrinxerunt, meritò ad eam, cui tantæ & ſine ingenti reatu numquam temerandæ religionis vinculo alligati ſunt, compelluntur. Sed nihil tale profertur, quia videlicet proferri non potuit; atque iſto ſeculo nec Apoſtoli de cœlibatu quicquam ſanciviſſe credebantur, nec votum aliquod presbyteri diaconivé emittebant. Itaque præter argumenta nihili & periculoſas conſequentias nullum habet alium ſui ſive conſilii ſive mandati fundum Innocentius, quàm deceſſoris Siricii decreta. Quæ

tamen à multis admiſſa & obſervata minimè fuiſſe, dum exempla generatorum filiorum profert, agnoſcit: quin non decreta ſed *monita* appellat; quod unum toto illo capitulo, ut benè & prudenter dictum, laudari poteſt. Neque enim vel ipſe, vel Siricius, vel alii ex hac ætate veteres, prioris autem ævi intuitu recentiores, rectiùs ſive excuſari ſive explicari poterunt, quàm ſi dicamus, Vehementer eos expetiiſſe, ut ſacrorum miniſtri puræ & perfectæ abſtinentiæ gloriâ in Chriſtiano populo eminerent, & propterea vehementer etiam ad eam cohortatos fuiſſe, ipſis monitis ob abundantiam zeli inſtar mandatorum conceptis: interim quem exitum res habitura eſſet prævidere non potuiſſe. Quod ſi ſcire quiviſſent, per hujusmodi conſtitutiones aliquando futurum, ut apud multos quin pleroſque clericos conjugio fornicationes & concubinatus ſuccederet, ipſos omnium primos rigorem ſuarum ſanctionum vel ex parte mitigaturos, vel in totum abrogaturos fuiſſe. Et obtinere debet hîc, quod quum de naturâ & obligatione legum ageremus, ex Franciſco Suarezio adduximus, Ubi lex fuerit nimium dura & gravis, *tunc veriſimiliter præſumi, non eſſe latam legem illam à principe cum intentione abſolutè obligandi, ſed ſolùm experiendi, quomodo talis lex à populo recipiatur.* Neque verò in ipſâ Italiâ epiſcopos defuiſſe, qui iniquas ſanctiones ſibi obſervandas non eſſe ducerent, ejusdem Innocentii ad Maximum & Severum Brutiorum epiſcopos epiſtola indicat. *Eccleſiaſticorum*, inquit, *canonum norma nulli eſſe debet incognita ſacerdoti, quia neſciri hæc à pontifice ſatis eſt indecorum, maximè quum à laicis religioſis viris & ſciatur, & cuſtodienda eſſe ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noſter agens in rebus hujusmodi, qualem querelam detulerit, libelli ejus ſeries annexa declarat. Qui Zelo fidei & diſciplinæ ductus, non patitur eccleſiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios aſſerit procreâſſe. Quod non licere exponerem, niſi nôſſem veſtram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres cariſſimi, libelli, qui ſubjectus eſt, tenore perſpecto, eos, qui talia perpetrâſſe dicuntur, jubebitis in medio collocari: diſcuſſiſq; objectionibus, quæ ipſis presbyteris impinguntur, ſi convicti fuerint, à ſacerdotali removeantur officio: quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt: atque alieni efficiantur à miniſterio quod vivendo illicitè polluerunt. Miramur autem hæc eorum diſſimulare epiſcopos, ut aut connivere, aut neſcire eſſe illicita judicentur.* Illi igitur

pag. 110.

tur epiſcopi ſanctiones Romanos non probabant, nec ad eas, quod ſuarum quidem diœceſium presbyteros conjugatos attineret, attendendum eſſe cenſebant.

Hîc jam locus eſt, ut de ſynodis Carthaginienſibus & Africanis, quæ pleræque circa hæc ipſa Siricii & Innocentii tempora habitæ ſunt, agamus, & quid de clericorum conjugio ſtatuerint, conſideremus. Nulla certè his temporibus provincia ſynodorum & canonum ita ferax, ut Africa; nulla civitas, ut Carthago. Et ordo autem harum ſynodorum, & tempora & canones confuſione hodie penitùs non carent. In codice canonum græco canones Carthaginienſes variorum conciliorum in unum collecti exſtant: ita etiam in tomis conciliorum latinis ſub titulo concilio Africani. Cæterùm in his ipſis latinis tomis aliquot ordine & numero diſtincta Carthaginienſia concilia viſuntur. Primum ita appellatur, non quòd ſimpliciter ſit primum, quum ante idipſum alia Carthagini habita fuiſſe conſtet, ſed quòd ſit primum poſt Conſtantini magni tempora; aut primum, cujus canones habeantur. Ex eo canonem tertium ſubintroductas ſive extraneas mulierculas interdicentem ſuprà deſcripſimus. *pag. 191.*

Secundum & tertium, quartum itidem & quinctum locis ſuis mota, & quod in tomis conciliorum tertium numeratur, reverà ſecundum eſſe Baronius judicat. *Conciliorum collector*, inquit, *ab illis numerare exorſus, quæ poſt tempora Conſtantini potuit reperiſſe, hoc ordine tertium numeravit, ſed errore lapſus, dum ante illud exiſtimavit celebratum Carthagine, quod conſulatu Valentiniani quarto & Theodoſii reperitur inſcriptum, exiſtimans de Valentiniano ſecundo & Theodoſio ſeniore eſſe intelligendum, quum de Valentiniano potiùs tertio & Theodoſio juniore ſit accipiendum. Contigit enim eundem noviſſimum Valentinianum gerere conſulatum quartum cum Theodoſio juniore anno domini CCCCXXXV, ut faſti apertiſſimè docent, quum alioqui nullus ſit reperiri in illis conſulatus Valentiniani quartus cum Theodoſii conſulatu conjunctus, ſed cum Neoterio. Quâ ratione ſecunda potiùs quàm tertia hæc ſynodus Carthaginienſis dicenda erit.* Ex inſcriptione ſanè conſtat, celebratam eſſe hanc, quæ tertia dicitur & Baronio ſecunda putatur, Cæſario & Attico COSS. id eſt, anno CCCXCVII, vivente adhuc Siricio, uti etiam è capitulo ſive canone XLIIX. datur intelligere: quamvis alicubi mixtura etiam deprehendatur, & in hanc ex aliis ſynodis nonnihil *Anno 397. num. 45.*

irrepſiſſe. Jam verò hujus ipſius canone XVII. ſubintroductæ mulieres prohibentur: decimi autem noni ad noſtrum negocium potiſſimùm facientis, quem *ex admonitione Siricii* conſtitutum vult eſſe
num. 84. Baronius, gemina eſt lectio. *Placuit, ut lectores, quum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.* Mox ſubjungitur: *Hoc XIX. capitulum vetuſti codices ſic habent; ut lectores uſque ad annos pubertatis legant, deinceps autem niſi uxores cuſtoditâ pudicitiâ duxerint, aut continentiam profeſſi fuerint, legere non ſinantur.* Ecce, quicquid detonuerit in conjugium Siricius, & quantumvis immundum, carnale, inquinatum proclamaverit, Africani tamen, utut Romanæ eccleſiæ aliquo modo, quippe latini & ad occidentem pertinentes, obnoxii, in conjugio pudicitiam agnoſcunt, & uxore ductâ pudicitiam non perire, ſed cuſtodiri potiùs. Quàm parum igitur hactenus apud Africanos obtinuerit Siricius, hinc apparet.

Quartam & quinctam Carthaginienſes loca ſua invicem commutaſſe idem obſervat Baronius. Celebrata eſt utraque anno CCCXCIIX, una Majo, altera Septembri menſe. *Poſt conſulatum* nullis additis nominibus habet inſcriptio quinctæ dictæ. Quomodo expleat Baronius, nunc audiamus. *Hoc anno*, eo pu-
Anno 398. ta, quem paullò antè diximus, *nimirum poſt conſulatum Cæſarii & At-*
num. 33. *tici, (ut ex ſcripto addimus codice) VI. Kalend. Iunii habita eſt Carthagine ſynodus ſeptuaginta epiſcoporum, quæ quincta dicta reperitur, dicenda autem ordine temporum quarta: nam quæ quarta numeratur, celebrata eſt hoc eodem anno, menſe Novembri.* Quicquid ſit, in hac ipsâ vulgò quinctâ, juxta Baronium quartâ, capitulum tertium rem noſtram attinens ita habet: *Præterea quum de quorumdam clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentiâ referretur, placuit epiſcopos & presbyteros & diaconos, ſecundum propria ſtatuta, etiam ab uxoribus continere. Quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico removeantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum uniuſcujuſque eccleſiæ conſuetudinem obſervari debere.* Repetitur in canonibus ſub titulo concilii Africani in unum collectis, facitque ibi canonem XXXVII: in codice verò græco inter Carthaginienſes coacervatos canon eſt juxta Herveti editionem LXXIV, & græcè in hæc verba conceptus: πρὸς ἐπὶ τούτοις ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας τῆς περὶ τὰς οἰκείας γαμετὰς τινῶν μνημονευθείσης κληρικῶν, ἤρεσεν, ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους

πόνησι κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἔτι μὴν ἀπέχεσθαι γαμετῶν, ὅπερ εἰ μὴ ποιήσαιεν, ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποκινηθῶσι τάξεως. τοὺς δὲ λοιποὺς κληρικοὺς πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι, ἀλλ' ὀφείλειν κατὰ τὴν ἑκάστης ἐκκλησίας συνήθειαν παραφυλάττεσθαι. *Secundum propria ſtatua* hîc exprimitur per voces κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους: ut alteram lectionem, quæ margini adſcripta & à Gratiano uſurpata eſt, *ſecundum priora ſtatuta*, vicioſam eſſe manifeſtum ſit. Per ἰδίους ὅρους autem Trullani Patres propria tempora (*proprios terminos* reddidit Hervetus) functioni ſingulorum deputata, ſive vices ſacri miniſterii intelligunt, ut poſteà patebit. De ejuſmodi vicibus ſynodus Aurelianenſis ſecunda: *Clerici, qui officium ſuum implere deſpiciunt, aut vice ſuâ ad eccleſiam venire detrectant, loci ſui dignitate priventur.* Balſamo in illum ipſum Carthaginienſem canonem: *Magna quoque eccleſia*, Conſtantinopolitana videlicet, *hac ratione ſacerdotum miniſteria dividit in hebdomadas.* Quòd ſi omnino per *propria ſtatuta* proprias ſanctiones quis velit intelligere; in eum ſenſum accipiat, quòd, quantum attinet abſtinentiam ab uxoribus, ſingulæ eccleſiæ ſuas proprias conſtitutiones poſſint & debeant obſervare: nempe ubi conſtitutum receptumque, ſicut in Romanâ, ut ſemper ſacrorum miniſtri abſtineant, ibi ita fiat; ubi verò, ut non niſi tempore vicis ſuæ, ibi quoque idipſum obſervetur. Sed prior interpretatio accommodatior eſt & magis arridet.

dist.32.& 84.

can.14.

In ſextâ & ſeptimâ Carthaginienſibus ſynodis actum eſt de appellationibus ex Africâ Romam transferendis: ubi jugum quod Romani pontifices Zoſimus, Bonifacius & horum ſucceſſor Celeſtinus, adminiſtris Fauſtino epiſcopo Potentino, Philippo & Aſello presbyteris, legatis ſuis, Africanis eccleſiis imponere conabantur, ipſæ bonis firmisque rationibus cùm moderatè tum maſculè repulerunt. Sed iſtius rei diſcuſſio in complures annos protracta eſt, & parum aut nihil ad rem præſentem. Facit autem eò & conſiderandum propterea eſt capitulum ſecundum Carthaginienſis ſecundæ dictæ, quam à Baronio in annum CCCCXXXV. rejici ſuprà diximus. Videtur quoque quoniam tertiæ locum ſecundum tribuit, hanc ipſam ſecundam in locum tertiæ ſubſtituere. Cæterùm ſi habita eſt, ut vult ipſe, COSS. Valentiniano tertio quartùm & Theodoſio juniore decimùm & quinctùm, id eſt, anno, ſicut diximus, CCCCXXXV; tum inter illas ſeptem, quæ in tomis

Nn 3 Con-

Conciliorum iſto ordine numerantur, omnium ultimâ fuerit. Quod omnino verum eſt. Septem igitur illæ ſecundum rei veritatem hac ſerie diſponendæ erunt. Prima non movetur loco. Tertia dicta, reapſe eſt ſecunda. Quinta dicta, reapſe eſt tertia. Quarta manet ſuo loco, & verè eſt quarta. Sexta poſita eſt loco quintæ, & ſeptima loco ſextæ. Secunda autem vulgò dicta ſeptimæ locum occupare debet. Quam quum in annum CCCCXXXV. rejicit Baronius, modum excedit, & integro decennio recentiorem, quàm oporteret, facit. Anno enim CCCCXXVII. Wandali duce Genſerico Africam illuvione maximâ inundantes tranquillitatem ut provinciarum ita quoq; eccleſiarum ſuſtulerât. Anno itaq; CCCCXXXV. concilia, quæ flagrante bello & barbaris ubique diſcurrentibus celebrari nequibant, haberi dudum deſierant. Nec eo tempore Aurelium epiſcopum Carthaginienſem ſuperfuiſſe veroſimile eſt. Interfuit legatus eccleſiæ Romanæ Fauſtinus. Habita igitur eſt, quum ille in Africâ adhuc hæreret, & pro ambitione Romanæ ſedis ſatageret. Epiſtola, quâ Africani, acceptis à Conſtantinopolitano & Alexandrino epiſcopis Nicænæ ſynodi authenticis exemplis, de toto negocio decîdunt & iniquos Romani conatus rejiciunt, Cæleſtino inſcripta eſt. In tertium Cæleſtini annum, æræ Chriſtianæ CCCCXXV. incidit conſulatus Theodoſii junioris undecimus & Valentiniani tertii primus; in ſequentem verò duodecimus illius, ſecundus hujus. Alterutro horum, &, ut equidem reor, priore habita fuerit ſynodus, de quâ quærimus, Carthaginienſis ſecunda dicta. Habita videlicet, quum adhuc Africa pace frueretur, & in eâ Romani epiſcopi negocia Fauſtinus curaret. Conſulatus itaque Valentiniani in frontiſpicio ſynodi ſimpliciter ſcribi debet, quemadmodum Theodoſii ſcribitur, non addito, quotus fuerit, deletâ videlicet voce *quartò*. Hæc de tempore habitæ ſynodi Carthaginienſis, dictæ ſecundæ.

Nunc ipſa ſecundi capituli verba videamus. *Aurelius epiſcopus dixit: Quum in præterito concilio de continentia & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres, conſcriptione quadam caſtitatis, per conſecrationes annexi ſunt.* Malim legere: *conſtrictione quadam caſtitatis per conſecrationes connexi ſunt.* Et ſic meliùs legi è græco, quod ſubjungemus, patebit. Pergat Aurelius: *Epiſcopos, inquam, presbyteros & diaconos ita placuit, ut condecet ſacroſanctos antiſtites & Dei ſacer-*

ſacerdotes, nec non Levitas, vel qui ſacramentis divinis inſerviunt, continentes eſſe in omnibus, quò poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare, ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. Dicit Aurelius in præterito quodam concilio de moderamine ſive modo continentiæ tractatum, & tres illos gradus epiſcopatus, presbyterii & diaconatus pari quadam conſtrictione caſtitatis copulatos eſſe. Id concilium ſi ſupereſt, ipſum eſt quod quinctum dicitur, cujus capitulo tertio abſtinentiam tempore vicis miniſterii ſanciri ſuprà oſtendimus. Continentem eſſe ſecundum Apoſtolum quid ſit, alibi dictum. Apoſtoli continentiam docuerunt, nempe ab illicitis voluptatibus abſtinere ſemper, interdum etiam à licitis, puta quando vacandum eſt jejunio & precibus. Atque hoc ipſum de abſtinentiâ circa tempus ſacri miniſterii ſumendæque euchariſtiæ, antiquitas intellexit. Alibi in eam rem nonnihil nobis dictum. Nunc ſaltim addimus reſponſa Theophili Alexandrini, quæ inter canones repoſuit eccleſia græca. Horum quinctum ejuſmodi eſt: *Si uxor cum ſuo marito noctu cohabitarit, vel maritus cum uxore, & fiat ſynaxis, debéntne communicare, an non? Reſp. Non debent, quum clamet Apoſtolus, Ne fruſtremini vos invicem, niſi ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi, & rurſus ſimul conveniatis, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram.* Decimum tertium tale eſt: *Iis, qui matrimonii ſocietate junguntur, in quibúsnam ſeptimanæ diebus proponere oportet, ut à mutuo congreſſu abſtineant, & quibúsnam poteſtatem habeant? Reſp. Quod antè dixi, nunc quoque dico. Dicit Apoſtolus, Ne vos privetis, niſi fortè ex conſenſu invicem ad tempus, ut vacetis orationi, & rurſus eodem conveniatis, ne vos tentet ſatanas propter incontinentiam veſtram. Neceſſariò autem ſabbato & die dominico abſtinere oportet, quòd in eis ſpirituale ſacrificium Domino offeratur.* Ut à ſuâ uxore quiſquam, ſive clericus, ſive laicus, aliâ ratione & perpetuò abſtineret, nuſpiam docuerunt Apoſtoli, nec ejuſmodi aliquam legem Apoſtolica umquam habuit aut ſervavit antiquitas, ſicut ex iis quæ toto hoc tractatu diſputavimus, abundè liquet. Quod igitur Aurelius dicit Apoſtolos docuiſſe, antiquitatem ſervaſſe, & ſuis quoq; cuſtodiendum eſſe, de lege perpetuæ abſtinentiæ accipi neque poteſt, neque debet. Probat Apoſtolus, ſi abſtineatur, quum vacandum eſt precibus. Hoc ſacris miniſtris non malè antiquitas accommodavit, ut ipſa quoque tanto magis probaret cuperetque abſtineri, quando vacam-

Vide p. 25.

1. Cor. 7, 5.

pag. 63.

vacandum erat ſacro miniſterio. Et hac fini nonnulla ſive monita ſive præcepta promulgavit. Quemadmodum etiam quod hîc aut ſtatutum eſſe aut ſtatui debere Aurelius dicit, totum juris eccleſiaſtici poſitivi eſſe, & à judicio arbitrioque ſtatuentium pendere, ex ipſis ejus verbis manifeſtum eſt. Sequitur in capitulo Carthaginienſi: *Fauſtinus epiſcopus eccleſiæ Potentinæ, provinciæ Piceni, legatus eccleſiæ Romanæ dixit; Placet, ut epiſcopi, presbyteri & diaconi, vel qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes ab uxoribus ſe abſtineant. Ab omnibus dictum eſt: Placet ut in omnibus & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altario deſerviunt.* Fauſtinus cauſſam agens epiſcoporum Romanorum & dominatum & mores Romanos & leges de perpetuâ abſtinentiâ à Romanis epiſcopis promulgatas Africanis eccleſiis obtrudere ſatagens non magis unum obtinere potuit, quàm alterum. Poſtremo enim effato, quod ab omnibus dictum fuit, vis ſanctionis continetur. Proponit Fauſtinus & vrget, vt omnes, qui altari ſerviunt, ab vxoribus abſtineant. Epiſcopi verò Africani communi conſenſu ſtatuunt, vt pudicitiam cuſtodiant. Id ſcilicet ſatis eſſe. Pudicitiam autem in matrimonio etiam & ductâ vxore cuſtodiri ipſi in Carthaginienſi dictâ tertiâ pridē agnoverant; quod,
pag. 219. vbi eam excuſſimus, patuit. Eſt quidem alia quoque lectio, ſecundum quam quod vnus Fauſtinus dixit, vniverſis epiſcopis tribuitur. Sed eam mendoſam eſſe cùm res ipſa, tum græcus codex evincit. Quomodo enim ab vniverſis dictum eſt, quod mox vniverſi mutarunt & aliter extulerunt? Vniverſorum de eadem materiâ eodem tempore non potuerunt eſſe diverſa decreta. Græci etiam codicis lectio itidem vt melior latina, quam nos ſequuti ſumus, Fauſtino, & non vniverſis epiſcopis, verba, quibus abſtinentia ab vxoribus ſuadetur, tribuit. Canones videlicet tertius & quartus Carthaginienſium collectorum ita habet: Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν. Ἐν τῇ προλαβούσῃ συνόδῳ ὡς περὶ ῥυθμοῦ ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἐζητεῖτο, ἤρεσε ὥστε τοὺς τρεῖς βαθμοὺς τούτους τοὺς συνδέσμῳ τινὶ ἁγνείας διὰ τῆς καθιερωσύνης συμπεπλεγμένους (φημὶ δὴ ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους καὶ διακόνους) ὡς πρέπει ὁσίοις ἐπισκόποις καὶ ἱερεῦσι θεοῦ καὶ λευίταις καὶ ὑπουργοῦσι θείοις καθιερώμασιν, ἐγκρατεῖς εἶναι ἐν πᾶσιν, ὅπως δυνηθῶσιν, ὃ παρὰ τοῦ θεοῦ ἁπλῶς αἰτοῦσιν, ἐπιτυχεῖν. ἵνα καὶ τὸ διὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθὲν, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀρχαιότητος κρατηθὲν, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως φυλάξωμεν. Περὶ διαφόρων τάξεων ἐφελκουσῶν ἀπέχεσθαι γυναικῶν, Φαυστῖνος ἐπίσκοπος πικένου

τῆς

τῆς ποτεντίνης χώρας, τοποτηρητὴς τῆς ἐκκλησίας ῥώμης εἶπεν· ἀρέσκει ἵνα ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος καὶ πάντες οἱ τὰ ἱερὰ ψηλαφῶντες τῆς σωφροσύνης φύλακες γυναικῶν ἀπέχωνται. Ἀπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἐλέχθη· ἀρέσκει, ὥστε πάντας σωφροσύνην τηρεῖν τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας, ἤτοι δουλεύοντας.

Canon inter eosdem juxta Herveti editionem XXIIX, aliàs XXV, [illegible]x hoc ipſo & decimonono dictæ tertiæ & tertio dictæ quinctæ Carthaginienſium ſynodorum canonibus ſive capitulis conſarcinatus eſſe videtur. Hunc etiam ipſum, ne quid prætereamus, ſubjicimus: Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Προστίθημι ἀδελφοὶ τιμιώτατοι πρὸς τούτοις, ἐν τῷ ἀναφέρεσθαι ἕνεκεν ἐγκρατείας τῆς περὶ τὰς ἰδίας γυναῖκας τινῶν τῶν κληρικῶν, ἐξαιρέτως ἀναγνωστῶν, τὸ καὶ ἐν διαφόροις συνόδοις βεβαιωθὲν, ὥστε τοὺς ὑποδιακόνους τοὺς τὰ ἱερὰ μυστήρια ψηλαφῶντας, καὶ τοὺς διακόνους καὶ πρεσβυτέρους, ἀλλὰ καὶ ἐπισκόπους, κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους καὶ ἐκ τῶν συμβίων ἐγκρατεύεσθαι, ἵνα ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν· ὅπερ εἰ μὴ ποιήσωσιν, τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἀποκινηθῶσι καθήκοντος. τοὺς δὲ λοιποὺς κληρικοὺς, πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι, εἰ μὴ ἐν προβεβηκυίᾳ ἡλικίᾳ. Ἀπὸ πάσης ἐλέχθη τῆς συνόδου, Ἅπερ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη δικαίως ἐρρύθμισεν, ἱεροπρεπῆ ὄντα καὶ θεάρεστα βεβαιοῦμεν. *Aurelius epiſcopus dixit: Adjicio, fratres venerabiles, biſce, [illegible] refertur de quorumdam clericorum erga proprias uxores continentiâ, præcipue lectorum, quod & in diverſis ſynodis confirmatum fuit, ut hypodiaconi, qui ſacra myſteria contrectant, & diaconi, & presbyteri, ſed & epiſcopi in propriis terminis a conjugibus abſtineant, ut ſint tamquam non habentes. Quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico officio removeantur. Reliqui verò clerici ad hoc non adigantur, niſi in provectâ ætate. Ab universâ ſynodo dictum eſt, Quæ veſtra ſanctitas juſtè diſpoſuit, quum religionem deceant & Deo placeant, confirmamus.* E pluribus, quæ modò indicabimus, capitulis hunc canonem confectum eſſe, eoque etiam hypodiaconos diaconis & presbyteris, quod abſtinentiam attinet, æquare cœperimus; quum aliàs hypodiaconis cjusmodi aliquam legem impo[illegible]m deprehenderimus. Quum autem in eam formulam [illegible] verbis conceptum in latinis Carthaginienſibus ſynodis [illegible] inveniamus, Græcis cum meritò acceptum ferimus; [illegible], niſi in propriis terminis ſive tempore vicis, abſti[illegible] intelligi voluiſſe certum eſt. Adjicimus, dilucidioris explicationis ergò, ſcholium Theodori Balſamonis: *Lectoribus Patres [illegible]runt, ut a ſuis uxoribus non continerent omnino tempore vicis ſuæ,*

Oo *niſi*

niſi utique, inquiunt, provecti ſint ætate. Nota ergo, quòd etiam hypodiaconi *ſacra tractant.* *Nec dicas præſentem canonem canoni vigeſimo primo Laodicenæ ſynodi repugnare, qui dicit Subdiaconos non habere locum in miniſtrandi officio, nec debere ſacra tangere.* (Græca Laodiceni canonis hujuſmodi ſunt, Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἔχειν χώραν ἐν τῷ διακονικῷ, καὶ ἅπτεσθαι δεσποτικῶν σκευῶν.) *Sed dic quod aliud eſt contrectare, & aliud tangere. Contrectare enim, ſeu à loco in locum mutare eſt miniſterii; & nec ſubdiaconus hoc facere impeditur. Tangere autem ſolis ſacerdotibus conceſſum eſt, & iis, qui ſacrificio ſubſerviunt, ſeu diaconis.* (Ad canonem Laodicenum clariùs explicat: nempe Quòd ſubdiaconis liceat ſacra vaſa, quum vacua ſunt, contrectare, & è loco in locum transferre; non liceat autem, quando ſacra myſteria continent, tangere.) *Debent autem ex præſente canone non ſolùm qui ſacra tangunt, ſed & qui ea contrectant, ſuæ vicis tempore continere. Vt autem clerici, qui ſunt extra tribunal, à propriis uxoribus abſtineant in provectâ ætate, honeſtum quidem eſt. Vt ii autem puniantur, à naturâ compulſi, non eſt, ut exiſtimo, ſanctorum Patrum judicii. Et propterea, ut eſt conſentaneum, ne canon quidem hos puniendos eſſe ſtatuit.* Tantum quoque è Balſamone, & in univerſum de Carthaginienſibus ſynodis, quas hactenus Siricianas & Innocentianas de perpetuâ abſtinentiâ conſtitutiones admiſiſſe vel approbaſſe nondum apparet.

Nihilominus, quemadmodum in reliquîs ita quoque in Africanis eccleſiis, qui cœlibes & conjugii expertes ſacris ordinibus initiati eſſent, hoc ipſo ducendæ in poſterum uxoris licentiam amiſerant. Quod etiam tempore Nicænæ ſynodi obtinuiſſe, & quæ
pag. 197. & ſeqq. ejus rei cauſſæ fuerint, ſuo ſuprà loco diximus. Huc reſpiciens Auguſtinus in fine librorum de adulterinis conjugiis ad Pollentium ſcribit, quæ ſubjicio: *Iſtos, qui virilem excellentiam non putant niſi peccandi licentiam, quando terremus, ne adulterinis conjugiis barendo pereant in æternum, ſolemus eis proponere etiam continentiam clericorum, qui plerumque ad eandem ſarcinam ſubeundam capiuntur inviti, eamq; ſuſceptam usque ad debitum finem Domino adjuvante perducunt. Dicimus ergo eis, Quid ſi & vos ad hoc ſubeundum populorum violentiâ caperemini, nonne ſuſceptum caſte cuſtodiretis officium, repente converſi ad impetrandas vires à Domino, de quibus numquam anteà cogitaſtis? Sed illos, inquiunt, honor plurimùm conſolatur. Reſpondemus, Et vobis timor amplior moderetur.*

[illegible] hoc multi Dei miniſtri repentè atque inopinanter impoſitum ſuſceperunt, ſperantes ſe illuſtriùs in Chriſti hereditate fulgere; quanto magis vos adulteria cavendo vivere continenter debetis, metuentes non in regno [illegible] lucere, ſed in gehennæ ignibus ardere. Loquitur, inquam, Auguſtinus de iis, qui ad ſacros ordines adſciti, priusquam uxores duxerunt, quos ex antiquâ conſuetudine in cœlibatu perſeverare oportebat. De conjugibus ſive uxoratis non loquitur. nam ne hodie quidem apud Pontificios, etſi ſanctionibus ſuis rigidè hærentes & ad divellenda clericorum conjugia pronos, maritus ſacros ordines, quamvis maximè cupiat, ita poteſt recipere, ut inconſultâ & non conſentiente uxore ſuâ perpetuæ abſtinentiæ ſeſe addicat. Quod ſi maritus ipſe jus, quod in eum uxor habet, receptâ initiatione non poſſit abolere vel conjugale commercium penitùs diſſolvere; multò minus populus, qui per violentiam, repentè & inopinanter invitum [illegible] ordinaverit, utrique conjugi citra liberum & hujus & [illegible], ſeparationem ſive abſtinentiam poterit imponere. Auguſtinus itaque non de maritis, ſed de cœlibibus ad ſacra officia [illegible] à populo violenter compulſis, & poſt ea ſuſcepta in cœlibatu perſeverantibus, loquitur.

Morem autem illum ad ſacra miniſteria plerôsque compellendi, & populorum violentiâ, repentè atque inopinanter invitos adigendi, etſi antiquum atque iis temporibus paſſivum, nemo, ut opinor, hodie probet vel reductum velit. Videmus itaque nonnulla ad ritus & externum eccleſiæ regimen facientia, utut apud nonnullos è veteribus uſu ſatis diuturno recepta & confirmata, nihilominus noſtris temporibus minimè convenire, & abrogari vel in [illegible] commutari optimâ ratione poſſe. Quod in ritum clericos à contrahendis nuptiis prohibentem non minùs, quàm in alterum invitos ad ſacra miniſteria compellentem, quadrare, non poteſt negari.

Concilia Carthaginienſia paullò antè junctim perluſtravimus. Nunc reliqua hujus viciniquе temporis latina concilia & [illegible] pontificum de conjugio clericorum ſtatuta, obiter conſiderabimus. Ad ſummam quidem rei, quæ pridem evicta eſt, nempe DECRETA DE ABSTINENTIA NON ESSE APOSTOLICA, SED RECENTIA, parum faciunt, & ſine ejus fraude omitti poſſent. Interim etſi [illegible] abſtinentiam illam paullatim magis atq; magis inculcent & urgeant,

geant, de rei tamen novitate luculentum teſtimonium perhibent: atq; ideo breviter ſubjungi non eſt omnino nullum operæ pretium. *Anno* 397. *num.* 42. Taurinenſe concilium in annum Chriſti CCCXCVII, Siricii pontificis poſtremum, conjicit Baronius. Certum autem eſt è capitulo quincto poſt obitum Ambroſii habitum eſſe: quoto anno, præcisè definiri non poteſt. Capitulum ejus ſeptimum atque ultimum ita habet: *Hi, qui contra interdictum ſunt ordinati*, contra interdictum, ut puto, Sirici anum, nempe qui etiamſi uxores haberent, nec earum conſuetudinem abdicarent, nihilominus diaconi presbyterivè ordinati ſunt, *vel in miniſterio genuerunt filios, ne ad majores gradus ordinum permittantur, ſynodi decrevit auctoritas.* Hæc ſynodus, quamvis in Italiâ, & temporibus quidem vel Siricii vel proximorum ſucceſſorum habita, clericos tamen uxoratos & in ſacro miniſterio uxoribus uſos officiò non dejicit, multò minùs excommunicat; ſaltim ne ad ſublimiores gradus conſcendere permittantur, prohibet; nempe ne qui diaconi ſint, ad presbyteratum, qui presbyteri, ad epiſcopatum evehantur. Quanta ſub ipſis Romanarum de perpetuâ abſtinentiâ ſanctionum primordiis alibi moderatio fuerit, quàm ſubinde variatum, & ad ſummum rigorem quàm lentè ac timidè proceſſum, oculatis hinc poteſt patere.

Par ferè ſententia concilii Toletani primi capitulo primo, quod tamen aliquo modo intricatum & intellectu difficile. *Placuit, ut diacones, ſi vel integri, vel caſti ſint & continentis vitæ, etiamſi uxores habeant, in miniſterio conſtituantur.* Videtur ſenſus eſſe, Illi diaconi, qui vel integri ſunt, id eſt, virgines, vel qui, etiamſi uxores habeant, ab iis tamen abſtinent, miniſterium peragant. Senſum eſſe, ut non ordinentur aut miniſterium adeant, niſi qui pridem ante ordinationem & ſuſceptum miniſterium abſtinuerint, non poteſt dici, quum qui omnium rigidiſſimi fuerunt, ſatis eſſe judicaverint, ſi, ex quo initiatio facta ſit, abſtineatur. Licuiſſe autem ſubdiaconis uxores, etiam quæ viduæ fuiſſent, habere ex hoc ipſo concilio claret. Sed capitulum illud primum & cætera huc facientia plenè adſcribamus. *Placuit, ut diacones, ſi vel integri, vel caſti ſint & continentis vitæ, etiamſi uxores habeant, in miniſterio conſtituantur, ita tamen, ut ſi qui, etiam ante interdictum, quod per priores ante nos epiſcopos*, temporibus, ut apparet, Siricii *conſtitutum eſt, incontinenter cum uxoribus vixerint, presbyterii honore non cumulentur. Si quis verò ex presbyteris*

bytera

byterio ante interdictum filios ſuſceperit, de presbyterio ad epiſcopatum non admittatur. Tertium capitulum: *Item conſtituit ſancta ſynodus, ut lector, ſi viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil ſit, ſed ſemper lector habeatur, aut fortè ſubdiaconus.* Quartum: *Subdiaconus defuncta uxore ſi uxorem aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, removeatur & habeatur inter oſtiarios vel lectores, ita ut Evangelium & Apoſtolum non legat, propterea, ne qui eccleſiæ ſervierit, publicis officiis ſervire videatur. Qui verò tertiam, quod nec dicendum eſt, acceperit, abſtentus biennio, poſtea inter laicos, reconciliatus per pœnitentiam, communicet.* Subdiaconis primas uxores permitti, ſecundas ſaltim & tertias interdici; ſive ſola iterata ſubdiaconorum matrimonia remotioni ab officio & pœnis quibuſdam canonicis, matrimoniis tamen individuis, ſubjici manifeſtum eſt. Concilium hoc Toletanum primum habitum eſt temporibus Honorii & Arcadii, conſule Stilicone, ut docet inſcriptio. Stilico autem bis conſul fuit, primùm anno CCCC, ſecundo anno CCCCV. Et quidem primo Stiliconis conſulatu concilium habitum eſſe, ex actis ejus ab Ambroſio Morali editis, Baronius oſtendit. *Anno 405. num.43.*

Leo, quem magnum vocitamus, in medium quinti ſeculi incidit. Eutychen quidem hæreticum feliciter & egregiè reprehendit, idem tamen in dilatandis ſuis fimbriis & extendendâ Romanæ ſedis auctoritate mirus artifex & inſignis novator. Conatur itaque Macedonicis eccleſiis non modò jugum ſui dominatus, ſed etiam cœlibatus & perpetuæ abſtinentiæ imponere, ita ut ſubdiaconos quoque, de quibus deceſſores Siricius & Innocentius nihil tale ſanxerant, comprehendat. Ad Anaſtaſium enim Theſſalonicenſem, quem ſuum iis in locis vicarium eſſe vult, in hunc modum ſcribit: *Sacerdotum tam excellens eſt electio, ut hæc, quæ in aliis eccleſiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicitâ.* *epiſt.64. al.82.c.4.* *Nam quum extra clericorum ordinem conſtitutis, nuptiarum ſocietati & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum: ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem nec ſubdiaconibus quidem carnale connubium conceditur: ut & qui habent, ſint tamquam non habentes; & qui non habent, permaneant ſingulares. Quod ſi in ordine, qui quartus à capite eſt, dignum eſt cuſtodiri, quanto magis in primo, aut ſecundo, vel tertio ſervandum eſt, ne aut levitico miniſterio, aut presbyterali honore, aut epiſcopali excellentiâ quiſquam idoneus exiſtimetur, qui ſe à voluptate uxoriâ needum frenaſſe*

detegitur? Similia leguntur epiſtolâ ad Ruſticum Narbonenſem: epiſt.92. al.90.c.3. *Lex continentiæ eadem eſt miniſtris altaris, quæ epiſcopis atque presbyteris. Qui, quum eſſent laici ſive lectores, licitè & uxores ducere & filios procreare potuerunt. Sed quum ad prædictos pervenerint gradus, cepit eis non licere, quod licuit. Unde, ut de carnali fiat ſpirituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores,* diſſoluto ſcilicet ipſo matrimonii nexu, *& quaſi non habeant, ſic habere, quò & ſalva ſit caritas conjugiorum, & ceſſent opera nuptiarum.*

Hæc quidem Leo: quæ tamen in eccleſiâ orientali apud Græcos locum neutiquam invenerunt; & ne quidem in occidentali apud omnes Latinos. Proſper Rhegii in Galliâ epiſcopus uxorem habuit, quam verſibus, qui ſub finem libri Epigrammatum ejus leguntur, ita alloquitur:

Age jam precor mearum
Comes irremota rerum,
Trepidam brevemq; vitam
Domino Deo dicemus.

Item: *Non mirabor opes, nullos ſectabor honores,*
Pauperiem Chriſto divite non metuam.
Quâ ſtetero adverſis, hac utar mente ſecundis:
Nec mala me vincent, nec bona me capient.
Semper agam grates Chriſto, dabo ſemper honores,
Laus Domini ſemper vivet in ore meo.
Tu modò fida comes mecum iſti accingere pugnæ,
Quam Deus infirmo præbuit auxilium.
Sollicita elatum cohibe, ſolare dolentem,
Exemplum vitæ ſimus uterq; piæ.
Cuſtos eſto tui cuſtodis, mutua redde,
Erige labentem, ſurge levantis ope.
Ut caro non eadem tantùm, ſed mens quoq; nobis
Una ſit, atq; duos ſpiritus unus alat.

Sunt qui hæc conjiciant eſſe Paulini Theraſiam ſuam compellantis: verùm non editiones modò, ſed vetuſtus etiam Cambronenſis in Belgio monaſterii codex Proſpero vindicant.

C. Sollius Sidonius Apollinaris Arvernorum fuit epiſcopus, hiſt.Franc. l.2.c.21. de quo Gregorius Turonenſis: *Eparchio* epiſcopo *migrante, ex præfecto ſubſtituitur Sidonius, vir ſecundum ſeculi dignitatem nobiliſſimus & de primis*

primis Galliarum ſenatoribus, ita ut filiam ſibi Aviti imperatoris in matrimonio ſociaret. Ex ejusdem proſapiâ uxorem quoq; habuit Leontius epiſcopus Burdegalenſis, ut carmine in ejus laudem ſcribit Venantius Fortunatus; lib. 1.

Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre,
Quæ tibi tunc conjunx, eſt modo cara ſoror.
Lumen ab Arcadio veniens genitore refulget,
Quà manet auguſtum germen, Avite, tuum.
Imperii faſces toto qui rexit in orbe,
Cujus adhuc pollens jura ſenatus habet.
Plurima quid referam, quantis ſit prædita rebus,
Quæ potuit votis nupta placere tuis.

Sed hanc mittamus; & de Sidonio pergat Turonenſis. *Sanctus Sidonius,* inquit, *tantæ facundiæ erat, ut plerumq; ex improviſo luculentiſſimè quæ voluiſſet, nullâ obſiſtente morâ componeret. — Quum autem eſſet magnificæ ſanctitatis, atque, ut diximus, ex ſenatoribus primis, plerumque neſciente conjuge vaſa argentea auferebat è domo, & pauperibus erogabat. Quod illa quum cognoſceret, ſcandalizabatur in eum: ſed tamen dato egenis pretio, ſpecies domi reſtituebat.* Iſta ſanè Sidonium & uxorem in unâ domo cohabitaſſe & familiam adminiſtraſſe evincunt.

Quod de facundiâ Sidonii ſcribit Turonenſis, comprobatur exemplo ad præſens negocium faciente. Bituriges arbitrium Sidonio detulerant eligendi epiſcopi metropolitani, & in ejus judicium quaſi compromiſerant. Nominat ille Simplicium, hominem uxoratum, præmiſsâ oratione propemodum extemporaneâ, diſerta nihilominus & elegante, modò menda librariorum abeſſent. Inter cætera, *Vivit*, ait, *Spiritus ſanctus, omnipotens Deus noſter, qui Petri voce damnavit Simonem Magum, quum opinaretur gratiam benedictionis pretio ſeſe poſſe mercari, me in eo, quem vobis oportunum eſſe ſui, nec pecuniæ favere, nec gratiæ, ſed ſtatu ſatis ſuperq; trutinato perſonæ, temporis, provinciæ, civitatis, virum cujus in conſequentibus rapta vita replicabitur, competentiſſimum credidiſſe. Benedictus Simplicius [illegible] veſtri, jamq; abhinc noſtri, modò per vos Deus annuat, [illegible] comes, ita utrique parti, vel actu vel profeſſione reſpondet, ut & reſpublica in eo quod admiretur, & eccleſia poſſit invenire quod diligat. Si natalibus ſervanda reverentia, — parentes ipſius, aut cathedris, aut tribunalibus præſederunt. Illuſtris in utraque converſatione proſapia, aut* Exſtat inter epiſt. Sid. l. 7.

epiſco-

epiſcopis floruit, aut præfectis. Ita ſemper hujuſce majoribus, aut humanum, aut divinum dictare jus uſui fuit. Si verò perſonam ſuam tractatu conſilioſiore penſemus, invenimus illam tenere iſtic inter ſpectabiles principes locum. — Vxor illi de Palladiorum ſtirpe deſcendit, qui aut literarum, aut altarium cathedras cum ſui ordinis laude tenuerunt. Sanè quia perſona matronæ verecundam & ſuccinctam ſui exigit mentionem, conſtanter adſtruxerim reſpondere illam fæminam ſacerdotiis utriuſque familiæ, vel ubi educata crevit, vel ubi elocata nupſit. Ejusmodi aliquid ſupplendum fuerit. *Filios ambo bene & prudenter inſtituunt, quibus comparatis pater inde felicior incipit eſſe, quia vincitur. Et quia ſententiam parvitatis meæ in hac electione valituram eſſe juraſtis, ſiquidem non eſt validius dicere ſacramenta quàm ſcribere, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Simplicius eſt, quem provincia noſtra metropolitanum, civitati veſtræ ſummum ſacerdotem fieri debere pronuntio. Vos autem de viro, de quo loquimur, ſi novam ſenteutiam meam ſequimini, ſecundum veſtram veterem couſonate; Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa.* Ecce majores cùm Simplicii, tum uxoris ejus, epiſcopi: & epiſcopus ipſe, quamvis uxoratus, conſtituitur, nec ut mutuo conſortio ſeſe invicem abdicent vel cum ipſo agitur, vel cum uxore, cujus in eam rem prægreſſus expreſſus conſenſus, ſiquidem id omnino fieri oporteret, neceſſarius fuiſſet. Si, inquam, Simplicius non potuit eſſe epiſcopus, niſi abdicato commercio uxoris; atque hoc abdicari non potuit, niſi uxore liberè & disertè conſentiente: non potuit itaq; Simplicius antè conſtitui epiſcopus, quàm cum uxore iſtâ de re actum eſſet, & ipſa in ejusmodi ſeparationem volens conſenſiſſet. Conſtituitur autem epiſcopus, & conſenſus, quem diximus, priùs non requiritur. Illam igitur abdicationem & abſtinentiam ſimpliciter & omnino neceſſariam non judicarunt. Ergo videmus, etiamſi inter latinos exſtarent ſtatuta pontificum & conciliorum, praxin nihilominus alicubi, etiam apud magni nominis viros, aliter ſe habuiſſe, atque adeo acceptationem ſtatutorum ambiguam, ſuſpenſam, interruptam fuiſſe.

Addam ex eodem, quem paullò antè allegabamus, Gregorio Turonico unum & alterum huc facientia & in tempus quinti ſeculi aut certè vicinum incidentia exempla: è quibus qualem temerè ſive præcepta ſive ſuſcepta abſtinentia progreſſum & aliquando exitum habuerit, queat intelligi. Gregorium quidem ipſum

ut

ut ſtylo incomto, ita ingenio ſimplice, credulo & ſuperſtitioſo fuiſſe appareet. Nos narratiunculas ejus ſubjiciemus: cuiq; eis, quod viſum fuerit, & quantum libuerit, tribuendi jus integrum eſto.

Libro primo hiſtoriæ Francorum: *Apud Arvernos poſt Stremonium epiſcopum prædicatoremq; primus epiſcopus Vrbicus fuit, ex ſenatoribus converſus, uxorem habens: quæ juxta conſuetudinem eccleſiaſticam,* (non dicit *Apoſtolicam*) *remota à conſortio ſacerdotis religioſè vivebat, vacabant enim ambo orationi, eleemoſynis, atq; operibus bonis. Quumq; hæc agerent, livor inimici, qui ſemper eſt æmulus ſanctitati, commovetur in fœminam: quam in concupiſcentiam viri ſuccendens, novam Evam efficit. Nam ſuccenſa mulier à libidine, operta peccati tenebris, pergit ad domum eccleſiæ per tenebras noctis. Quumq; obſerata omnia repeŕiſſet, pulſare fores eccleſiæ domus cœpit, ac voces hujuſmodi dare: Quouſq; ſacerdos dormis? quouſq; oſtia clauſa non reſeras? cur conjugem ſpernis? cur obduratis auribus, Pauli præcepta non audis? Scripſit enim: Revertimini ad alterutrum, ne tentet vos ſatanas. Ecce ego ad te revertor, nec ad extraneum, ſed ad proprium vas recurro. Hæc & hiſ ſimilia diu declamanti, tandem ſacerdotis tepeſcit religio. Iubet eam cubiculo intromitti, uſumq; concubitu ejus diſcedere jubet. Dehinc tardius ad ſe reverſus, & de perpetrato ſcelere condolens, acturus pœnitentiam, diœceſis ſuæ monaſterium expetit: ibiq; cum gemitu ac lacrymis quæ commiſerat diluens, ad urbem propriam eſt reverſus. Qui impleto vitæ curſu migravit à ſeculo: nata eſt enim ab hoc conceptu filia, quæ in religione permanſit. Ipſe quoque ſacerdos cum conjuge & filia in crypta Cantobennenſi, juxta aggerem publicum eſt ſepultus.* Geminum propemodum exemplum habet Faſciculus temporum, in anno CCCCXCIV: *Gerhardus primus epiſcopus Laudunenſis habuit primò uxorem, quam dimittens & iteratò admittens genuit ex ea virum ſanctum Latronem, qui ei in epiſcopatu ſucceſſit.* Cap. 44.

Libro octavo hiſtoriæ Francorum: *Badegiſilus Cenomanorum epiſcopus, vir valdè ſævus in populo, auferens ſive diripiens injuſtè res diverſorum: ad cujus animum acerbum atq; immitem conjunx acceſſerat ſævior, quæ illum in committendis ſceleribus, nequiſſimis conſilij ſtimulis perurgebat. Nec præteribat dies aut momentum ullum, in quo non aut in ſpoliis civium, aut in diverſis altercationibus graſſaretur. —— Quinto autem anno epiſcopatus ſui expleto, quum jam ſextum ingrediens, epulum civibus cum immenſa lætitia præparaſſet, à febre correptus annum, quem cœperat, protinus morte imminente finivit. In cujus locum Bertcramnus Pariſiacus archidiaconus ſubrogatus eſt. Qui multas altercationes cum relicta illius defuncti habuiſſe* Cap. 30.

probatur, eo quòd res, quæ tempore Badegiſili epiſcopi eccleſiæ datæ fuerant, tamquam proprias retinebat, dicens, Militia hæc fuit viri mei: & licet invita, tamen cuncta reſtituit.

cap. 76. Libro de gloriâ confeſſorum: *Egemonio decedente beatus Simplicius eccleſiæ Auguſtodunenſi præponitur. Fuit autem de ſtirpe nobili, valdè dives in opibus ſeculi, nobiliſſimæ conjugi ſociatus. His fuit caſtiſſima obtegente ſeculo vita, ſoli Deò cognita, mortalibus tamen ignota. Erant ènim ambo juſti & in eleemoſynarum ſemina ac vigiliarum tolerantiam promtiſſimi. Intereà propter illam, ut diximus, ſeculi dignitatem, Simplicius decedente Egemonio, à populis eligitur: ſed à Deo pro caſtitatis & ſanctitatis gloria deſtinatur. Accepto quoque pontificatus ordine, beata ſoror, quæ prius fuerat non libidine, ſed caſtitate viro conjuncta, non paſſa eſt à ſtrato pontificis ſubmoveri, ſed in illa puritatis caſtitate, qua prius viri caſtiſſimi thorum adibat, ſecura de conſcientia mentis ſanctæ, ſciens ſe ūri non poſſe ab incentivi ignis ardore. Sed ſæva dæmonis invidia contra ſanctos DEI probroſa excitat bella, & quæ inſtinctu ſuo deſtruere non potuit, nititur verbis ſubdolis infamare. Quid plura? In ipſo dominici natalis die commoventur cives in ſcandalum, & ad beatam virginem rapido curſu concurrunt, dicentes; Incredibile eſt mulierem viro junctam, pollui non poſſe: ſed nec vir poterit artubus mulieris junctus, à coitu abſtinere. Sic etenim Salomonis proverbia proferunt. Nemo, ait, tangens picem, mundus poterit eſſe. Neque enim in ſinu ignem quis geſtans non cremabitur. Ergo videmus vos uno in thoro recumbere, & ſuſpicari aliud non poſſumus, niſi miſceamini ſimul. His commota virgo ſanctiſſima, adgreditur pontificem ſimili caſtitate pollentem, replicatisq; coram omni populo ſermonibus quos audierat, areulam puella tunc plenam, ut adſolet, pro injuria hyemis cum carbonibus tenebat. Vocat puellam, expanſoq; pallio prunas ardentes ſuſcipit, & ferè horæ unius ſpacio tenens ſacerdotem evocat, dicens: Accipe mitiorem ſolito ignem, nequaquam tuis velaminibus nociturum, ut oſtendant in nobis hæ flammæ exſtinctas flammas eſſe luxuriæ. Suſcipiente verò Pontifice, nihil nocitum eſt velamen ejus ab igne. Hoc miraculo populus qui erat tunc incredulus, credidit Deo. Et inter ſeptem dies amplius quàm mille homines ſacri innovatione lavacri ſunt renati.* Hæc ex Gregorio Turonico, qui obijt ſub finem ſeculi ſexti: quibus, ut diximus, quiſque pro ſuo judicio, quantum videbitur, tribuat.

Atque iſta quidem in occidente. Cæterùm in oriente Nicænæ & Gangrenſi ſynodis firmiter adhæſerunt, nec ab ijs ſeſe abduci

pſiſtant. Notat tamen Socrates aliquam Theſſaliæ conſuetudinem, aliam quoque, ut dicere videtur, ad vicina quædam Macedoniæ & Græciæ loca, diſcrepantem à conſuetudine, quæ per reliquum orientem obtineret. Græcus verò auctoris textus nō eſt uſquequaq; integer. Differens de rituum & morum diverſitate, Ἔγνων, ait, ἐγὼ καὶ ἕτερον ἔθος ἐν Θεσσαλίᾳ γενόμενον· κληρικὸς ἐκεῖ, ἐὰν γαμήσας πρὶν κληρικὸς γένηται, μετὰ τὸ κληρικὸς γενέσθαι συγκαθευδήσας αὐτῇ, ἀποκήρυκτος γίνεται, τῶν ἐν ἀνατολῇ γνωρίμων πάντων ἀπεχομένων καὶ τῶν ἐπισκόπων, εἰ καὶ βούλοιντο, οὐ μὴν ἀνάγκῃ νόμου τοῦτο ποιούντων. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς καὶ παῖδας ἐκ τῆς νομίμης γαμετῆς πεποιήκασιν. ἀλλὰ τοῦ μὲν ἐν Θεσσαλίᾳ ἔθους ἀρχηγὸς κληρικὸς Θεόδωρος τρίβης τῆς ἐκεῖ γενόμενος, (legendum, ἀρχηγὸς ἡλιόδωρος τρίκκης τῆς ἐκεῖ ἐπίσκοπος,) οὗ λέγεται πονήματα ἐρωτικὰ βιβλία, ἃ νέος ὢν συνέταξε, καὶ Αἰθιοπικὰ προσηγόρευσε. φυλάσσεται δὲ τοῦτο τὸ ἔθος ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ αὐτῇ μακεδονίᾳ, καὶ ἑλλάδι. *Novi ego aliam quoque in Theſſalia conſuetudinem. Factus ibi clericus, quam, priuſquam clericus fieret, uxorem duxit, ſi, poſtquam factus eſt clericus, cum ea dormierit, abdicatur; quum in oriente contrà illuſtres quique, etiam epiſcopi, abſtineant ſi velint, non autem ex legis neceſſitate id facientes. Multi enimverum ipſo epiſcopatus tempore etiam liberos ex legitimis uxoribus ſuſceperunt. Cæterùm ejus quidem in Theſſalia conſuetudinis auctor fuit Heliodorus, Triccæ, quæ inibi eſt, epiſcopus, cujus feruntur opera amatorij libelli, quos, quum juvenis eſſet, compoſuit & Aethiopica inſcripſit. Eadem etiam conſuetudo ſervatur Theſſalonicæ & in ipſa Macedonia & Hellade.* Caſſiodorus, qui è Socrate, Theodoreto & Sozomeno operâ cujusdam Epiphanij ſcholaſtici converſis Tripartitam ſuam confecit, ita habet: *Ego quoq; cognovi in Theſſaliâ conſuetudinem aliam. Quum quidam clericus* lib. 9. c. 38 *ante clericatum legitimè duxiſſet uxorem, quia cum ea mixtus fuiſſet, abdicatus eſt, quum in oriente cuncti ſpontanea voluntate, & non aliqua neceſſitate, etiam epiſcopi, ſeipſos abſtineant. Plurimi enim eorum etiam epiſcopatus tempore ex legitima uxore filios habuerunt.* Conſuetudines, vt etiam pag. 129. anteà monebamus, non ſemper ex uſu eſt imitari. Patet de alia in ijsdem Theſſalicis eccleſijs receptâ, quam continuato ſermone Socrates ſubjungit: καὶ ἄλλο δὲ ἔθος οἶδα ἐν Θεσσαλίᾳ γενόμενον, ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πάσχα μόνον βαπτίζουσι· διὸ σφόδρα πλὴν ὀλίγων οἱ λοιποὶ, μὴ βαπτισθέντες ἀποθνήσκουσι. Tripartita vertit: *Hoc quoque in Theſſalia ſervari cognovi, quod apud eos in diebus paſchæ tantummodò baptizatur. Quapropter plurimi ſine baptiſmate moriuntur.* Quis ejuſmodi conſuetudinem

probare vel imitari auſit? Neſcio an conjecturandum, aliquid Leonem per Anaſtaſium Theſſalonicenſem, ad quem quæ ſcripſit paullò antè prolata ſunt, effeciſſe: aut potiùs, quum edicta Leonis parum poſſent, Heliodorum, ut quam editis Aethiopicis maculam contraxerat, elueret, & laſciviæ ſuſpicionem, quam incurrerat, contrario facto refelleret, clericis in Theſſaliâ & vicinis locis, ut perpetuam abſtinentiam admitterent, perſuaſiſſe; atque ideo Socratem iſtiuſmodi conſuetudinem Heliodoro auctori acceptam ferre. Quicquid ſit, & novitatem & particularitatem diſertè notat, dum hanc ipſam conſuetudinem ab Heliodoro, minimè verò ab Apoſtolis, derivans, á conſuetudine reliquarum orientis eccleſiarum diverſam abire oſtendit.

Nunc reliqua latinorum ſtatuta levi brachio percurramus. Turonenſe concilium primum Severino conſule, id eſt, anno CCCCXXCII. habitum, & ſententiam & verba Pontificum Siricij Innocentijq; exprimit & imitatur. Capitulo primo: *Si univerſis fidelibus ſecundum Apoſtolicam doctrinam caſtitas cuſtodienda indicitur, ut qui habent uxores, ita ſint, quaſi non habentes: quanto magis ſacerdotes DEI ac levitæ divino mancipati altario, cuſtodire debent, ut non ſolùm cordis, verùm etiam corporis puritatem ſervantes, pro plebe ſupplicaturi, preces illorum ad divinum mereantur introire auditum? quia ſecundum auctoritatem Apoſtoli, Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Et iterum: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum: ſed polluta eſt eorum & mens & conſcientia. Quum ergò laico abſtinentia imperetur, ut poſſit orationi vacans, & Deum deprecans, exaudiri: quanto magis ſacerdotibus vel levitis, qui omni momento parati eſſe debent in omni munditiâ & puritate, ſecuri, ne aut ſacrificium offerre, aut baptizare, ſi id temporis neceſſitas popoſcerit, cogantur imparati aut immundi? Qui ſi contaminati fuerint carnali concupiſcentiâ, quâ fronte excuſabunt, quo pudore uſurpabunt, quâ conſcientia, quo merito exaudiri ſe credent? II. Et licet à patribus noſtris e commiſſa auctoritate id fuerit conſtitutum, ut quicunq; ſacerdos vel levita, filiorum procreationi operam dare fuiſſet convictus, à communione dominica abſtineret, nos tamen huic diſtrictioni moderationem adhibentes, & juſta conſtitutione mollientes, id decrevimus, ut ſacerdos vel levita conjugali concupiſcentiæ inhærens, vel à filiorum procreatione non deſinens, ad altiorem gradum non conſcendat, neq; ſacrificia Deo offerre, vel plebi miniſtrare præſumat.* Sufficiat

his tan-

bis interdicti, ut à communione non efficiantur alieni. Quinam patres Gallicani clericos conjugio uſos ſacrâ communione privaverint, vel quando aut ubi id fecerint, non conſtat. Quoniam autem *è commiſſa auctoritate id conſtitutum fuiſſe* Turonenſes dicunt, juſſu Romanorum pontificum factum eſſe veroſimile eſt. Ipſi verò rigorem eum nimium judicarunt, & propterea adhibitâ aliquâ moderatione ea olliverunt. Hoc ſanè egregium, quod indictâ abſtinentiâ, ut tùm ebrietas tum familiaritas extranearum fœminarum, à clericis abſtinentiæ deditis evitetur, ſeveriſſimè edixerunt. Niſi enim utramque procul habuerint, abſtinentiam tantoperè expetitam & indictam ſervari illibatam non poſſe, probè intellexerunt. Verba ipſorum adſcribi digna: *Sed ut hæc valeant obſervare, fomitem omnium vitiorum oportet abſcindi, Apoſtolo præcipiente: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Eph. 5, 18. *Et quam gravi ebrietas ſupplicio expietur, eadem Apoſtolica manifeſtat doctrina, inter cætera dicens: Neque fornicatores, neq; idolis ſervientes, neque* 1. Cor. 6, *ebrioſos regnum DEI poſſeſſuros. Si quis verò in omni officio clericali Deo mi-* 10. *litans, ab ebrietate ſe non abſtinet, ſecundum ſtatus ſui ordinem competens in eum vindicta tribuatur. III. Et quia nullum diabolo locum dari oportet, hoc præcipuè cuſtodiendum decrevimus, ut nullam clerici cum extraneis fœminis habeant familiaritatem, ne ullum malè loquendi vel ſentiendi hominibus aditum tribuant: quia frequenter per hanc indecentem occaſionem contingit, ut diabolus, qui inſidiatur ſicut leo in cubili ſuo, de ruina ſervorum DEI exultet. Si quis clericus poſt interdictum epiſcopi ſui illicitis familiaritatibus extranearum fœminarum voluerit inhærere, à communione habeatur alienus.* Quantum ab illis, non quidem primæ, ſed mediæ ætatis moribus & ſtatutis defecerit hodierna eccleſia Romana, nemo non videt. Quum abſtinentiam à conjugio vehementiſſimè urgeat, abſtinentiam tamen ſive ab ebrietate ſive à converſatione fœminarum non tantùm pari vehementiâ non urget, ſed utramq; paſſim liberam & nullis canonicis pœnis obnoxiam permittit: imò lupanaria, in uſum potiſſimùm, ut apparet, ſuorum abſtinentium in ipſa Romæ, Chriſtianæ pietatis & virtutis (ita ajunt) metropoli, aut colit, aut fovet. Baronius anno CCCCLIII. inſerit concilium *num.* 51. quoddam Andegavenſe, à Frontone Ducæo acceptum, hactenus *& ſeqq.* ineditum, cujus capitulum tertium ita habet: *Familiaritatem extranearum fœminarum* clerici *noverint eſſe vitandam. Sed ſi qui ſunt cælibes, non niſi a ſororibus, aut amitis ſuis, aut matribus conſolentur. Quia ſicut*

Bonum non eſt homini ſolum eſſe; ita familiares eſſe clericos fœminis non oportet extraneis, quia frequenter plurimorum ruinas ſub hac occaſione deflemus. Si quis autem poſt hoc interdictum à prædictis familiaritatibus ſe revocare noluerit, nequaquam gradu altiore donabitur; & ſi jam ordinatus fuerit, non miniſtret. Ecce pœnam, converſationi cum extraneis mulieribus indictam; & quidem in Turonenſi concilio, quàm uſui conjugum, ſeveriorem. Si hodiè Pontificij per ſanctiones ſuas continentiam veri nominis & rigoris ſtabilitum irent, non minùs aut magis etiam ejuſmodi converſatione quàm conjugio clericis interdicerēt. Quod illos mediæ ætatis veteres latinos in cœlibatum propenſos ubiq; factitaſſe deprehendimus. Conjungunt enim ſive ſubjungunt prohibitioni conjugum prohibitionem æquè ſeveram, plerumque etiam ſeveriorem, extranearum; quas à Græcis primæq; ætatis veteribus συνεισάκτους appellatas, & ſolas, conjugio interim permiſſo, interdictas fuiſſe multis ſuprà oſtendimus. Quum itaque recentiores Pontifices ſolum conjugium clericis adimant, nec ancillas autem, nec coquas & focarias, & ne manifeſtas quidem concubinas domibus eorum ejiciant; nihil faciunt ad eorum ſententiam vel hæc ipſa mediæ ætatis latina concilia; nec quiſquam prudens temerè ſibi perſuadebit, zelo caſtitatis eos urgere, quod urgent, ſed potiùs ad finem, de quo alibi diximus, & dominatum ſuum ſtabiliendum reſpicere. *pag. 90.*

Sub initium ſeculi ſexti, anno Alarici ſecundi regis Weſtgothorum XXII, Chriſti DVI, habita eſt in Galliâ Narbonenſi ſynodus Agathenſis, cui præſedit & ſubſcripſit Cæſarius Arelatenſis. Ea capitulo nono abſtinentiam clericorum à Siricij & Innocentij decretis arceſſit, quin hujus, ex epiſtolâ ad Exuperium Tholoſanum, ipſiſſima verba repetit, omiſſis tamen duris illis, in ſanctum conjugium injuriis. *Placuit etiam, ut ſi presbyteri vel diaconi conjugati ad thorum uxorum ſuarum redire voluerint, papæ Innocentij ordinatio vel Siricij epiſcopi auctoritas, quæ eſt his canonibus inſerta, ſervetur. Quod ſi ad aliquos formula illa eccleſiaſtica vitæ pariter & diſciplinæ, quæ à Siricio epiſcopo ad provincias commeavit, non probabitur perveniſſe, eis ignorationis venia remittitur, ita ut de cætero penitùs incipiant abſtinere. Et ita gradus ſuos in quibus inventi fuerint, ſic retineant, ut ad potiora eis non liceat adſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet quòd locum ipſum quem retinent, non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam vivendi miſſam à ſancto Siricio epiſcopo, deteguntur,*

neque

[illegible]m cupiditates libidinis abjeciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmoven-di, [illegible] poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt volu-ptat[illegible]. Sequentibus duobus capitulis de conſortio mulierum vi-ta[illegible] cavet ſynodus. Decimum enim ſic habet: *Id etiam ad cuſtodien-dam vitam & famam ſpeciali ordinatione præcipimus, ut nullus clericorum extraneæ mulieri qualibet collatione aut familiaritate jungatur. Et non ſo-lum in domo illius extranea mulier non accedat, ſed nec ipſo frequentandi extraneam mulierem habeat poteſtatem, ſed cum matre tantùm, ſorore, fi-lia aut nepte, ſi habuerit, aut voluerit, vivendi liberam habeat poteſtatem. De quibus nominibus nefas eſt aliud, quàm natura conſtituit, ſuſpicari.* Un-decimum: *Ancillas vel libertas à cellario vel à ſecreto miniſterio & ab eadem manſione, in qua clericus manet, placuit removeri.* De juſtâ ætâte ordi-nandorum ſancit capitulum decimumſextum: *Epiſcopus benedictionem diaconatus minoribus quàm vigintiquinq; annorum penitùs non committat. Sanè ſi conjugati juvenes conſenſerint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda eſt, ut ſequeſtrato manſionis cubiculo, religione promiſſa, poſtea-quam pariter converſi fuerint, ordinentur.* Decimum ſeptimum: *Presby-terum verò vel epiſcopum ante triginta annos, id eſt, antequam ad viri perfe-ctæ ætatem perveniat, & diaconos ante vigintiquinque nullus metropolitano-rum ordinare præſumat, ne per ætatem (quod aliquoties evenit) aliquo errore culpentur.* De vitandâ ebrietate quadrageſimum primum: *Ante omnia clericis vetetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. Itaque eum, quem ebrium fuiſſe conſtiterit, (ut ordo patitur) aut triginta dierum ſpacio communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum ſup-plicio.* Agathenſis quidem hæc ſynodus juxta placita Siricij & In-nocentij abſtinentiam à presbyteris & diaconis exigit. De tribus verò ad illam ipſam abſtinentiam cùm commodiùs tum ſinceriùs præſtandam unicè neceſſarijs, eâdem operâ conſtituit, nempe Ut familiaritas & converſatio cum fœminis vitetur; Nemo ante juſtam ætatem, & quâ ſuarum ſibi virium quiſque conſcius eſſe queat, or-dinetur; Nemini ebrio impunè ſit. Quum nihil horum, (è quibus, neceſſarijs quidem omnibus, id tamen quod eſt de fugiendo mulie-rum commercio, tamquam palmarium omnia hujus ætatis abſtinē-tiam exigentia concilia ſtudioſè ubique inculcant,) noſtri obſer-vent Pontificij; nullo fructu unicum & ſolitarium illud de prohibi-to conjugio & conjugum uſu pro hodierno ſuo periculis & ſcan-dalis [illegible]oxio, imò turpitudinum pleno cœlibatu adducunt. Atq;

itane

ita ne quidem latinorum mediæ ætatis leges & mores hodiernis Pontificiorum legibus & moribus patrocinantur.

Agathenſi Gallicano concilio poſterius eſt Ilerdenſe Hiſpanicum, utpote à quo illud allegatur. De converſatione cū fœminis
Cap. 15. ita habet: *Familiaritatē extranearum mulierum licet ex toto ſancti patres antiquis monitionib. præceperint eccleſijs evitandā; ſed nunc tamē nobis viſum eſt, ut, qui talis probabitur, ſi poſt primam & ſecundam commonitionem ſe emendare neglexerit, donec in vitio perſeverat, officij ſui dignitate privetur.* Eamdem familiaritatem itidem prohibet Gerundenſe capitulo ſeptimo; & Toletanum ſecundum capitulo tertio, verbis admodum ſeveris grandique ſub pœnâ. *Sanè deinceps poſt datam hanc admonitionem, quisquis earum conſortio frui voluerit, noverit non ſolùm ſe à clericatus officio retrahi vel eccleſiæ foribus expelli, ſed etiam omnium catholicorum, clericorum vel laicorum communione privari, nulla prorſus vel colloquij cū olatione relicta, quatenus malæ conſuetudinis abraſa rubigo in poſteris radicu ſua veneno ſerpere non poſſit.* Hæc Hiſpanica concilia in primum trientem ſeculi ſexti incidunt.

Aurelianenſe primum à Clodoveo, primo Francorum Chriſtiano rege, coactum in proximo poſt Agathenſe anno collocat Ba-
An. 507. ronius. *De familiaritate extranearum mulierum tam epiſcopos, quàm*
num. 14. *presbyteros vel diaconos præteritorum canonum ſtatuta cuſtodire* jubet, capitulo XIII. Habita ſanè ſunt hoc, in quo modò verſamur, ſeculo ſexto complura in Gallijs provincialia concilia, præſertim Aureliani. Pleraq; clericis ut uſum conjugum & conjugium, ita quoq; commercium ſive familiaritatem & converſationem cum extraneis fœminis interdicunt, quemadmodum ex recenſione patebit.

An. 540, Aurelianenſe tertium, quod in anno DXL. ponit Baronius, ca-
num. 27. pitulo ſecundo: *Nullus clericorum à ſubdiacono & ſupra, & quos uxores in propoſito ſuo accipere prohibetur, propriæ (ſi fortè jam habeat) miſceatur uxori. Quod ſi fecerit, laica communione contentus juxta priorum canonum ſtatuta ab officio deponatur. Quem ſi ſciens epiſcopus ſuus in hac vilitate permixtionis viventem ad officium poſteà admiſerit, & ipſe epiſcopus ad agendam pœnitentiam tribus menſibus ſit à ſuo officio ſequeſtratus.* Capitulo quarto: *De familiaritate extranearum mulierum licet jam multa, quæ obſervari debeant, multis canonicis ſententijs fuerint ſtatuta, tamen quod agnoſcitur ſæpe tranſcendi, convenit replicari. Ideoq; ſtatuimus, ut ne quis antiſtitum clericorumq; omnium licentiam habeat intra domum ſuam, ullam*

ullam abſq; his propinquis mulieribus, quas priores canones eloquuntur, habere perſonam. —— Quòd ſi quilibet ille antiſtitum vel clericorum quod ſupra ſcriptum eſt vitare noluerit, pro inobedientiâ triennij excommunicatione multetur. Capitulo ſexto ne ante ætatem legitimam; ſeptimo, ne inſcius quiſquam ordinetur, ſtatuitur. Ætas autem legitima in diacono XXV, in presbytero XXX. annis, quantam etiam ab antiquioribus canonibus requiri anteà vidimus, definitur.

Anno proximè ſubſequuto; nempe DXLI. habitum eſt concilium Arvernis, cujus capitulum duodecimum hoc eſt: *Quum presbyteri atq; diaconi ſublimi dignitatis apice prærogentur, actibusq; omnino ſeculi renuncient, & ad ſacrum miniſterium electi repudient, & quisquis eſt presbyter atque diaconus, divino munere benedictione perceptâ, uxoris ſuæ prius frater illicò efficiatur ex conjuge: attamen quosdam reperimus ardore libidinum inflammatos, abjecto militiæ cingulo, vomitum priſtinum & inhibita rurſus conjugia repetiiſſe, atq; inceſti quodammodo crimine clarum decus ſacerdotij violaſſe, quod nati etiam filij prodiderunt. Quod quisquis feciſſe cognoſcitur, omni in perpetuum, quam admiſſo jam crimine perdidit, dignitate privabitur.* Decimo ſexto capitulo converſatio cum extraneis ſub pœnâ excommunicationis interdicitur.

Aurelianenſe tertium haut magno intervallo excepit quartum, quum, ut ait Baronius, *magnâ ex parte illi ipſi epiſcopi, qui interfue-* Anno 545.
runt tertio Aurelianenſi concilio, ijdem huic quarto præſentes fuiſſe atq; ſub- num. 19.
ſcripti legantur. Hoc quartum decimo ſeptimo capitulo edicit, *ut ſacerdotes ſive diaconi cum conjugibus ſuis non habeant communem lectum & cellulam, ne propter ſuſpicionem carnalis conſortij religio maculetur.* XXIX capitulo pœnam ſtatuit adulterio clericorum; qui videlicet fructus fuit interdicti tanto cum rigore conjugij.

Aurelianenſe quinctum, quod in annum Childeberti regis XXXIIX, Chriſti DLII. incidit, tertio capitulo converſationem cum extraneis; quarto uſum conjugum prohibet.

Turonenſe ſecundum habitum anno Chariberti regis ſexto, Chriſti DLXX, ſic de extraneis capitulo decimo: *Nullus deinceps clericorum pro occaſione neceſſitatis faciendæ veſtis aut cauſſa ordinandæ domus extraneam mulierem in domo ſua habere præſumat.* Undecimo: *Nullus clericorum, non epiſcopus, non presbyter, non diaconus, quaſi ſanctimonialem aut viduam, vel ancillam propriam pro confirmatione rerum in domo ſua habere præſumat; quia & ipſa extranea eſt, dum non eſt mater, aut ſoror; aut*

filia; quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dum dignoſcitur ſubjecta dominatui. Si quis epiſcopus, aut presbyter, ſeu diaconus de hac re ſtatuta patrum vel noſtra temerare præſumſerit, excommunicetur. Epiſcopo uſus conjugij interdicitur capitulo decimotertio: *Epiſcopus conjugem ut ſororem habeat: & ita ſancta gubernatione gubernet domum omnem, tã eccleſiaſticam, quam propriam, ut nulla de eo ſuſpicio quaquam ratione conſurgat. Et licèt (Deo propicio) clericorum ſuorũ teſtimonio caſtus vivat, quia cum illo tam in cella, quàm ubicumq; fuerit, ſecum habitent, eumq; presbyteri, & diaconi vel deinceps clericorum turba juniorum (Deo adjutore) conſervent: ſic tamen propter zelotẽ Deum noſtrum, tam longè abſint, manſionis propinquitate diviſi, ut nec hi, qui ad ſpem recuperandã clericorum ſervitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.* Additur capitulo XIV: *Epiſcopum epiſcopam non habentem nulla ſequatur turba mulierũ.* Deniq; capitulo vigeſimo: *Archipresbyteri vicani, & diaconi & ſubdiaconi, nõ quidem omnes, ſed plures in hac ſuſpicione tenentur a populo, quòd cum conjugibus ſuis maneant. Pro qua re hoc placuit obſervare, ut quotieſcumque archipresbyter ſeu in vico manſerit, ſeu ad villam ſuam ambulaverit, unus lector canonicorum ſuorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella, ubi ille jacet, lectum habeat pro teſtimonio. Septem tamen inter ſubdiaconos & lectores vel laicos habeat conceſſos, qui viciſſim ſeptimanas ſuas cum illo facere omnino procurent: & qui diſtulerit, fuſtigetur. Et ſi in hoc presbyter negligens inventus fuerit, quod non hoc ſic implere contendat, triginta diebus communione privetur, donec pœnitentiam agat, & ſic revertatur ad gratiam. Reliqui presbyteri, & diaconi, ac ſubdiaconi vicani, hoc ſtudio ſe cuſtodiant, ut mancipiola ſua ibi maneant, ubi uxores ſuæ: illi tamen ſegregatim ſolitarij in cella jaceant, & orent, & dormiant. Nam qui uxores non habent, in parte de mancipiolis ſuis habeant cellulas ſegregatim, ubi & ipſi itidem & orent ſegregati, & dormiant. Nam ſi inventus fuerit presbyter cum ſua presbytera, aut diaconus cum ſua diaconiſſa, aut ſubdiaconus cum ſua ſubdiaconiſſa, annum integrum excommunicatus habeatur; & depoſitus ab omni officio clericali, inter laicos ſe obſervare cognoſcat: eo tamen permiſſo, ut inter lectores in pſallentiam choro colligatur. Illi verò archipresbyteri, qui talem cautelam ſuper juniores ſuos habere noluerint, & non eos ha[illegible]uerint ſtudio diſtringendi, ab epiſcopo ſuo in [illegible]ivitate retrudantur in cellam, ibiq; menſe integro panem cum aqua manducent, & pœnitentiam agant pro ſibi credito clero: quia nulli clericorum juxta ſententiam canonum, cum conjuge ſua manere permittitur.* Quam di[illegible]c

fu[illegible]

...legem abſtinentiæ Gallico clero imponere, & quomodo à cō... ...h biti ad extranearum contubernia declinaverint, è de... ...s repetitis manifeſtum.

Matiſconenſe primum à Guntramno rege convocatum à Ba... memoratur in anno DXXCII. Primo capitulo extraneas arcet ...o uſum conjugum prohibet, ijsdem propemodum verbis, quibus Arvernenſe loqui paullò antè audivimus. *Epiſcopi, presbyteri vel univerſi honoratiores clerici, quum ſublimi dignitatis apice ſublimentur, actibus omnino renuncient ſeculi, & ſacro electi miniſterio repudient carnale conſortium, ac permixtionis priſtinæ contubernium permutent germanitatis affectu: & quiſquis ille eſt, divino munere benedictione percepta, uxori prius ſuæ illicò frater efficiatur ex conjuge. Eos verò, quos reperimus ar... libidinis inflammatos, abjecto religionis cingulo, vomitum priſtinum & ...a rurſus conjugia repetiiſſe, atq; inceſti quodammodo crimine clarum ...erdotij violaſſe, quod nati etiam filij prodiderunt: quod qui feciſſe co...ur, omni in perpetuum, quam admiſſo jam crimine perdidit, dignitate ...tur.*

Poſt quinquennium ſub eodem Guntramno, anno videlicet e... Chriſti DXXCVII, coijt Lugdunenſe ſecundum, primo ſtatim ... in hunc modum loquutum: *Sancimus, ut nullum clericum ab ...o antiſtitis uſque ad ſubdiaconi gradum, mulierem, præter amitam, matrem & ſororem, in hoſpitio ſuo habere liceat. Placuit etiam, ut ...que uxoribus juncti ad diaconatus aut presbyteratus ordinem quo... modo pervenerint, non ſolùm lecto, ſed etiam frequentatione quotidiana ...ant de uxoribus ſuis ſequeſtrari. Quòd ſi, quod Deus avertat, de earum ...iari contubernio poſt acceptam benedictionem infans natus paruerit, ab o... gradu privetur.*

Matiſconenſe ſecundum habitum eſt anno ejusdem Guntramni regis XXIV. Conſtituit, quòd *epiſcopalis domus canes non habeat. Cuſtodienda eſt*, inquiunt iſti Patres, *epiſcopalis habitatio hymnis, non latratibus; operibus bonis, non morſibus venenoſis. Ubi igitur DEI eſt aſſidua ...na, monſtrum eſt & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.* Illa quidem nihil ad rem præſentem. Magis eò facit capitulum XVI. *Illud quoque rectum nobis viſum eſt diſponere, ut quæ uxor ſub... vel exorciſtæ, vel acoluthi fuerat, mortuo illo, ſecundo ſe non ...t ſociare matrimonio.* Uxoribus exorciſtarum & acoluthorum conſuetudo cum maritis ademta numquam fuit. Cap. 15.

Nec itaque ſubdiaconorum uxoribus, quæ cum iſtis conjunguntur. Subdiaconis igitur iſtis temporibus uſus matrimonij fuit permiſſus: quod ex ſequentibus etiam magis patebit.

Gallicanis hiſce concilijs jungantur Hiſpanica unum & alterum, quæ juxta ſeriem temporum proxima. Toletanum, quod tertium dicitur, coijt anno Reccaredi regis VVeſtgothorum quarto, æræ Hiſpanicæ DCXXVII, Chriſtianæ DLXXXIX. Ejus capitulum quinctum ita habet: *Compertum eſt à ſancto concilio, epiſcopos, presbyteros, & diaconos venientes ex hæreſi, carnali adhuc deſiderio uxoribus copulari. Ne ergò de cætero hoc fiat, præcipitur, quod & canonibus prioribus terminatur, ut non liceat eis vivere libidinoſa ſocietate, ſed manente inter eos fide conjugali, communem utilitatem habeant, & non ſub uno conclavi maneant. Vel certè, ſi ſuffragatur virtus, in alia domo ſuam uxorem faciat habitare, ut caſtitas apud Deum & apud homines habeat teſtimonium bonum. Si quis verò poſt hanc conventionem obſcœne cum uxore elegerit vivere, ut lector habeatur. Qui verò ſemper ſub canone eccleſiaſtico jacuerunt, ſi contra veterum imperata in ſuis cellulis mulierum, quæ infamiæ ſuſpicionem poſſunt generare, conſortium habuerint*, ſubintroductarum ſcilicet & extranearum: *illi canonicè quidem diſtringantur, mulieres verò ab epiſcopis venundentur, & precium ipſum pauperibus eregetur.* Ecce, prohibetur quidem uſus conjugii; ſed longè majore cum ſeveritate in ſubintroductarum conſortia animadvertitur. Quod ipſum anno ſequente, Reccaredi videlicet quincto, in concilio Hiſpalenſi non modò repetitur

Cap. 3. ſed etiam exacuitur in hunc modum: *Inter cætera cognoſcite, à nobis hoc definitum, pro abolendis maculis clericorum, quia quidam epiſcoporum, non obſervantes nuper editum concilij Toletani decretum, minus ſolliciti in ſubjectis exiſtunt, placuit proinde, ut ſi presbyter, diaconi, vel clerici conſortia extranearum fœminarum, vel ancillarum familiaritatem per ſacerdotis ſui admonitionem à ſe minùs removerint, ſeculi judices eaſdem mulieres cum voluntate & permiſſu epiſcopi comprehenſas, in ſuis lucris uſurpent, ut vitium hoc, dum ſacerdos inhibere non prævalet, poteſtas judicialis coërceat, dato tamen ab eiſdem judicibus ſacramento epiſcopo, ut eas clericis nulla arte reſtituant. Quòd ſi reſtituerint, ipſi judices ſententia excommunicationis feriantur. Mulieribus verò illis juxta priores canones à ſacerdote diſtractis, precium earum indigentibus diſpenſetur.* Quamquam cùm Gallicana tum Hiſpanica ſexti hujus ſeculi concilia in cœlibatum prona, videmus tamen ab illis multò vehementiore zelo & gravioribus ſub pœnis con-

nis conſortium extranearum quàm uſum conjugum interdici.

Id quoq; obſervare oportet, ſubdiaconis Hiſpaniæ hactenus uxorum uſum permiſſum fuiſſe; quod agnoſcit & annotat ipſe Baronius. *Non in Sicilia tantùm*, inquit, *ſed & in Hiſpania continentiã ſubdiaconis minimè adhuc imperatam fuiſſe videri poteſt ex canone quincto Toletani concilii hoc anno* (DXXCIX) *habiti, ubi ſacerdotes tantum atq; diaconi ab uxoribus caſtè vivere admonentur.* Ann. 589. num. 48. Decretum itaque Leonis primi, quod ex epiſtolâ ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem ſuprà memoravimus, ab eccleſijs Hiſpaniæ receptum non fuit. Pag. 293. Nec ab omnibus Galliæ, ut ad ſynodum Matiſconenſem ſecundam paullò antè diximus. Ne in Siciliâ quidem Romæ vicinâ locum invenit, ut notat Baronius, quandoquidem poſt exactum ab ætate Leonis integrum ſeculum & ampliùs, ſubdiaconi conjugibus ſuis uſi ut morem Romanæ eccleſiæ admitterent à Pelagio & ejus ſucceſſore Gregorio, qui magnus appellatur, compulſi ſunt. Sic enim ſcribit ipſe Gregorius Leoni Catanenſi epiſcopo. Reg. L. 3. epiſt. 34. *Multorum relatione comperimus hanc ibi dudum conſuetudinem tenuiſſe, ut ſubdiaconi ſuis licitè miſcerentur uxoribus. Quod ne denuò quiſquam præſumeret, à Servodei ſedis noſtræ diacono ex auctoritate noſtri deceſſoris eſt iſto modo prohibitum, ut eodem tempore ij, qui jam uxoribus fuerant copulati, unum è duobus eligerent, id eſt, aut ab uxoribus abſtinerent, aut certè nullà ratione miniſtrare præſumerent. Et quantum dicitur, Speciofus tunc ſubdiaconus hac pro re ab adminiſtrationis ſuſpendit officio; & uſq; in obitus ſui tempus notarij quidem geſſit officium, & à miniſterio, quod ſubdiaconum oportuerat exhibere, ceſſavit. ——De cætero fraternitas tua ſit omnino ſollicita, & quos ad hoc jam officium contigerit promoveri, hoc quàm maximè diligenter inſpiciat, ne, ſi uxores habent, miſcendi ſe cum eis licentia potiantur, ſed ad ſimilitudinem ſedis Apoſtolicæ eos cuncta obſervare ſua nihilominus diſtrictione conſtituat.*

Rigorem tamen illum Pelagij Gregorius ipſe alicubi improbat & caſtigat. Reg. lib. I. epiſt. 42. *Ante triennium*, inquit, *ſubdiaconi omnium eccleſiarum Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ eccleſiæ nullatenus ſuis uxoribus miſcerentur. Quod mihi durum atq; incompetens videtur, ut qui uſum ejusdem continentiæ non invenit, neque caſtitatem antè promiſit, compellatur à ſua uxore ſeparari, atq; per hoc quod abſit, deterius cadat. Unde videtur mihi, ut à præſenti die omnibus epiſcopis dicatur, ut nullum ſubdiaconum facere*

præſumant, niſi qui ſe victurum caſtè promiſerit: quatenus & præterita mala, quæ per propoſitum mentis appetita non ſunt, violenter non exigantur; & futura cautè caveantur. Qui verò poſt eamdem prohibitionem, quæ ante triennium facta eſt, continenter cum ſuis uxoribus vixerint, laudandi atq; remunerandi ſunt, & ut in bono ſuo permaneant, exhortandi. Eos autem, qui poſt prohibitionem factam ſe à ſuis uxoribus continere noluerint, promoveri ad ſacrum ordinem (ſuperiorem ſcilicet; aut quia ſubdiaconatus olim

c. A multis De ætate & qual. & ord. præfic. inter ſacros non habebatur, ut ex Urbano pontifice allegat Innocentius tertius pontifex) *nolumus: quia nullus debet ad miniſterium altaris accedere, niſi cujus caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.* Data eſt hæc Gregorij epiſtola indictione nonâ; quæ ipſo pontifice in annum Chriſti DXCI. incidit. Quando igitur à deceſſore Pelagio prius interdictum fuerit promulgatum, liquet. Liquet etiam ſubdiaconis Romanæ eccleſiæ uſum conjugij pridem ademtum fuiſſe, à Leone, ſine dubio, primo: ſervatum tamen hactenus ut Hiſpanarum ita quoque Siculareum eccleſiarum ſubdiaconis. Pelagium itaque Siculos, ut Romanæ conſuetudini ſe conformarent, impellere voluiſſe rigidiore decreto, quo aut officio aut uxoribus renunciare juſſi erant. Cæterùm id à Gregorio improbari & mitigari, ſubdiaconos, qui uſum matrimonij retineãt, non quidem exauctorante, ſed nec, ut ad ſuperiores gradus conſcẽdant, permittente, & ne in poſterum quiſquam, niſi qui abſtinentiam promiſerit, ſubdiaconus creetur, ſanciente. Ratio autem, quâ ad emendandum deceſſoris ſui decretum Gregorius utitur, generalis eſt, alijs quoq; & pluribus caſibus aptari idonea. *Qui uſum continentiæ non inveuit, neque caſtitatem antè promiſit, à ſua uxore ſeparari & per hoc deterius cadere, durum & incompetens eſt.* Liquet denique vaniſſimè à novatoribus de ordinibus, quos ſacros hodie vocant, affirmari, Quòd jure Apoſtolico cœlibatus ijs ſit annexus; quum poſt tot à temporibus Apoſtolorum exacta ſecula ſubdiaconis Siciliæ, Hiſpaniæ, quin etiam nonnullis Galliæ uſum matrimonij integrum fuiſſe, & quando, quomodo atque à quibus interdictus fuerit, manifeſtò conſtet.

De illicito extranearum conſortio (nam ab hoc, ut diximus, mediæ hujus ætatis veteres latini, etſi à conjugio plerique alieni, ſe-

Reg. lib. 7. epiſt. 110. veriùs tamen, quàm a conjugum commercio clericos prohibent) ita alicubi idem Gregorius: *Cum his, qui in ſacro ſunt ordine conſtituti,*

habi-

habitare mulieres prohibentur. De quibus ne antiquus humani generis inimicus exultet, omnium definiendum conſenſu eſt, ut præter eas, quas ſacri canones complectuntur, alias ſecum mulieres habere non debeant.

Nec præteribimus, vixiſſe hoc ipſo ſexto ſeculo Aratorem, eccleſiæ Romanæ ſubdiaconum, qui hiſtoriam Apoſtolicam verſibus expoſitam Vigilio pontifici obtulerit, ejuſque poſteriore libro comparans invicem ſacerdotes Leviticos conjugatos & ſui temporis cœlibes, ex ſenſu & conſuetudine eccleſiæ, in quâ viveret, ita ſcripſerit:

Eccleſia nunc alma fides ſine fine pudicos
Pontifices jubet eſſe ſuos.

Attigit autem Gregorius ille magnus ſive primus ſeculum ſeptimum. Ejus enim quarto anno defunctus eſt, cui poſt Sabinianum quinquemeſtrem pontificem Bonifacius tertius ſucceſſit. *Hic obtinuit apud Phocam principem, ut ſedes apoſtolica beati Petri apoſtoli caput eſſet omnium eccleſiarum, id eſt, eccleſia Romana, quia eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium eccleſiarum ſcribebat.* Ita Anaſtaſius bibliothecarius pontificius; *In Bonif. 3.* & hoc antiquior Paulus Diaconus, *Phocas*, ait, *Imperator, rogante papa Bonifacio, ſtatuit ſedem Romanæ & Apoſtolicæ eccleſiæ primam eſſe, quum prius Conſtantinopolitana ſe primam omnium ſcriberet.* *L. 4. de geſt. Longob.* Repetunt in eundem ſenſum & totidem propemodum verbis ſuis Chronicis Ado Viennenſis, Regino Prumienſis, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacenſis, Otho Friſingenſis, Gobelinus Perſona; item Blondus, Platina, Sabellicus, alii. Nempe epiſcopi ex urbibus, quibus præſidebant, æſtimari conſueverant. Roma itaque, quòd imperij potiſſimam orbis habitati partem complexi caput eſſet, epiſcopo ſuo ſummam dignitatem conciliabat, præſertim quamdiu in urbe Imperatores ſedem habebant. Eorum enim præſentia, ut fieri amat, ex omnibus nationibus totoque orbe ut alios multos, ita quoque Chriſtianos attrahebat. Irenæus itaque ſive potius latinus Irenæi interpres, *Ad hanc*, inquit, *L. 3. Cap. 3.* *eccleſiam propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt undique fideles.* Hinc primatus eccleſiæ Romanæ. At poſtquam ſede imperij Conſtantinopolin translata nullus Romæ ampliùs eſſet imperator, ipsâ à barbaris aliquoties captâ & oppreſſâ, quin & exarchi ab Imperatoribus miſſi non Romæ ſed Ravennæ commorarentur; hinc Romanæ eccleſiæ

Con-

Conſtantinopolitana præeminentiam controverſiam facere,& primatum ſibi, cujus urbs imperatori domicilium præberet gloriâq; & potentiâ præcelleret,vindicare. Nam, ut diximus, à dignitate urbium dignitatem epiſcoporum pendére, & ſi illam imperatores immutaſſent, hanc quoq; immutari contendebat. Quam rem tangunt Chalcedonenſis ſynodi canones XII. & XVII; & diſertiſſimè Trullani patres canone XXXIX: Τὸν ἐκ τῶν πατέρων ἡμῶν τεθέντα κανόνα καὶ ὑμεῖς παραφυλάττωμεν, τὸν οὕτω διαγορεύοντα, Εἴ τις ἐκ βασιλικῆς ἐξουσίας ἐκαινίσθη πόλις, ἢ αὖθις καινισθείη, τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἡ τάξις ἀκολουθείτω. *Canonem, qui à Patribus factus eſt, nos quoq; obſervamus, qui ſic edicit: Si quæ civitas à regia poteſtate innovata eſt vel innovabitur, civilem ac publicam formam eccleſiaſticarum*

Enneade 8, lib. 6. *quoq; rerum ordo conſequatur.* Sabellicus itaque rem in hunc modum exponit: *Bonifacius tertius egit ab initio ſuæ adminiſtrationis cum Phoca, ut Romana eccleſia eſſet omnium aliarum caput: eſtq; id ægrè, nec ſine multa contentione Apoſtolicæ ſedi datum. Græci id ad ſe decus trahentes ibi Chriſtianæ pietatis arcem eſſe oportere ajebant, ubi & imperij.* Quare dubium non eſt, quin tantum habeat Romanus pontificius primatus de jure divino, quantum cœlibatus habet de jure Apoſtolico. Sed hæc in transcurſu.

Haut longè ab initio ſeptimi ſeculi habitum eſt in Galliâ concilium Antiſiodorenſe, temporibus pontificis Deus dedit, ut eſt in tomis conciliorum. Ejus capitulum XXI. hoc eſt: *Non licet presbytero in uno lecto poſt acceptam benedictionem cum presbytera ſua dormire, nec in peccato carnali miſceri, nec diacono, nec ſubdiacono.* XXII. *Non licet relicta presbyteri, nec relictæ diaconi nec ſubdiaconi poſt ejus mortem maritum accipere.* Habitum eſt etiam poſteà, regnante Clodoveo ſecundo, Cabilonenſe, quod de extraneis ita loquitur: *Licet jam prioribus ca-*

Cap. 3. *nonibus fuerit ſtatutum, placuit tamen renovare, ut ſi quis epiſcopus, presbyter aut diaconus, vel quicumq; ex ſacerdotali catalogo, præter perſonas quæ in ipſis canonibus continentur, cum qualicumq; extranea muliere familiaritatem habere præſumſerit, quæ dedecoris vel adulterij poſſit adferre ſuſpitionem, juxta ſtatuta canonum ab ordine regradetur.*

Hiſpania autem hoc ſeptimo ſeculo conciliorum ferax fuit, & præcipuè Toletum civitas, cujus octodecim concilia, quorum memoria hodiè exſtet, numerantur. Ex octavo, quod habitum eſt anno regis Receſwindi quincto, Chriſti DCLIII, apparet ſinceram

ram abſtinentiam à clero matrimoniis orbato extorqueri non potuiſſe, ſed ad vagas libidines & ſubintroductarum commercium ipſos quoque epiſcopos delapſos eſſe. *Quartæ congreſſionis* ſive actio- *cap.4.* *nis eventu*, ajunt illi Patres, numero quinquaginta duo, *obvius ſeſe nobis intulit pontificalis culminis lapſus, quem antè flere, quàm diſponere compulſi ex ordine ſumus.—Si deinceps epiſcopi detecti fuerint exſecrabilibus flagitiis cum quibuslibet fœminis polluti, ac familiari peculiaritate verſari, noverint ſe irrevocabili ſententiâ Patrum ulciſci, id eſt, & loci & ordinis dignitate privari.* Porrò: *Quintæ actionis impulſu pervenit ad totius con-* *cap.5.* *cilii ſacrum auditum, quoſdam ſacerdotes & miniſtros, obliviſcentes majorum ac veterum conſtitutorum, aut uxorum, aut quarumcunque fœminarum immunda ſocietate, & exſecrabili contagione turpari, & peſſimâ cordis obſtinatione, tam ſacris literis, quàm patrum regulis obviantes, nec levi quidem reſpiramine contemplantes, quod ſcriptum eſt, Sancti eſtote, quo-* *Levit.19,2.* *niam & ego ſanctus ſum, dicit Dominus; & illud Apoſtolicum, Mortificate* *Coloſ.3,5.* *membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, id eſt, fornicationem & immunditiem, concupiſcentiam malam & avaritiam. Quibus quantò eſt pertinacitèr eos in malis, tantò auſterioribus convenit obviare decretis. Propter quod flagitiis detectis, ſpecialiter hoc à ſancto concilio definitur, ut omnes epiſcopi idipſum in ſuis quærere ſollicitè curent. Et quum hoc veriſſimè reperire potuerint, omnes placitâ cautione taliter diſtringant, ut numquam ulterius tam abominanda committant. Mulieres verò, ſeu liberæ ſint, ſeu ancillæ, hac illis turpitudine ſociatæ, ita omnimodè ſeparentur, aut certè vendantur, ut ulteriùs ad conſocios ſui criminis revertendi omnem habeant aditum denegatum. Illi verò, ſi omninò coërceri nequiverint, usque ad exitum vitæ ſuæ monaſteriis deputati, diſciplinis monaſticis maneant omninò ſubjecti.*

Tantæ molis erat univerſo Hiſpaniæ ſacro clero cœlibatum imponere, tantæ opus ſeveritatis; irritæ tamen, & propterea poſt biennium in nono concilio Toletano, anno ſeptimo Receſvvindi regis, non modò repetitæ, ſed etiam adauctæ. Sic enim habet capitulum ejus decimum: *Quum multæ ſuper incontinentiâ ordinis clericorum hactenus emanaverint ſententiæ patrum, & nullatenus ipſorum reformari quiverit correctio morum; usq; adeo ſententiam judicantium protraxere commiſſa culparum, ut non tantùm ferretur ultio in auctores ſcelerum, verum & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet, ab epiſcopo usque ad ſubdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ deteſtando*

connubio, in honore conſtituti filios procrearint; illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonicâ cenſurâ damnentur: proles autem tali pollutione nata, non ſolum hæreditatem parentum nunquam accipiet, ſed etiam in ſervitutem ejus eccleſiæ, de cujus ſacerdotis vel miniſtri ignominiâ nati ſunt, jure perenni manebunt.

Quin Potamius metropolitanus Bracarenſis, qui octavo Toletano interfuerat, & inter primos rigidis ejus decretis ſubſcripſerat, in decimo Toletano, quod octavo Receſvvindi anno habitum fuit, culpam ſuâ ſponte confeſſus eſt per epiſtolium, *quo reſerato*, ajunt Patres, *quid obliterandæ paginæ & abolendæ literarum panderent elementa, fletibus potiùs quàm ſermonibus lacrymoſa concio recenſuit.— Tunc per fidelem confeſſionem ejus agnito, quòd tactu fœmineo ſorduiſſet, & declarato, licet hunc paterna antiquitas ſacris regulis dejicere ab honore decernat, nos tamen miſerationis jura ſervantes, non abſtulimus nomen honoris, quod ipſe ſibi ſui criminis confeſſione jam tulerat: ſed validâ auctoritate decrevimus, perpetuæ pœnitentiæ hunc inſervire officiis & ærumnis.— Tunc venerabilem Fructuoſum, eccleſiæ Dulmenſis epiſcopum, communi omniũ noſtrum electione conſtituimus eccleſiæ Bracarenſis gubernacula continere, ita ut omnem metropolin provinciæ Galliciæ, cunctosq́ epiſcopos populosq́ conventus ipſius, omniumq́ curam animarum Bracarenſis eccleſiæ gubernandam ſuſcipiat.*

Ejusmodi ſanè exempla Romanos pontifices & patres latinos commonefaciebant & diſertè invitabant, ut de rigidis ſuis decretis aliquid remitterent, & remedium incontinentiæ divinitùs inſtitutum, ſanctum videlicet conjugium, hominibus cætera ad ſacrum miniſterium idoneis, ſed ſine illo remedio continenter degere non valentibus, permitterent. Qualia ſatis atrocia vix umquam in poſterum defuerunt. Indicio ſit Toletanum undecimum, quarto regis Wambani, Chriſti DCLXXV. anno habitum, quod inter

cap. 5. cætera ita loquitur: *Si quis epiſcoporum magnatis cujusquam uxorem, filiam, neptem, ſeu quolibet illi gradu altero pertinentem, quacumque fraude vel ſubtilitate, adulterinâ pollutione fœdaverit, & honoris proprii gradum amittat, & ſub exilii relegatione perpetuam excommunicationis ſententiam perferat.* Idem concilium, ut fortiùs ſtringat & quoquo modo ad abſtinentiam impellat, diſertam & peculiarem promiſſionem ab or-

cap. 10. dinandis edi præcipit. *Quamquam omnes, ait, qui ſacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adſtricti; expedibile tamen eſt, ut promiſſio-*

mi[illegible] ſuæ vota ſub cautione ſpondeant, quos ad promotionis gradus eccle-ſiaſticæ probat diſciplina. Solet enim plus timeri, quod ſingulariter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur.

Bracarenſe quoque concilium tertium hoc ipſo, quem paullò ante indicavimus, anno celebratum, legem de familiaritate & cohabitatione ſubintroductarum arctiùs ſtringit, quàm antehac umquam factum. *Quamquam, ait, antiqua canonum inſtitutio de hujuſmodi* cap. 4. *præſumtione abſolutas & multiplices diſciplinas atq; inſtitutiones indiderat, nos tamen brevitatis cauſsâ omnem fornicandi occaſionem cupientes auferre, id omnimodè ſancimus auctoritate tenendum, ut nullus ſacerdotum ſive quiſque ille de clero, abſque honeſto & competente teſtimonio, exceptâ ſolâ matre, cum quibuslibet feminis ſecretè ſe præſumat adjungere. Et non ſolùm cum extraneis mulieribus, ſed nec cum ipſis etiam ſororibus vel propinquis; ne licentia ſororum vel propinquarum mulierum ſolutus, familiarior habeatur ad perpetrandum ſcelus.* Hîc etiam converſatio cum ſororibus & propinquis aliàs conceſſa, interdicitur. Cui rei dira ſine dubio exempla occaſionem præbuere.

Videmus igitur ex ſanctionibus toties repetitis, inculcatis, [illegible]atis, quàm difficile fuerit, imò impoſſibile, ſublato legitimi conjugii uſu ad veram caſtitatem & abſtinentiam clerum adigere. Alii enim conjugio ſpoliati ad vagas & nefarias libidines ſunt prolapſi. Alii meliùs conſulti uxores ſuas abdicare noluerunt, rati leges ejuſmodi ab iis ferri, quibus talium ferendarum nulla eſſet poteſtas, nec humanâ auctoritate ſeparari poſſe vel debere, quos ſemel divina conjunxiſſet. Se itaq; legibus, quas deſtituti auctoritate obtr[illegible]ent, nec utilitas aliqua commendaret, quin noxa & dedecu[illegible]am conſequerentur, non teneri. Id arguunt decreta toties repetita. Cæterùm, ajunt Pontificii, plus tribuendum eſt patribus & epiſcopis, qui tot in conciliis decreta ſanxerunt, quàm reli[illegible]o, obſequium præſtare renuenti. Hic quidem legem inutilem, noxiam, impoſſibilem eſſe credidit: at illi contrà utilem, bonam, poſſibilem. Reſpondeo, Patres in iis quæ ordinem & decorum ſpectant, à ſcopo interdum aberrare, nihil eſt abſurdi; ut videlicet ad decus & emolumentum eccleſiæ facere credant, quòd p[illegible] contrarios effectus ſortiri experientia comprobet: Patres p[illegible] particularis alicujus eccleſiæ, ſicut hîc latinæ. Hæ enim [illegible] imponendi ſacro clero abſolutam abſtinentiã & conſti-

tutiones eò facientes non ſunt niſi latinorum in Italiâ, Galliâ & Hiſpaniâ; quas univerſa eccleſia græca ſive orientalis, latinâ ſive occidentali amplior, diſertè improbavit & rejecit, ut nunc patebit.

Elapſo circiter decennio poſt habitam ſub Conſtantino Pogonato Conſtantinopoli in Trullo, qui Cæſarei palatii locus quidam erat, œcumenicam ſynodum ſextam, Conſtantinopolitanam verò tertiam, atque adeo ante ſeptimi ſeculi finem plùs minùs decennio, à Juſtiniano, Conſtantini filio; qui poſteà à reciſo naſo ῥινότμητος dictus eſt, eodem loci Patres redire juſſi ſunt. Convenerunt itaque Paulus Conſtantinopolitanus, Petrus Alexandrinus, Anaſtaſius Jeroſolymitanus, Georgius Antiochenus patriarchæ, & reliqui ἐκ πάσης ἐπαρχίας καὶ χώρας epiſcopi, numero ducenti viginti ſeptem. Ita enim habet ſubſcriptio. Quare convocati fuerint, & quid egerint, ipſi in præloquio ad Imperatorem teſtantur. *Quandoquidem ſanctæ & œcumenicæ ſynodi in hac regiâ & divinitùs cuſtoditâ urbe congregatæ, una quidem temporibus Iuſtiniani divinæ recordationis, altera verò ſub piæ memoriæ imperatore noſtro Conſtantino, tuæ manſuetudinis parente myſterio fidei paternè declarato, ſacros canones, quemadmodum aliæ quatuor œcumenicæ ſynodi, non conſcripſerunt, per quos populi à deteriore & abjectiore vivendi ratione avocarentur, & ad meliorem ac ſublimiorem traducerentur,* — τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ θεόλεκτον οἰκουμενικὴν συναθροισθεῖσαν σύνοδον ὥρισας, *hanc ſanctam & divinitùs electam univerſalem ſynodum congregari decreviſti, ut à te multorum ſimul conſenſu & concordiâ, in quod magno ſtudio incumbis, rectè perficiatur.* — Ἐπὶ τούτῳ τοίνυν κατὰ κέλευσιν τῆς σῆς εὐσεβείας συνελθόντες κατὰ ταύτην τὴν θεοφύλακτον καὶ βασιλίδα πόλιν, κανόνας ἱεροὺς ἀνεγράψαμεν. διὸ τῆς σῆς εὐσεβείας δεόμεθα, τοὺς τῶν πρὶν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει ἐπὶ τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένου ἡμῶν βασιλέως συναθροισθέντων πατέρων φωνάς σοι προσάγοντες, ἵνα ὥσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τῶν δοξάντων δι' εὐσεβῶν κεραιῶν ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. *Eam igitur ob rem, quum tuæ pietatis juſſu in hanc Dei præſidio munitam regiamq; urbem convenerimus, ſacros canones conſcripſimus. Quapropter tuam pietatem obſecramus, Patrum prius in hac divinitùs protectâ civitate ſub bonæ memoriæ olim imperatore noſtro congregatorum voces tibi afferentes, ut quemadmodum literis convocationis eccleſiam honoraſti, ita & eorum, quæ decreta ſunt, per pios apices obſignes confirmesq; finem.* Hæc adducere voluimus,

Item, ne quis cavilletur, ſuppoſitos eſſe ſextæ ſynodo canones, quum alias conſtet nullos edidiſſe. Patres enim ipſi qui ſint, & quomodo ac quando convenerint, disertè profeſſi, non ſub Conſtantino Pogonato quando habita fuit ſynodus ſexta, ſed ſub ejus filio Juſtiniano, ut canones, quos nec ſexta nec quinta ullos edidiſſet, conficerent, ſe conveniſſe apertiſſimis verbis teſtantur. Quinta quidem XIV. anathematiſmos promulgavit, qui ad fidem ejusque myſteria ſpectant: hîc autem de canonibus ad mores, ritus & diſciplinam facientibus agitur, quales cum quintam tum ſextam ediſſe negant. Hinc nonnulli πενθέκτην, quaſi quiniſextam dicas, appellarunt. Theodorus Balſamo ad præfationem modò à nobis productam, γέγονεν, inquit, αὕτη ἡ σύνοδος εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν δύο· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ οὐδὲ ἕκτη κυρίως κατονομάζεται, ἀλλὰ πενθέκτη, ἀντιπλήρωσις γὰρ τὸ ὑστέρημα τῆς τε πέμπτης καὶ τῆς ἕκτης συνόδου. *Facta eſt hæc ſynodus in ſupplementum duarum: propterea enim neque ſexta propriè nominatur, ſed quiniſexta, nam quod quintæ & ſextæ ſynodis deerat, ſupplevit.* Quin ex poſtremis præloquii verbis veroſimile fit, in ipsâ ſynodo ſextâ de canonibus edendis deliberatum fuiſſe & materiam preparatam, rem tamen ob cauſſas, neſcio quas, ad exitum perduci nō potuiſſe. Ajunt enim hi Quiniſextæ patres, ſe patrum priùs Conſtantinopoli ſub ſuo bonæ memoriæ imperatore congregatorum voces adferre. Quid igitur adferant, nunc videamus.

Primo autem loco producimus canonem duodecimum, quo de epiſcopis agitur: Verba ſunt: Καὶ τοῦτο δὲ εἰς γνῶσιν ἡμετέραν ἦλθεν, ὡς ἔν τε τῇ ἀφρικῇ καὶ λιβύῃ καὶ ἑτέροις τόποις οἱ τῶν ἐκεῖσε θεοφιλέστατοι προέδρων τινὲς συνοικεῖν ταῖς ἰδίαις γαμεταῖς, καὶ μετὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς προελθοῦσαν χειροτονίαν, οὐ παραιτοῦνται, πρόσκομμα τοῖς ἄλλοις τιθέντες καὶ σκάνδαλον. πολλῆς οὖν ἡμῖν σπουδῆς οὔσης, τοῦ πάντα πρὸς ὠφέλειαν τῶν ὑπὸ χεῖρα ποιμνίων διαπράττεσθαι, ἔδοξεν, ὥστε μηδαμῶς τὸ τοιοῦτον ἀπὸ τοῦ νῦν γίνεσθαι. τοῦτο δὲ φαμὲν, οὐκ ἐπ' ἀθετήσει ἢ ἀνατροπῇ τῶν ἀποστολικῶς νενομοθετημένων, ἀλλὰ τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον προκοπῆς, τῶν λαῶν προμηθούμενοι, καὶ τὸ μὴ δοῦναι μῶμόν τινα κατὰ τῆς ἱερατικῆς καταστάσεως. φησὶ γὰρ ὁ θεῖος ἀπόστολος· πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε, ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ ἰουδαίοις καὶ ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ. καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. εἰ δέ τις φωραθείη τὸ τοιοῦτον ποιῶν, καθαιρείσθω. *Ad noſtram cognitionem hoc quoque pervenit,*

quòd in Africâ & Lybiâ aliisq́, locis, quidam ex iis, qui ibi ſunt, Dei amantiſſimi præſules propriis ſuis uxoribus cohabitare, etiam ex quo ordinati fuerint, nihil penſi habent, aliis hoc ipſo offendiculum & ſcandalum præbentes. Quum itaq́, ſtudium noſtrum in eo maximè occupetur, ut omnia ad utilitatem gregis, qui ſub manibus eſt, peragantur, viſum eſt, ne quicquam tale deinceps ullo modo fiat. Hoc autem dicimus non ad abolenda & evertenda ea, quæ Apoſtolicè conſtituta ſunt, ſed populi ſaluti & in melius profectui conſulentes, & ne vituperio exponatur ſacerdotalis ordo. Dicit enim divinus Apoſtolus:
1.Cor.10, 31. *Omnia ad gloriam Dei facite. Eſtote ſine offendiculo & Iudæis & Græcis, & eccleſiæ Dei: ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens meam ipſius utilitatem, ſed multorum, ut ſalvi fiant. Si quis autem deprehenſus fuerit tale quid agere, deponatur.*

Eodem facit canon quadrageſimus octavus, & quomodo uxorem procul amovêri oporteat, præſcribit: Ἡ τοῦ πρὸς ἐπισκοπῆς προεδρείαν ἀναγομένου γυνὴ κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς προδιαζευχθεῖσα, μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν, ἐν μοναστηρίῳ εἰσίτω πόρρω τῆς τοῦ ἐπισκόπου καταγωγῆς ᾠκοδομημένῳ, καὶ τῆς ἐκ τοῦ ἐπισκόπου προνοίας ἀπολαυέτω. εἰ δὲ καὶ ἀξία φανείη, καὶ πρὸς τὸ τῆς διακονίας ἀναβιβαζέσθω ἀξίωμα. *Vxor ejus qui ad epiſcopalem dignitatem promotus eſt, communi ſui viri conſenſu prius ſeparata, poſtquam in epiſcopum ordinatus eſt ac conſecratus, monaſterium ingreditor, procul ab epiſcopi habitatione exſtructum, & epiſcopi providentiâ fruitor. Sin autem digna viſa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem provehitor.*

Jampridem de epiſcopis diximus, obtinuiſſe non ipſis quidem primis, ſed ſubſequutis eccleſiæ ſeculis invulgatum quemdam morem, ut vix niſi cœlibes vel abſtinentes admitterentur. Hîc nunc etiam legem videmus; de quâ Johannes Zonaras ad canonem quinctum Apoſtolicum, ut vocari ſolent: Μέμνηται ὁ κανὼν καὶ ἐπισκόπων ἐχόντων γυναῖκας, ὅτι τότε ἀκώλυτον εἶχον καὶ οἱ ἐπίσκοποι τὴν πρὸς γυναῖκας νόμιμον συζυγίαν· ἡ γὰρ ἐν τῷ τρούλλῳ σύνοδος, ἡ λεγομένη ἕκτη, τοῦτο ἐκώλυσεν, ἐν δωδεκάτῳ αὐτῆς κανόνι. *Meminit canon,* Apoſtolicus videlicet quinctus, *etiam epiſcoporum uxores habentium, quia tunc epiſcopis quoque libera erat legitima cum uxoribus conjunctio: ſynodus enim in Trullo, quæ ſexta dicitur, canone ſuo duodecimo id prohibuit.* Theodorus item Balſamo ad eumdem Apoſtolorum canonem: *Ante ſextam ſynodum, quæ fuit in Trullo palatii, licebat epiſcopis habere uxores, etiam poſt dignitatem epiſcopalem, quemadmodum & qui poſt matrimonium*

nium ordinantur ſacerdotes & diaconi. Et ad canonem quartum Carthaginienſium collectorum: *Dicet quiſpiam, quòd etiam qui ſunt apud nos epiſcopi, uxores non habent. Sed hoc conſtitutum eſt à Patribus ſexta, quæ dicitur, ſynodi, dicentibus in duodecimo canone; Non repugnantes iis, quæ ab Apoſtolis conſtituta ſunt, ſed ſalutis populorum & profectus ad meliora cupidi.* Sanè agnoſcunt hi Patres Apoſtolicam doctrinam, *Oportet epiſcopum unius uxoris eſſe virum*; nec audent rejicere, niſi quod ſibi perſuadent, ex uſu & decoro fore, ſi epiſcopi ſtrictè ita dicti (nam Apoſtolum loqui de epiſcopis, qui ſuo ambitu presbyteros includant, alibi oſtendimus) cœlibes ſint & licitis quoque voluptatibus abſtineant. Fuit hoc conſilium humanæ cujusdam prudentiæ, quâ ſine dubio eccleſia citra ſuum detrimentum carere potuiſſet. Et conjugia epiſcoporum aliquibus in locis hactenus integra perſeveraſſe ex ipſis canonis verbis manifeſtum eſt. Interim, quum epiſcopi ſtrictioris iſtius ſignificationis & excelſioris dignitatis pauci ſint, ſinguli videlicet in ſingulis civitatibus vel provinciis, & plerumque ætate provectâ epiſcopatum capeſſant, legem de ipſorum cœlibatu non poſſe eccleſiæ multùm incommodare, pridem conceſſimus.

Et quidem hac Trullanâ lege epiſcopis orientalibus uſum conjugii primitùs ademtum eſſe, ſi de eccleſiaſticâ lege agatur, fortè verum fuerit. Aliàs ſeſquiſeculo antiquior eſt Novella Juſtiniani imperatoris, qui indemnitati rerum eccleſiaſticarum conſultum cupiens, epiſcopum cùm uxore tum liberis penitus carere voluit. *Sancimus*, ait, *quoties opus fuerit epiſcopum ordinari, clericos & primates civitatis, cujus futurus eſt epiſcopus, mox in tribus perſonis*, quas videlicet idoneas illi cenſeant, *decreta facere, propoſitis eis ſacroſanctis evangeliis periculo ſuarum animarum dicentes in ipſis decretis, Quia neq; propter aliquam donationem, neque propter aliquam promiſſionem, aut amicitiam, aut aliam quamlibet cauſſam, ſed ſcientes eos rectæ & catholicæ fidei & honeſtæ eſſe vitæ, & literas noſſe, hos elegerunt; & quia neque uxorem, neque filios aliquis eorum habent, neq; concubinam aut filios naturales cognoſcunt eos habuiſſe aut habere: ſed & ſi priùs uxorem aliquis ex eis habuit, ipſam & unam, & primam, & neque viduam, neque viro conjunctam, neq; legibus aut ſacris conſtitutionibus interdictam.* Neque ignoravit hanc Novellam Balſamo, ſed dicit *eam exoleviſſe*. Quamdiu vim & vigorem obtinuerit, haut equidem ſcio. Quum recens eſſet, rationem ejus in ordi-

Novel. 123. cap. 1.

ad cap. 48. ſyn. 6.

ordinando epiſcopo Syracuſano habere voluit Pelagius pontifex,
ejus nominis, ut puto, primus: ſed cedere & ſententiam mutare coa-
ctus epiſcopum uxoratum liberoſque habentem admiſit, & indem-
nitati bonorum eccleſiæ aliâ ratione cavit, quæ ex ipſius reſcripto,
diſt.18.c.13. quod ſubjicimus, intelligetur. *De Syracuſanæ urbis antiſtite opta-
veramus in ipſo initio, gloriæ veſtræ deſideriis obedire, niſi nos multiplex ra-
tio ipſius non paucis temporibus ordinationem differre ſacerdotii coëgiſſet,
ob hoc, quòd vel perſonæ qualitas (ſicut & vos meliùs noſtis) vel ſuperſtes u-
xor, aut filii (per quos eccleſiaſtica ſolet periclitari ſubſtantia) noſtros ani-
mos diutiùs ab ejus ordinatione ſuſpenderent. Et quantum ad cautelam hu-
manam pertinet, integro penè anno diſtulimus, opinantes, quòd in melius
Syracuſanorum provenire poſſet electio. Sed quia in voluntatis ſuæ propoſito
irrevocabiliter perſtiterunt, & nullus eſt alius in eadem repertus eccleſiâ, niſi
longioribus adhuc temporum differretur ſpaciis: nec paullò ampliùs inſani-
rent (ſicut filii noſtri magnifici viri prætoris teſtificatione didicimus) inter
hujuſmodi ambiguitates, illud conſultius judicavimus faciendum, ut congruâ
providentiâ cauſſam, propter quam principalis conſtitutio habentem filios &
uxorem, ad epiſcopatus ordinem promoveri prohibet, ſalvâ diſpoſitione con-
ſilii, muniremus. Quâ de re ſummo ſtudio ab eodem Syracuſanæ urbis epiſco-
po, priuſquam à nobis contingeret ordinari, hujuſmodi exegimus cautionem,
per quam & ſuam fateretur, quantula eſſet, præſentis temporis habitâ rerum
deſcriptione, ſubſtantiam, & nihil umquam per ſe, aut per filios, & uxorem,
ſive quamlibet propinquam aut domeſticam, vel extraneam fortè perſonam
de rebus uſurparet eccleſiæ, & univerſa ſui epiſcopatus quæſita tempore, ec-
cleſiæ ſuæ dominio ſociaret: nihil ultra id, quod modò ſcriptum eſt, filiis ſuis
vel heredibus relicturus.* Poſteà Juſtiniani novella per aliam Leonis
philoſophi, non citra acrem reprehenſionem, rejecta & abolita eſt.
Nov.2. *Mirari ſubit quomodo non veriti nonnulli ſint, ſacras divinaſq; leges, tam-
quam illæ abſolutæ non eſſent, promulgatis aliis legibus abrogare. Etenim
quum ſacri canones quibus locis de epiſcoporum creatione præſcribunt, ſta-
tuant, eum qui ex legitimo matrimonio liberos habeat, ſi modò in reliquâ vi-
tæ ratione nihil impedimenti ſit, ad primarium ſacerdotium promoveri poſſe;
hi in contrarium ſtatuentes ajunt, ut ii qui liberos habent, tametſi legitimi
conjugii munus ſint, ad epiſcopalem dignitatem evadant, ſuo impedimento
non vacare. Quod ideo fortaſſe in animum induxerunt, quod iſtius modi affe-
ctione quadam erga liberos (quid enim quis aliud dicat?) ſacras facultates
oblæſurus videatur. Verùm non rectè ſeſe illa ratio habet. Sic namq; nec fra-*

tribus

tribus aliisve cognatis ſuperſtitibus acceſſum quiſquam ad epiſcopatum haberet: ſiquidem & ad hos ſanguinis propinquitatisq; affectio reſpicit. Quin & hoc pravidentes divini canones, fecerunt epiſcopis poteſtatem, ut ſi ipſis pauperes cognati eſſent, illorum inopiam ex ſacris facultatibus ſublevarent. Noſtra igitur Imperatoria, quæ ex Deo eſt, majeſtas, ſi mandatis divinis inſiſtatur, id longe convenientius fore animadvertens, conſonam illis profert legem: ut, quemadmodum ipſis videtur ad primarium ſacerdotium promoveri poſſe, qui illo honore alioqui dignus ſit, tametſi liberi ipſi, lege tamen honorati, ſint; id ita liceat. Sed hæc mittamus, & ad Patres Quiniſextæ ſynodi Trullanos redeamus.

Sanciunt illi canone ſuo ſexto, ut qui clericus uxore carere nolit, eam priùs, quàm hypodiaconi, diaconi vel presbyteri ordinibus initietur, ducat. Poſt initiationem enim ducere ne quidem tempore Nicænæ ſynodi licuiſſe, pridem vidimus. Verba ſunt: Ἐπειδὴ παρὰ τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσιν εἴρηται τῶν εἰς κλῆρον προαγομένων ἀγάμων, μόνους ἀναγνώστας καὶ ψάλτας γαμεῖν, καὶ ἡμεῖς τοῦτο παραφυλάττοντες, ὁρίζομεν, ἀπὸ τοῦ νῦν μηδαμῶς ὑποδιάκονον ἢ διάκονον ἢ πρεσβύτερον, μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ προερχομένην χειροτονίαν, ἔχειν ἄδειαν, γαμικὸν ἑαυτῷ συνιστᾶν συνοικέσιον. εἰ δὲ τοῦτο τολμήσοι ποιῆσαι, καθαιρείσθω. εἰ δὲ βούλοιτό τις τῶν εἰς κλῆρον προερχομένων, γάμου νόμῳ συνάπτεσθαι γυναικὶ, πρὸ τῆς τοῦ ὑποδιακόνου ἢ διακόνου ἢ πρεσβυτέρου χειροτονίας, τοῦτο πραττέτω. *Quoniam in Apoſtolicis canonibus dictum eſt, eorum qui non ductâ uxore in clerum promoventur, ſolos lectores & cantores uxorem poſſe ducere; & jam nos hoc ſervantes decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiacono, vel diacono, vel presbytero poſt ſui ordinationem conjugium contrahere liceat. Si autem hoc facere auſus fuerit, deponatur. Si quis autem eorum qui in clerum accedunt, velit lege matrimonii mulieri conjungi, antequam hypodiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, hoc faciat.*

Decimo autem tertio canone Romanas de cœlibatu & perpetuâ ſacrorum clericorum abſtinentiâ leges directâ fronte aggreſſi, quæ hactenus à latinis nonnullis toties ſancita & repetita audivimus, ſonorâ voce damnant & explodunt. Ἐπειδὴ ἐν τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν, τοὺς μέλλοντας διακόνου ἢ πρεσβυτέρου χειροτονίας ἀξιοῦσθαι, καθομολογεῖν ὡς οὐκέτι ταῖς αὐτῶν συνάπτονται γαμεταῖς· ἡμεῖς τῷ ἀρχαίῳ ἐξακολουθοῦντες κανόνι τῆς ἀποστολικῆς ἀκριβείας καὶ τάξεως, τὰ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν κατὰ νόμους συνοικέσια, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐρρῶσθαι βουλόμεθα, μηδαμῶς αὐτῶν τὴν πρὸς γαμετὰς

συνάφειαν διαλύοντες, ἢ ἀποστεροῦντες αὐτοὺς τῆς πρὸς ἀλλήλους κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ὁμιλίας· ὥς τε, εἴ τις ἄξιος εὑρεθείη πρὸς χειροτονίαν ὑποδιακόνου ἢ διακόνου ἢ πρεσβυτέρου, οὗτος μηδαμῶς κωλυέσθω ἐπὶ τοιοῦτον βαθμὸν ἐμβιβάζεσθαι, γαμετῇ συνοικῶν νομίμῳ, μήτε μὴν ἐν τῷ τῆς χειροτονίας καιρῷ ἀπαιτείσθω ὁμολογεῖν, ὡς ἀποστήσεται τῆς νομίμου πρὸς τὴν οἰκείαν γαμετὴν ὁμιλίας· ἵνα μὴ ἐντεῦθεν τὸν ἐκ Θεοῦ νομοθετηθέντα καὶ εὐλογηθέντα τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ, γάμον καθυβρίζειν ἐκβιασθῶμεν, τῆς τοῦ εὐαγγελίου φωνῆς βοώσης· ἃ ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· καὶ τοῦ ἀποστόλου διδάσκοντος, τίμιον τὸν γάμον καὶ τὴν κοίτην ἀμίαντον, καὶ, δέδεσαι γυναικί, μὴ ζήτει λύσιν. ἴσμεν δὲ ὥσπερ καὶ οἱ ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντες τῆς ἐν βίῳ σεμνότητος τῶν λειτουργῶν τιθέμενοι πρόνοιαν, ἔφασαν, ὥς τε τοὺς ὑποδιακόνους, τοὺς τὰ ἱερὰ μυστήρια ψηλαφῶντας, καὶ τοὺς διακόνους καὶ πρεσβυτέρους κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, καὶ ἐκ τῶν συμβίων ἐγκρατεύεσθαι, ἵνα καὶ τὸ διὰ τῶν ἀποστόλων παραδοθὲν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχαιότητος κρατηθὲν, ὁμοίως φυλάξωμεν, καιρὸν ἐπὶ παντὸς ἐπιστάμενοι πράγματος, καὶ μάλιστα νηστείας καὶ προσευχῆς. χρὴ γὰρ τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας, ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν ἁγίων μεταχειρήσεως ἐγκρατεῖς εἶναι ἐν πᾶσιν, ὅπως δυνηθῶσιν, ὃ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἁπλῶς αἰτοῦσιν, ἐπιτυχεῖν. εἴ τις οὖν τολμήσοι παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας κινούμενος τινας τῶν ἱερωμένων, πρεσβυτέρων φαμὲν ἢ διακόνων, ἀποστερεῖν τῆς πρὸς τὴν νόμιμον γυναῖκα συναφείας τε καὶ κοινωνίας, καθαιρείσθω. ὡσαύτως καὶ, εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλει, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω. *Quoniam reſcivimus in Romanâ eccleſiâ loco canonis traditum eſſe, ut quicumque ordinationem diaconi vel presbyteri adepturi ſunt, profiteantur, ſe deinceps cum ſuis ipſorum uxoribus non congreſſuros; nos antiquum Apoſtolicæ exactæ conſtitutionis canonem ſequuti, virorum, qui in ſacris ſunt, legitima conjugia etiam in poſterum valere volumus, nullo modo eorum cum uxoribus copulam diſſolventes, aut eas mutuâ conſuetudine, quæ congruo tempore fiat, privantes. Quamobrem qui hypodiaconi, vel diaconi, vel presbyteri ordine dignus compertus fuerit, ne prohibeatur eum gradum conſcendere, qui legitimæ uxori cohabitet; nec ipſo ordinationis tempore compellatur profiteri, quòd legitimo ſua uxoris congreſſu velit abſtinere; ne hinc,* vel hoc poſito *conjugium à Deo inſtitutum & ipſius præſen-*

Matt.19,6. *tiâ benedictum cogamur contumeliâ afficere, evangelio clamante, Quæ Deus*

Heb.13,4. *conjunxit, homo ne ſeparet; & Apoſtolo dicente Nuptias eſſe honorabiles &*

1.Cor.7,27 *cubile impollutum; item, Alligatus es uxori, ne quæras ſolvi. Novimus autem eos, qui Carthagini convenerunt, de honeſtate & gravitate morum,*

qui

quâ miniſtri pollerent, ſollicitos dixiſſe, Vt hypodiaconi, qui ſacra myſteria contrectant, & diaconi & presbyteri in propriis ſuis terminis ab uxoribus abſtineant, ut quod per Apoſtolos traditum eſt & antiquitùs obtinuit, nos ſimiliter obſervemus, opportunum cuique rei tempus tribuentes, maximè jejunio & precibus. Oportet enim eos, qui altari adſident, tempore quo ſacra tractantur, omnino continentes eſſe, ut poßint, quod ſimpliciter à Deo petunt, obtinere. Si quis igitur adverſus Apoſtolicos canones inſurgens auſus fuerit, aliquem conſecratorum, presbyterorum dicimus aut diaconorum, conſuetudine & commercio legitimæ uxoris privare, deponitor. Similiter ſi quis presbyter aut diaconus ſuam uxorem prætextu pietatis ejiciat, ſegregator; & ſi perſeveret, deponitor.

Apoſtolicam doctrinam hi Patres loco fundamenti ſubſternunt, quâ ſtante conjugium ſacris miniſtris eripi non poſſe agnoſcunt. Obſervant etiam, ſi matrimonium illis penitùs interdicatur, id cum injuriâ matrimonii conjunctum fore; quod omnino verum eſt, præſertim ſi cauſſa prohibitionis perhibeatur eſſe impuritas & pollutio matrimonio innexa. Ut autem imminente ſacri miniſterii tempore ſive ἐφημερίας ſuæ unusquisque abſtineat, conſentaneum judicant; eâque fini adducunt verba Carthaginienſium patrum è ſecundâ & quinctâ dictis ſynodis, vel potiùs è canonibus Carthaginienſibus in unum collectis græcèque converſis, uti inter Græcos tunc exſtabant, & legi recepti erant. Neque eſt, quod dicant Pontificii, Trullanos mentem Carthaginienſium non rectè cepiſſe, nec per illud ſuum κατὰ τὸν ἴδιον ὅρον bene expreſſiſſe; quum certum ſit Orientem & Græcos ſanctionibus Carthaginienſium obligari non potuiſſe, niſi quatenus eas ipſi reciperent & admitterent. Nunc autem illas Græci in hoc ipſo ſenſu, & non in alio, ſi vel maximè alium Carthaginienſes intendiſſent, quod tamen probari nequit, admiſerunt. Nempe canones illos Carthaginienſes, uti græcè tum exſtabant, ita receperunt & probarunt. Quin quòd in codice canonum orientalis eccleſiæ Carthaginienſes canones locum habeant, huic ipſi Trullanæ ſynodo debent. Quæ quantæ auctoritatis fuerit, & in oriente habita ſemper ſit, vel hinc poteſt liquere, quòd ex ejus judicio codex canonum, quo & olim & hodie eccleſia orientalis utitur, coagmentatus ſit & confectus. Quicquid enim in eo legitur, quo hactenus diſciplina eccleſiæ græcæ continetur, & ipſa in externâ gubernatione regitur, Trullani patres ca-

none ſecundo enumerant, & recipi mandant: exceptis paucis, quæ recentiora ſunt, quàm ut illi eorum meminiſſe potuerint. Hinc ille canonum partim ab Apoſtolis ſive potiùs ab Apoſtolicis viris, id enim aliquanto rectiùs diceretur; partim à conciliis antiquiſſimis cùm œcumenicis tùm provincialibus; partim à ſanctiſſimis & maximi nominis Patribus editorum codex, quo in hunc usque diem ecclesia græca regitur, illuſtrato commentariis Johannis Zonaræ & Theodori Balſamonis. Ipſi Trullani in fine canonis hujus decimitertii canonem quinctum è dictis Apoſtolicis rei propoſitæ applicant; omiſsâ tamen mentione epiſcoporum, quandoquidem epiſcopos uſu conjugii citra incommodum carere poſſe ipſi, ut dictum fuit, arbitrantur. Neq; poteſt abjectio conjugis in illo Apoſtolico canone alio ſenſu accipi, quàm quo à Trullanis accepta fuit. Non ſanè pro denegatis ſubſidiis ad ſuſtentandam vitam neceſſariis, ut explicare & effugere conantur Pontificii. Quem enim pietatis prętextum habeat conjugi alimentis deſtitutæ omnem opem denegare, & ſuppetias nolle ferre? Contrà verò ſeparationem thori & abdicationem mutuæ conſuetudinis à multis pietatis prętextu invectam fuiſſe notum eſt, & ex iis, quæ de Euſtathianis & ex concilio Gangrenſi ſuo loco adduximus, manifeſtum.

Sunt ſanè canones, qui Apoſtolici dicuntur, oppidò antiqui; ab ipſis autem Apoſtolis conſcriptos & editos eſſe, nemo, qui ſanum ſinciput gerat, affirmabit. Videntur canones quidam, juxta quos primitiva eccleſia quòad ritus & diſciplinam gubernata eſſet, in memoria & ore piorum fuiſſe. Qui quum aliquando in chartas conjicerentur, aucti ſunt deinceps ab iis, qui ſe quoque, qua ratione vetus eccleſia regi conſuevisſet, noviſſe exiſtimarent; dictique Apoſtolici, non quòd ab Apoſtolis editi, ſed quòd Apoſtolicam gubernandæ eccleſiæ formulam tradere crederentur. In auctoritatem demum, & quidem ſub ipſo Apoſtolorum nomine, numero LXXXV, à Trullanis Patribus recepti ſunt. Neque verò inutiles ad diſciplinam eccleſiæ pro iſtorum temporum ratione tuendam cenſeri me-
can.46. & rentur; neq; quicquam incommodi continent, ſi quod eſt de bapti-
68. ſmo hæreticorum non probando, de hæreticis baptiſmi ſubſtantiam evertentibus intelligas. Atq; utinam pleraq; ibi conſtituta, accuratiùs, quàm hodie fit, obſervarentur. Inter cætera hoc quoque:
can.17. Παλλακὴν κτησάμενος οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος.

γενέσθαι, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *Qui concubinam habuerit, non poteſt eſſe epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex ordine clericorum.* Illa verò, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου, item, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, & ſimilia, aſſumenta videntur hominis inepti, qui Apoſtolis aptare & ab ipſis omnia profecta fuiſſe, perſuadere voluit. c.29.& 81.

Διατάξεις tamen ſive Conſtitutiones Apoſtolicas libris octo nomine Clementis editas non recipiunt Trullani, αἷς πώς, inquiunt, πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων ἐπὶ λοίμῃ τῆς ἐκκλησίας νόθα τινα καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα, *quarum aliquibus jampridem à ſectariis cum pernicie eccleſiæ adulterina quadam & à pietate aliena inſerta ſunt, decoram divinorum dogmatum pulcritudinem offuſcantia.* Sed quia nihilominus hîc quoque veſtigia antiquitatis ſuperſunt, quæ ad rem noſtram faciunt, inde apponentur. Ἐπίσκοπον καὶ πρεσβύτερον, καὶ διάκονον εἴπομεν μονογάμους καθίστασθαι, κἂν ζῶσιν αὐτῶν αἱ γαμεταὶ, κἂν τεθνᾶσι. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς κατὰ χειροτονίαν ἀγάμοις οὖσιν ἔτι, ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, ἢ γεγαμηκόσιν, ἑτέραις συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι ᾗ ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. ὑπηρέτας δὲ καὶ ψαλμῳδοὺς, καὶ ἀναγνώστας καὶ πυλωροὺς, καὶ αὐτοὺς μονογάμους εἶναι κελεύομεν. εἰ δὲ πρὸ γάμου εἰς κλῆρον παρέλθωσιν, ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν εἴγε πρὸς τοῦτο πρόθεσιν ἔχουσιν, ἵνα μὴ ἁμαρτήσαντες κολάσεως τύχωσιν. οὐδενὶ δὲ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κελεύομεν ἢ ἑταίραν, ἢ χήραν καὶ ἐκβεβλημένην λαμβάνειν, ὡς καὶ ὁ νόμος λέγει. *Epiſcopum & presbyterum & diaconum dicimus unius uxoris viros debere conſtitui, ſive vivant eorum uxores, ſive mortuæ fuerint: non licere autem ipſis, ſi poſt ordinationem conjugii expertes fuerint, ampliùs ad nuptias devenire: vel ſi mariti fuerint, cum aliis jungi, ſed eâ contentos eſſe, quam habentes ad ordinationem pervenerunt. Miniſtros autem & Cantores, & Lectores, & Ianitores, jubemus quoq; unius uxoris eſſe. Quòd ſi antequam matrimonio jungerentur in clerum provecti ſint, concedimus eis ut uxores, ſi velint, ducant, ne ſi peccarint, pœnas luant. Iubemus verò ut nulli ex clero liceat vel meretricem, vel ſervam, vel viduam & repudiatam accipere, ſicut & lex ipſa dicit.* Hiſce obiter inſertis ad Quiniſextam regrediamur. lib.6.c.17.

Eam à Sergio Romano pontifice probatam non fuiſſe, nihil eſt mirum. Animadvertebant enim Latini, ſe ab ejus canonibus καιρίως πεπληγμένους, *letbaliter ictos*, ut loquuntur Zonaras & Balſamo. Hinc Beda libro de ſex ætatibus: Imperator Juſtinianus junior

beatæ memoriæ pontificem Romanæ eccleſiæ Sergium, quia erraticæ ſuæ ſynodo, quam Conſtantinopoli fecerat, favere & ſubſcribere noluiſſet, miſſo Zachariâ protoſpatorio ſuo juſſit Conſtantinopolim deportari: ſed prævenit militia Ravennatis urbis vicinarumq; partium juſſa principis nefanda, & eumdem Zachariam contumeliis & injuriis ab urbe Româ repulit. Deſcripſit totidem propemodum verbis Paulus diaconus in ſuâ cum

*l.6.de geſtis Longob. cap.*11. Romanâ tum Longobardorum hiſtoriâ. Quid tum autem, etiamſi ut probaret & ſubſcriberet, Sergius Romanus pontifex adduci nequiverit? Haut minore pertinaciâ Vigilius Romanus pontifex Conſtantinopolitanam ſecundam, quæ œcumenica quinčta eſt, & tria, ut vocantur, capitula damnat, recipere & approbare recuſavit: quin ne quidem, quum Conſtantinopoli præſens adeſſet, ut in ſynodum veniret, ullâ ratione adduci potuit. Nihilominus poſteriores pontifices eam, ut agnoſcit Baronius, *recepiſſe atque confirmaſſe noſcuntur. —Itemq; in aliis,* inquit, *œcumenicis ſynodis poſteà celebratis eadem quinčta ſynodus œcumenica cognita eſt atq; probata, ut nihil penitus ſit, quo in dubitationem ampliùs revocari poſſit.* Idem de Quiniſextâ adfirmare poſſumus. Si non recepit & probavit eam Sergius, receperunt tamen & probarunt alii Pontifices & œcumenicæ ſynodi.

Anno 553. *num.*229.

Anaſtaſius quidem bibliothecarius adfinia narrationi Bedæ & Pauli diaconi commemorat; quæ etiam ipſa adſcribemus. Sergii *temporibus Iuſtinianus imperator concilium in regiâ urbe juſſit fieri, in quo & legati ſedis Apoſtolicæ convenerant, & decepti ſubſcripſerant. Compellebatur autem & ipſe ſubſcribere, ſed nullatenus acquievit, pro eo, quòd quædam capitula extra ritum eccleſiaſticum fuerant in eo annexa. Quæ & quaſi ſynodaliter definita, & in ſex tomis deſcripta, à tribus patriarchis, id eſt, Alexandrino, Conſtantinopolitano & Antiocheno, vel cæteris præſulibus, qui eo tempore illic convenerant, ſubſcripta manuq; imperiali confirmata —in Romanam urbem ad confirmandum vel in ſuperiori loco ſubſcribendum Sergio pontifici, utpote capiti omnium ſacerdotum, direxit. Qui beatiſſimus pontifex penitus eidem Iuſtiniano Auguſto non acquievit, nec eoſdem tomos ſuſpicere aut lectione pandere paſſus eſt: porrò eos ut invalidos reſpuit atq; abjecit, eligens ante mori, quàm novitatum erroribus conſentire.*

Vitâ Sergii.

Quod de præſentibus Romanæ ſedis legatis dicit Anaſtaſius, illuſtrari poteſt ex commentario Theodori Balſamonis, quædam de illis ipſis legatis notari digna complexo. Apponemus verba Balſamo-

ſamonis, ut latinè à Gentiano Herveto ſunt converſa. *Antiquius, in præfat.* *inquit, Nomocanonum verſavi, & ex ſubſcriptionibus inveni, quòd in hac* *6.Synodi.* *ſynodo, quæ in Trullo magni palatii congregata eſt, aderant Baſilius Gortynæ Cretæ inſulæ metropolis epiſcopus, & quidam Ravennæ epiſcopus, totius ſynodi Romanæ eccleſiæ vicem gerentes, & non ſolùm ipſi, ſed & qui tunc erant Papæ legati, Theſſalonicenſis, Sardanenſis, Heracleanus in Thraciâ, & Corinthius epiſcopi. Sunt autem legati, qui* ἐκ προσώπου *à facie dicuntur,* (*à latere* dici ſolent hodie,) *qui etiam particularem habent juriſdictionem. Quòd autem Papa Romanus jus ordinationis in noſtris regionibus non habet, ut nonnulli hallucinantur, dicentes Theſſalonicenſes & alios ab eo ordinari; ſed eos quidem habuit legatos à facie, qui intereſſe, quando opus erat, debebant; probatur quidem certè & ex aliis, & quòd aliquando quidem, ut Papæ legati, adeſſent Athenarum & Corinthi epiſcopi, aliquando verò Cretæ, Patrarum, Ravennæ, & cæteri, nonnunquam verò & alii. Ut manifeſtum ſit eos eſſe Papæ legatos, quos ſigillatim elegit, non tamen cum ſub ſe habere tot extra ſuos fines epiſcopos. Ut autem Papa ex noſtris etiam regionibus legatos haberet, excogitatum eſt propter viæ longitudinem.* Nempe Romani, utpote primariæ in toto imperio ſedis epiſcopi magna ſemper fuit auctoritas, & œcumenicæ ſynodi abſque ipſius vel legatorum ejus præſentiâ plenè & perfectè celebrari non poſſe credebantur: quippe nec alio quopiam patriarcharum à deliberationibus excluſo, quod univerſam eccleſiam concerneret, legitimè ſtatui poterat; tantum abeſt, ut poſſet, excluſo omnium primo. Quum in oriente, unde ad occidentem prædicatio evangelii tranſgreſſa erat, & antiquior & amplior eſſet eccleſia, & ipſi quoque imperatores ſedem haberent; hinc factum videtur, ut quæ ad totam eccleſiam ſpectarent, in oriente potiſſimum deliberarentur, atque adeo ibidem omnia œcumenica concilia, quibus univerſa eccleſia regeretur, celebrarentur. Occurrentibus itaque de quibus conſultari totius eccleſiæ intererat, ne vel abſentia Romani patriarchæ ejuſque legatorum auctoritatem diminuendis detraheret, vel miſſitationes ultrò citroque faciendæ impedimentum negotiis adferrent, excogitatum fuit, ut nonnullis in oriente epiſcopis ſuas vices Romanus pontifex demandaret, qui quovis caſu ejus locum tuerentur, & quaſi perpetui ſive ordinarii legati eſſent. De ejuſmodi legatis loquitur cùm Anaſtaſius, tum Balſamo.

Inſi-

Inſigniter autem ſibimetipſi repugnat Anaſtaſius, quum in ſynodum Nicænam ſecundam, œcumenicam ſeptimam, abs ſe latinè converſam ad Johannem octavum pontificem Romanum præfatus, ſcripſit, quæ exſcribit & probat Baronius, & nos hîc ſubjicimus:
Anno 692. num. 46. *Regulas quas Græci à ſextâ ſynodo perhibent editas, ita in hac ſynodo,* Nicænâ ſcilicet ſecundâ, *principalis ſedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis ſanctorum hujus ſedis pontificum, aut certè bonis moribus ſunt adverſæ. Quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in cæterarum patriarchialium ſedium (licet græcâ utantur linguâ) reperiuntur archivis: nimirum quia nulla earum, quum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inventa eſt.* At paullò antè ipſius Anaſtaſii verba protulimus, adſerentis, quæ in ſextâ vel, ſi mavis, quiniſextâ ſynodo definita eſſent, trium patriarcharum Alexandrini, Conſtantinopolitani & Antiocheni ſubſcriptionibus approbata in Romanam urbem ad pontificem tranſmiſſa fuiſſe. Quomodo itaque nunc ait, neminem eorum promulgaſſe, conſenſiſſe,
ibi. n. 20. præſentem fuiſſe? Et quâ confidentiâ adfirmat Baronius, patres iſtius ſynodi *nullius nominis, obſcuros penitus, nullius ſanctitatis atq; doctrinæ* fuiſſe?

Præterea idem Anaſtaſius tomos à Sergio rejectos ad Johannem ſeptimum per duos metropolitanos ab imperatore Juſtiniano remiſſos eſſe commemorans, *Hic*, inquit, *humanâ fragilitate timidus hos nequaquam tomos emendans per ſuprafatos metropolitas direxit ad principem, poſt quæ non diu in hac vita duravit.* Videtur probaſſe; quam-
ibi. n. 39. quam negat Baronius. Eſto autem, relinquatur approbatio Johannis ſeptimi incerta: adferimus ejus loco approbationem ſatis certam, & quæ negari nequeat, Hadriani primi eo nomine Romani pontificis, ex epiſtolâ, quâ epiſtolæ Tharaſii Conſtantinopolitani patriarchæ reſpondet, lectâ in actione ſecundâ ſynodi Nicænæ ſecundæ. Epiſtola ipſius Tharaſii, quâ ex more electionem ſuam tribus orientis patriarchis, additâ fidei ſuæ confeſſione, ſignificat, tertiâ actione exſtat; & in eâ hæc verba: *Ejuſdem quoque ſextæ ſynodi omnia, tum rectè & divinè decreta edita, traditosq; canones recipio, præcipuè tamen in quo adſignatur,* canonem videlicet octogeſimum tertium, *quibusdam in picturis agnum digito præcurſoris indicatum feliciter effigiari.* Iisdem ſine dubio uſus fuit Tharaſius in ſimili ad Hadria-

num

num epiſtolâ. Nunc itaque quid Hadrianus reſponderit, audiamus. *Invenimus*, inquit, *in prædictâ ſynodicâ veſtrâ epiſtolâ quanta ſit confeſſio & recta fides veſtra circa cœtus ſacros & ſex ſacras ſynodos, & erga venerandas & ſacras imagines, quæ profectò mira eſt & compunctione digna. In qua etiam clare eſt expreſſum, quod in ſextæ ſynodi DIVINE ET LEGALITER PRÆDICATIS CANONIBVS recipitur pictura illa veneranda, in qua agnus digito præcurſoris demonſtratus graphicè eſt inſculptus; qui in typum gratiæ adſumtus verum nobis per legem agnum, nempe Chriſtum Deum, indicat. Veteres igitur typos, figuras & umbras, tamquam veritatis ſigna & notas eccleſiæ traditas ſuſcipientes, gratiam & veritatem agnoſcimus, tamquam legis plenitudinem hanc arbitrantes. Vt igitur & in colorum effectibus, omnium oculis ſubjiciatur figura illa, quæ agnum illum, qui abſtulit peccata mundi, nimirum Deum noſtrum, juxta humanam effigiem delineat, cenſemus ab hoc tempore, pro veteri illo agno & novum in eccleſijs DEI erigendum, quò per eum exaltationem humilitatis Verbi DEI conſideremus, quò in memoriam politiæ illius, quâ in carne vixit, item paſſionis ejus & ſalutiferæ mortis, unde mundo liberatio contigit, veluti manuducamur.* Ad eum modum quum ſententiam totius octogeſimi tertij Trullani canonis expreſſiſſet, ſubjicit. *HAC ORTHODOXÆ FIDEI TESTIFICATIONE improborum hæreticorum curioſitatem & importunam garrulitatem veſtra fraternæ ſanctitas repellat.* Ex his itaq; manifeſtò patet ab Hadriano canones Trullanæ quiniſextæ, ſive, ut ipſe appellat, ſextæ ſynodi recipi, laudari, approbari.

Frigidum & frivolum eſt commentum Baronij, approbationem Hadrianæam eludere cupientis, quum ait, *Conſiderare illud ante omnia debes, rem geſtam eſſe adverſus Græcos & iconoclaſtas, qui eo velamento occultabant illud, quod propinabant venenum populis, quo ſe profeſſores atque aſſertores eſſe profiterentur ſex aliarum præcedentium ſynodorum univerſalium. —— Ex his igitur opportunè oblatam anſam arripientes ijdem Romani pontifices, benè uſi occaſione, ex canone ab ipſis lato nomine ſextæ ſynodi, eorum putarunt eſſe convincendum errorem, tanquam ſuis ipſorum armis eoſdem penitus ſuperantes. —— Sicut igitur David gladio Goliath* (certè hujus ſimilem, militem admodum glorioſum, nunc ſermocinantem audimus) *ipſius caput abſcidit, eodemq́; poſteà eſt uſus in prælio: eodem modo ſancti pontifices adverſus iconoclaſtas uſi ſunt canone illo, quo declaratur Salvatoris in eccleſijs imaginem debere pingi inſtar hominis factam.* At certè Tharaſius, cui epiſtola ſuâ reſpondet Hadrianus, ico- Ibi.n. 43.

noclaſta non erat: ejus enim erga ſacras imagines adfectum in illa ipsâ epiſtola ab Hadriano laudari paulò antè audivimus. Qui etiam inter cætera, *Quòd ſi non perſpecta mihi eſſet*, inquit, *& probè cognita erga ſacras ſynodicas ſex conſtitutiones & venerandas imagines veſtra ſinceritas & orthodoxa fides, nequaquam ad ſynodum convocandam adſentiremus.* Fruſtrà igitur contendit Baronius, adverſus iconoclaſtas ab Hadriano canones, quos ipſe non probet, torqueri. Et ſi maximè argumentum ad hominem, ut appellari ſolet, Hadrianus proponeret; quare *divinè & legaliter prædicatos canones* diceret? quare *orthodoxæ fidei teſtificationem* indigetaret? Dixiſſet potiùs, Quos illi, adverſarij ſcilicet noſtri & hæretici, divinè & legaliter prædicatos reputant, & tamquam orthodoxæ fidei teſtificationem recipiunt. Nunc autem cum ex ſuo ipſius & non ex alieno ſenſu loqui, cuivis verba inſpicienti manifeſtum redditur.

ib. nu. 44. Sequitur apud Baronium: *Caterùm quum inter latinos acta res eſt, nequaquam reperies eum canonem ab eccleſia Romana eſſe receptum, imò uſu contrario penitus improbatum, quo prohibetur Chriſtus redemtor noſter inſtar agni immaculati depingi; quùm nūquam ipſa deſtiterit agni imagine Chriſtum repraſentare, & idipſum facere hactenus perſeveret.* Atqui idē Hadrianus quum ad Carolum regem Francorum, poſtea magnum dictum, pro defenſione imaginum ſcriberet, utiq; latino & de latinis, quin de ſuis deceſſoribus Romanis pontificibus loquutus, in hunc

Cap. 19. modum fatur: *Si voluerimus enarrare per ordinem, noſtri prædeceſſores pontifices quantas eccleſias fecerunt uſq; nunc, mirifice in eis ſacras imagines erigentes, atque diverſas hiſtorias pingentes, nec non & venerantes, Apoſtolicè audemus dicere, deficiet nos tempus enumerandi, atque eorum ædificia cum ſacris imaginibus & hiſtorijs explanandi. In ſexto vero ſancto concilio non ſolùm contemnere non ſunt auſi, ſed etiam eaſdem ſacras imagines venerantes ſtatuerunt, agnū Chriſtum Deum noſtrum ſecundum humanam figuram & in imaginibus nunc pro veteri agno reintitulari.* Scriptum illud edidit Laurentius Surius, & in ſuis Conciliorum tomis ſynodo Nicænæ ſecundæ ſubjunxit. Falſum igitur eſt, quod dicit Baronius, eum canonem, quum inter latinos acta res eſt, receptum non eſſe. Quod autem exiſtimat prohiberi eo canone picturam Chriſti ſub imagine agni, etiamſi in eumdem ſenſum acceperit Balſamo, ex ipſo tamen canone id non liquet, ſed potius, non prohiberi quidem, quin imagine agni Chriſtus interdum figuretur, præcipi tamen, ut plurimum &

poſſ-

[illegible] ſpecie h[illegible] pingatur: quippe hanc picturam alteri, [illegible] mentum umbræ, præferendam eſſe. Et ſic in ſuis [illegible] a[illegible]ceperunt & interpretati ſunt cùm Tharaſius, tum [illegible] Cæterùm id parum ad rem noſtram. Oſtendere tantùm [illegible], canones Trullanos ab Hadriano Romano pontifice pro- [illegible] canones œcumenicarum ſynodorum reponi; atq; id à [illegible]rà negari.

Q[illegible] in ipſâ Nicænâ ſecundâ, præſentibus & audientibus, ne[illegible] contradicentibus vel refragantibus Romanis legatis, ſub [illegible] nomine cànonum *ſanctæ & univerſalis ſextæ ſynodi* laudantur, [illegible] probantur. Et Tharaſius Conſtantinopolitanus patriar[illegible], *Quæ eſt*, inquit, *hæc ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones? ſcandalum enim eſt dubitare, num ſint ſextæ ſynodi. Cognoſcant igitur [illegible] ſynodum temporibus Conſtantini fuiſſe congregatam, [illegible], qui tantummodo unam actionem & voluntatem in Chriſto [illegible]. [illegible]gitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxamq; fidem confirmantes ſub annum decimum quartum imperij Conſtantini domum re[illegible]. [illegible] anno igitur quatuor aut quinq;* (num rectè rationem tem[illegible], nunc non inquiro) *ijdem illi patres ſub Iuſtiniano Conſtan[illegible] præfatos canones ediderunt: neq; de hac re quiſquam du[illegible]. Nam [illegible] temporibus Conſtantini ſubſcripſerunt, ijdem illi ſub Iuſtiniano [illegible]entem hanc chartam ſubſignarunt, quæ res ſatis clara eſt [illegible] manuum immutabili ſimilitudine.* Iſta actione [illegible] quæ rurſus actione ſeptimâ, quâ refutatur iconomachorum ſynodus, repetuntur. *Sacra ſexta & univerſalis ſynodus poſteaquam ſen[illegible] de una voluntate Chriſti ſub Conſtantino, qui per ea tempora imp[illegible]abat, cujuſq; nutu & voluntate conventus is erat indi[illegible] contigit Imperatorem de vita decedere. Iuſtiniano autem [illegible] aſſumere, iterum unanimiter omnes divina voluntate [illegible] aut quinq; annos congregati, de rebus eccleſiaſticis ſtatuſq; co[illegible]ter duos & centum canones edidere.* Hæc ipſa quum dist.6.c.6. [illegible], ſubjicit, *Ex his ergo colligitur, quòd ſexta ſynodus [illegible] primo ſub Conſtantino, & nullos canones conſtituit; ſecun[illegible] ejus, [illegible] præfatos canones promulgavit.* Gratianus [illegible] Trullanos, de quibus agimus, canones nomine ſextæ ſyno[illegible] adducit. Nec Gratianus modò, ſed plerique omnes [illegible] quòd hanc poſteriorem patrum ſub

Rhinòtmeto coitionem tamquam appendicem ſive ſupplementum ſextæ habeant. Quod abſurdum videri Pontificijs non debet, qui ſuperiore ſeculo quosdam ſui gregis conventus, quibus tamen Tridentinæ œcumenicæ ſynodi titulum imponere non verentur, in decimum octavum uſque annum extenderunt. Denique ipſo canone primo Nicænæ ſecundæ à Romanis pontificibus utique probatæ & receptæ, ſex œcumenicarum ſynodorum canones laudantur & confirmantur. Quinctæ verò ſextæq; non ſunt alij, quàm de quibus nos hactenus diſputavimus. Omitto ſextum ex ijs canonem ab Innocentio tertio in Decretali ſub nomine ſextæ ſynodi produci & laudari.

c. A multis, De ætate qualit. & ord. præf. Liquidò itaque conſtat, Trullanos ſive Quiniſextæ, vel, ut alij ſimpliciter loquuntur, ſextæ ſynodi canones ipſorum quoq; Romanorum pontificum & œcumenici ab ipſis recepti concilij ſuffragio & auctoritate comprobatos eſſe. Quod ſi maximè non eſſet, nihil tamen cauſſæ noſtræ incommodaret: quia videlicet ex his ipſis Trullanis canonibus, quicquid de Romanorum adſenſu fiat, nihilominus demonſtramus, ab universâ orientali eccleſiâ conſtitutiones latinorum de cœlibatu cleri, quas hactenus in Italiâ, Galliâ & Hiſpaniâ procuderint, magno cum zelo rejectas & exploſas fuiſſe. Nunc etiam accedit, quòd ab ipſis Pontificibus eorumque concilijs canones illos probari videmus.

Cæterùm, inquies, quî poteſt fieri, ut eos canones aliquis Romanus pontifex probet, & ſuum nihilominùs rigorem in urgendâ cleri abſtinentiâ retineat, nec de eo quicquam remittat, quemadmodum ſanè Romanos quicquam remiſiſſe vel leges illas ſuas mitigaſſe aut mutaſſe nondum apparet? Reſpondeo, Trullanos canones à Romanis probatos fuiſſe id efficit, ut intelligamus, Romanos, quamvis ipſi ſuo clero conjugium indulgere & ſeveritatem ſive malis iniquitatem ſuarum legum emendare noluerint, reliquis tamen, orientalibus videlicet eccleſijs & epiſcopis vitio non vertiſſe, quòd talibus legibus teneri nollent, & ſanctiones alias, per quas caſtitatem ſui cleri tutiorem fore & caſtius conſervari poſſe crederent, promulgarent. Inde poſt annos plus minus ſeptuaginta Stephanus Papa, *in prima actione ſynodi, ab ipſo*, ut eſt apud Gratianum, *in baſilica Lateranenſi congregatæ*; Stephanus videlicet tertius, quem in
diſt. 31, c. 14. Laterano concilium habuiſſe Anaſtaſius & Platina teſtantur: *Aliter ſe.*

[illegible] *traditio habet ec*[illegible]*leſiarum, aliter hujus ſanctæ Romanæ ec-* [illegible] *earum ſacerdotes, diaconi atque ſubdiaconi matrimonio co*[illegible], [illegible] *copulato utuntur*, ut exponit Gloſſa; quam expoſitio-[illegible]*timus*, etiamſi eam Cardinalis Cajetanus ejiciat: [illegible] Opuſc.to. 1.tr. 27. *ecclesiæ, vel occidentalium, nullus ſacerdotum à ſubdiacono uſq;* [illegible], *licentiam habet conjugium ſortiendi.* Et poſt aliquot ſe [illegible] De cleric. conj. c.6. [illegible] tertius: *Quum olim ad noſtram audientiam perveniſſet, qu*[illegible] *Anglorienſes cantorem Tricaricenſem ſibi elegerant in paſto-*[illegible] *et tibi de forma electionis canonicæ ac idoneitate perſonæ in* [illegible]*t, movit* [illegible] *tamen, quòd quum pater ejus græcus fuerit, & juxta* [illegible] *ram uxorem duxerit in minoribus ordinibus conſtitutus, canto-*[illegible] *xore legitima in ſacerdotio ſuſcepiſſet. Nos igitur attenden-*[illegible] *ecclesia votum continentiæ non admiſit, quoniam orien-*[illegible]*bus ordinibus contrahunt, & in ſuperioribus utuntur matri-*[illegible] *tractoꝫ mandamus, quatenus niſi pro eo, quòd inter latinos* [illegible] *converſantur, regionis conſuetudo repugnet, ſi aliud canoni-*[illegible]*t, ad confirmationem & conſecrationem ejuſdem ſine dubi-*[illegible] *procedat.* Videmus itaque Romanos, etiamſi inter ſuos ſui [illegible]ces fuerint, orientales tamen, quò minùs alio more vi-[illegible] legibus uterentur, non impediviſſe. Qualis libertas [illegible] examen evocādi, & ad amuſſim divinarum ſcri-[illegible] poſt[illegible]icæq; antiquitatis exigendi non ſeptemtrionali-[illegible], [illegible]am orientalibus, eripi poteſt.

[illegible] ceterò: Atqui nec ſeptemtrionales hodie cum orientali-[illegible] ipſis, de quibus actum fuit, Trullanis canonibus conve-[illegible]m in ſacro miniſterio conſtituti non modò uxoribus [illegible] orientales faciunt & canones permittunt, ſed etiá u-[illegible] quod nec orientales faciunt, nec canones permittunt. [illegible] quæſtionem pridem à nobis de ſynodo Nicænâ [illegible] excuſſam fuiſſe. Conjugium & uſus conjugij, ſive u- pag. 197. [illegible] & uxore uti, res ipſa eſt: de quâ quòd licita ſit & ſa-[illegible]rdici non debeat, orientalibus cum ſeptemtrio-[illegible] Num verò, ante ſuſceptos ſacros ordines uxor [illegible] etiam poſt initiationem duci poſſit, merum quid ri-[illegible] Quòd ſi eam mentem fidelibus ſuis Deus aliquando inſpi-[illegible] unitate concordiâque catholicæ eccleſiæ tollendisque [illegible] ſeriò cogitent; cujuſmodi diverſitas rituum poterit fa-

 cilè.

cilè vel ad conſenſum vel ad mutuam tolerantiam, quæ in talibus optima eſt, reduci.

Audivimus paullò antè nonnulla, ad infringendam Trullanorum canonum auctoritatem à Cardinali Baronio adlata nunc etiam quid alius Cardinalis, alter videlicet Pontificiarum novitatum patronus Bellarminus adferat, audiamus. *Error*, inquit, *eſt, Oportere clericos, antequam ordines ſacros ſuſcipiant, uxores ducere, quia poſt ſacros ordines ſuſceptos non licet id facere, & nimis magno periculo fornicandi ſe exponit, qui ſine uxore vivit. Hujus erroris aliqui auctorem faciunt Nicolaum, unum ex ſeptem primis diaconis: ſed quicquid de hoc ſit, conſtat Vigilantium hunc errorem expreſſè docuiſſe*; idq; probat teſtimonio Hieronymi, & addit: *Hunc errorem receperunt Patres Concilij Trullani circa annum Domini DCC, ut patet ex canone XIII, ubi profana illa ſynodus damnat nominatim canones Romanæ eccleſiæ, & contrarium ſtatuit; nimirum ut clerici ante ſubdiaconatum uxores ducant, & cum eis vivant poſtea in ſacris ordinibus conſtituti. Tempore hujus ſynodi cepit mos Græcorum, qui nunc eſt. Auctus autem eſt & confirmatus tempore Leonis noni, quando diſſidium Græcorum à Latinis maximè crevit in multis alijs articulis.* Quis hæc legat, & Cardinalibus Romanarum novitatum patronis frontem ſupereſſe credat? Vix pauciores falſitates quàm voces numerare licet. Falſum eſt, Trullanos Vigilantianum errorem amplecti, &, ut quivis clericus uxorem habeat, exigere: epiſcopos enim prorſus abſtinentes volunt eſſe; reliquorum nemini neceſſitatem ducendæ conjugis imponunt, ſed, ſi ducere quis velit, ut ante ſuam ordinationem ducat, præcipiunt. Falſum eſt, morem Græcorum, qui nunc eſt, tempore Trullanæ ſynodi cepiſſe: Græcos enim ſacrorum miniſtros jam inde ab antiquo uxoribus ſuis uti conſuéviſſe, ſynodi Ancyrana, Nicæna, Gangrenſis & tot à nobis ſuperiùs producta teſtimonia & exempla extra dubitationis aleam ponunt. Falſum eſt, errorem, quem Græcis affingit, tempore Leonis noni auctum & confirmatum eſſe; falſum eſt, multis præterea alijs in articulis auctum eſſe: quod enim Græci de conjugio clericorum in Trullanâ ſynodo ſtatuerunt, id tempore Leonis noni non mutarunt, & ne hodie quidem mutant, ſicut nec aliorum articulorum quicquam, ſed quod tempore Trullanæ ſynodi crediderunt & obſervarunt, ejus poſteà ſemper tenaces fuerunt, hodieque ſunt. Ad eum modum rem Romanam Cardinales defendunt. Si falſa dicendo novitatibus opinio

l.1. de cler. cap.20.

Apo-

Apoſtolicæ antiquitatis conciliatur, quicquid novi Romæ docetur & ubi[illegible]atur, jampridem Apoſtolicum & antiquum evaſit.

Quàm indignè verò Trullanos Vigilantiani erroris, quaſi per eos nulli clerico ſine uxore licuerit eſſe, Bellarminus accuſet, quamvis ex ſuperioribus clarum ſit, ex adſcripto tamen trigeſimo canone, alioquin ad præſens negocium faciente, magis patebit. Πάντα πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας βουλόμενοι διαπράττεσθαι, καὶ τοὺς ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ἐκκλησίαις ἱερωμένους οἰκονομεῖν διεγνώκαμεν. ὥστε εἰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα, τὸν περὶ τοῦ προφάσει εὐλαβείας τὴν οἰκείαν γαμετὴν μὴ ἐκβάλλειν, [illegible] οἴονται δεῖν, καὶ παρὰ τὰ ὁρισθέντα ποιεῖν, ἐκ [illegible] τῶν οἰκείων συμφωνοῦντες συμβίων τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας ἀπ[illegible] εἴργεσθαι τούτους μηκέτι ταύταις συνοικεῖν καθ' οἷον δήποτε τρόπον, [illegible] ἡμῖν ἐντεῦθεν ἐντελῆ τῆς ὑποσχέσεως παρέξωσι τὴν ἀπόδειξιν. πρὸς [illegible] δὲ αὐτοῖς, οὐ δι' ἄλλο τι, ἢ διὰ τὴν τῆς γνώμης μικροψυχίαν, καὶ τὸ τῶν ἠ[illegible] ἐκφύλον καὶ ἀπαγὲς, ἐνδεδώκαμεν. *Cuncta ad eccleſiæ ædificatio[illegible]m facere cupidi, ſacerdotes etiam, qui in barbaricis eccleſijs ſunt, guber[illegible]uimus. Itaq; ſi Apoſtolicum canonem de uxore pietatis prætextu [illegible]enda transgrediendum, & præter ea, quæ ſtatuta ſunt, faciendum [illegible]itrati, deinceps cum uxorum ſuarum conſenſu mutuâ conſuetudi[illegible]; decernimus eos nullo modo cum illis cohabitare debere, ut ex eo [illegible] perfectam ſuæ promiſſionis demonſtrationem præbeant. Hoc autem [illegible]er aliud, quàm propter puſillanimitatem & mores peregrinos [illegible]mos, conceſſimus.* Patres Trullani in perpetuâ & votivâ il[illegible]gum abſtinentiâ ſupervacuum & inſolens quid agnoſcunt: [illegible] prohibent tamen: ſed ſi iſtiuſmodi inſtitutum placeat, ſepara[illegible], ut manifeſtum omnibus fiat, non ſimulatam ſed ve[illegible]iam præſtari, & contrarijs ſuſpicionibus, perſeveran[illegible]â cohabitatione exorituris, anſa præcîdatur.. Balſamo ad hunc canonem: *Nota hoc veluti privatim editum eſſe, & de ſolis ſacer[illegible]us debere intelligi, qui ſunt in barbaris regionibus, non etiam de cæte[illegible]. Ego vero [illegible]arios epiſcopos, qui ex Ruſſiâ venerant, atque adeo ipſum [illegible] metropolitanum de ea re ſciſcitatus, accepi præſentem canonem [illegible] regionibus [illegible] non habere, licet ſint barbaricæ, ſed quemadmodum [illegible] ſacerdotes proprias uxores habere, etiam poſt ordinatio[illegible].* Et[illegible] in utraque Ruſſiâ nigrâ & albâ, ſive Polonicâ & Mu[illegible]ca hodie res ſe habet.

Patrum

Patrum memoriâ, ut id obiter addam, Stanislaus Orechovius Ruthenus, ſive, ut ipſe ſolitus fuit ſcribere, Roxolanus, vir latinè eleganter doctus & haut vulgariter diſertus, relictis partibus Græcorum ad Pontificias tranſivit: nullam novitatum & ſingularitatum, quales inter Pontificios obtinent, concoquere minùs potuit, quàm legitimâ uxore carendum ſibi eſſe. Scripſit eâ de re ad Julium tertium pontificem. Scripſit quoque ad Cardinalem Stanislaum Hoſium, concilij Tridentini eo tempore ad finem vergentis præſidem: *Vxor*, inquit, *& liberi mei te ſalutant, tibiq; ſe vnà mecum commendant, teq; orant, ut matrimonio noſtro apud Patres, ſi uſus venerit, iſthic ne deſis.* Literæ datæ ſunt Peremiſſiæ, oppido Ruſſiæ, anno CIↃ IↃ LXIII.

epiſt. 77. Sed poſt triennium Cardinalis Hoſius ad Franciſcum Turrianum ita ſcribit: *Orechovius de fœmina, quam ſibi conjunctam habet, ut uxor eſſe legitima decernatur, laborare non deſinit. Sed minùs erit, quòd ſperet nunc* ſub Pio quincto, *quàm ſub Pio quarto.* Ita indies adaugetur rigor Romanus. Non recuſaſſet, opinor, presbytero è partibus, ubi conjugium in uſu, venienti idipſum permittere Stephanus tertius; non Innocentius tertius, qui in Lateranenſi ſuo concilio agens de pœnis

Cap. 14. incontinentium clericorum, *Qui ſecundum regionis ſuæ morem*, ait *non abdicarunt copulam conjugalem, ſi lapſi fuerint, graviùs puniantur, quum legitimo matrimonio poſſint uti.* Per Innocentium itaque tertium presbyteris, in quorum regionibus copulam conjugalem abdicare moris non erat, matrimonio, quod ipſe legitimum agnoſcit, uti licuit. Sed iſta in tranſcurſu.

Certum autem eſt, quæ de matrimonijs clericorum Trullanis canonibus ſancita ſunt, ab omnibus Græcis in hunc uſq; diem conſtanter & invariatim ſervari: nec à Græcis modò, ſed à reliquis quoque qui Græcæ unionis & communionis ſunt, patriarchis, Alexandrino videlicet, Antiocheno, Jeroſolymitano, & univerſis, qui ſub horum diſciplina degunt, Chriſtianis.

Abyſſinorum verò ſive Æthiopum presbyterorum conjugia quod attinet, audiamus quæ ſcripſit Zaga Zabo epiſcopus, Davidis regis Æthiopum ad regem Luſitaniæ ante ſeculum legatus, Confeſſione fidei ſuâ, quam quum in Luſitaniâ degeret, conſignavit. *Conſtitutum eſt*, inquit, *à ſanctis Apoſtolis in ſynodorum libris, clericis uxores licere ducere, id quidem poſtquam cognitionem aliquam habuerint rerum divinarum. Deinde inito matrimonio, in ordinem presbyterorum recipiuntur, in*

quem

*quem niſi poſt annum trigeſimum nemo recipitur, nec ſpurij, nec nothi ali-
qua ratione ad eumdem ſacratiſſimum ordinem intromittuntur, qui ordines
à nemine, niſi ab ipſo Patriarcha, dantur. Mortua tamen prima uxore epi-
ſcopi aut clerici aliam ducere non poſſunt, niſi Patriarcha ad id diſpenſaverit
(quod aliquãdo indulgetur magnatibus propter publicum bonum) nec habere
concubinam, niſi ſe voluerint à ſacris abdicare: quod ſi fecerint, res divinas
ampliùs tractare non poſſunt. Et hoc tam ſtrictè ſervatur, ut ij presbyteri,
qui ſecundò uxorem duxerint, ne candelam quidem unam eccleſiæ conſecra-
tam, in manum auderent accipere. Quòd ſi inventum fuerit, epiſcopum aut
clericum filium ſpurium habere, ab omnibus beneficijs ac ſacris ordinibus ab-
dicatur, quorum bona, ſi ſine legitima prole diſcedant, ad Precioſum Ioan-
nem, & non ad Patriarcham, veniunt. Et id quòd presbyteri apud nos uxo-
res poßident, ex Paulo accepimus, qui mavult clericum & laicum nubere,
quam uri. Is quoque inquit, oportere epiſcopum virum unius uxoris eſſe, &
irreprehenſibilem ſobrium: pariq; modo vult eſſe diaconos; atq; etiam ut eccle-
ſiaſtici, perinde atque ſeculares, proprias uxores in legitimo matrimonio ha-
beant. Monachi tamen uxores non ducunt.*

Si de Armenijs quæratur, docere nos poteſt, qui inter eos pe-
regrinatus fuit, Petrus Bellonius; cujus in eum finem verba ſubjici- *Obſervat.*
mus. *Turcis ex Scythia egreſsis & vicinas regiones occupare incipientibus,* *l.3.c.12.*
*Armenij tunc Chriſtiani licet omnium primi ſubjugati, in fide tamen Chri-
ſtiana conſtantes ſemper permanſere, & per univerſum Turcicum imperium
nunc etiam hoc nomen retinent. Si enim Armenium appellant, Chriſtianum
intelligunt: at ſi Mahumetanam religionem amplectitur, eam appellatio-
nem amittit.—— Pacifici ſunt & humani, egeni magna ex parte agrico-
læ, diligentes hortulani, boniq; vinearum cultores. Illorum ſacerdotes con-
jugati ſunt, perinde atque Græci.* Hæc & alia plura de Armenijs Bel-
lonius.

Pontificios itaque, dum omnibus ſacrorum miniſtris conju-
gium conjugijq́ue uſum abſolutâ & inexorabili lege ſimpliciter adi-
munt, ab Univerſitate recedere & ſingularitatis ſive particularitatis
ſeſe alligare manifeſtum eſt. Quantoperè verò ab Antiquitate et-
iam & Conſenſu antiquitatis diverſi abeant, ex ijs quæ diſputavi-
mus, clarè conſtat. Non itaque tenent, quod UBIQUE, quod SEM-
PER, quod OMNES tenuerunt. Non ſequuntur Univerſitatem, An-
tiquitatem, Conſenſionem: de quibus veræ ſinceræque traditionis
notis præclarè in ſuo Commonitorio diſſerit Vincentius Lerinen-

ſis, & nos in procemio ad illud nonnulla diximus, quæ ab auditoribus noſtris repeti & præſenti negocio applicari cupimus.

Atq; hanc quidem Pontificiorum ab Vniverſitate & Antiquitate diſſenſionem oſtendere nobis fuit propoſitum. Quod quandoquidem jam præſtitum eſt, receptui canere & diſſertationi finem imponere bonâ cum lectoris gratiâ licebit. Eum tamen, priuſquam penitus manum de tabulâ tollamus, de nonnullis, quorum meminiſſe non fuerit nullum omnino operæ precium, breviter admonebimus.

Quum honeſtatem matrimonij in ſacro ordine Romana ſedes ferre nullo modo poſſet, factum eſt ut ipſa, juſto DEI permittentis judicio, à compluribus, monſtris veriùs quàm hominibus, è libidine & ſcelere conflatis, horribilem in modum pollueretur. Quod argumento reliquis CHRISTI eccleſijs eſſe potuit, ab ipsâ neque bene vivendi neq; rectè ſentiendi normam peti oportere.

Hîc primo loco Johanna conſtuprata fœmina, Pontificio throno inſidens, cui, niſi ſexum mentita eſſet, Johannis Octavi nomen deberetur, occurrit. Neque eſt, quòd omittatur, quum tot eam memorent hiſtorici, quibus cur fingerent, neque amor, neque odium, neque invidia, neq; ſpes alicujus præmij, quib. ad falſa comminiſcenda homines impelli ſolent, cauſſa eſſe potuit. De eâ Marianus Scotus: *Anno DCCCLIII. Leo Papa obijt Kal. Auguſti. Huic ſucceſſit Iohanna mulier, annis II, menſibus V, diebus IV.* Marianus factus eſt monachus Coloniæ, anno CIↃ. I. VI: poſt triennium clauſtro includitur Fuldæ; & inde exacto decennio iterum includitur Moguntiæ, quemadmodum iſta in ſuo chronico ipſe annotavit. Antiquiſſimus ſanè eſt ſcriptorum omnium, apud quem hodie quidem hujus Papiſſæ mentionem invenias. Sunt autem ab ipſo uſque ad rem geſtam anni plures, quàm ducenti. Hoc igitur ariete Pontificij totam hiſtoriam ſeſe proſtraviſſe arbitrantur, quòd nullus auctor rei geſtæ σύγχρονος, qualis Anaſtaſius bibliothecarius fuit, ejus mentionem faciat; nec Ado Viennenſis, nec Regino Prumienſis, quorum ætas proxima: ſed hic demum Marianus, integris duobus ſeculis & ampliùs recentior. Bellarminus eo uſq; provehitur, ut dicat, *etiamſi in impreſſo Mariano Scoto, ut & Sigeberto Gemblacenſi, inveniatur Iohannes fœmina, tamen in antiquiſſimis manuſcriptis non inveniri: & ſatis conſtare corruptos fuiſſe auctores illos.* Vult autem, Onuphrij Panvinij veſtigia legens,

De Pont. Romano l. 3. c. 24.

legens, Martinum Polonum primum eſſe, à quo memoriæ prodita fuerit. *Martinus Polonus*, inquit, *qui fuit quadringentis annis poſterior iſto ficto Iohanne octavo, primus hujus Iohannis octavi meminit, contra fidem omnium antiquorum. Ab ipſo autem acceperunt Platina, & cæteri recentiores.* Id verò Baronius, qui ſuum decimum Annalium, diu poſt Bellarmini primum Controverſiarum tomum edidit, dicere non audet, nec Mariano Scoto memorationem Johannæ abjudicare. Dicit nihilominus, ut aliquid dicat, *in ſcripto codice, ex quo prodierit prima editio, aliter legi*, nempe, *Iohannes, qui, ut aſſeritur, fuit mulier.* Sed hæc Martini Poloni verba ſunt. Et quis ita nudè adfirmantibus credat? num manuſcriptos codices, qui aliter habeant, exhibere poſſunt? num teſtibus vel argumentis docere, quòd editores ſuorum auctorum verba interpolaverint & corruperint? quur paſſim omnes editiones ita legunt? quur nulla ex fide alicujus manuſcripti emendatur? Nos ſanè illam ſequimur & expreſſimus, quam Johannes Piſtorius Niddanus curavit. Si ad eum modum agitur, ſi nudâ adſertione editionibus fidem abrogare, & ad manuſcripta, quæ nec extant nec exhiberi poſſunt, provocare licet; nihil certi ampliùs erit vel in hiſtoriâ ullâ, vel in ullo auctore. *Anno 853. num. 60.*

Rectiùs itaq; judicat Baronius, qui Marianum antiquiſſimũ, à quo Johanna papiſſa memoretur, extare agnoſcit, quàm Onuphrius & hunc ſequutus Bellarminus, qui negant, & Martinum Polonum primum auctorem faciunt. Fruſtra etiam fides editionum, ut diximus, tentatur. Si autem nullus auctor, niſi αὐτόπτης vel rei geſtæ σύγχρονος, fidem meretur, & quicquid ad noſtram notitiam non niſi indicio ſcriptorum ducentis annis re geſtâ recẽtiorum pervenit, incertum eſt; incerta erit potior pars univerſæ hiſtoriæ cùm eccleſiaſticæ, tum civilis. Neq; verò ſequitur, quia Mariano antiquior nemo, qui rem literis commendarit, hodie nobis innotuerit, ideo neminem fuiſſe: nec enim omnium ejus ætatis ſcriptorum, maximam partem monachorum, monumenta hodie extant, plurimis per bellorum & incendiorum calamitates abſumtis; nec quæ extãt, omnia lucem adſpexerunt. Et unde Marianum, monachum incluſum, vel ipſum nomen Johannæ, vel annos, menſes & dies pontificatus ejus ita exactè annotatos, niſi ex libris, qui in monaſterio Fuldenſi ob bibliothecam ſemper celebri deeſſe non potuerunt, hauſiſſe exiſtimabimus. Ei videl. in promtu fuerunt auctores, quib. nos hodie caremus.

Anaſtaſium verò bibliothecarium pontificium & pontificiæ ſedis ſtudioſiſſimum omiſiſſe, quin omni arte, ut memoria rei adeo fœdæ & ignominioſæ ſupprimeretur, enixum eſſe, mirum minimè
Anno 882. eſt: mirum potiùs foret, ſi aliter egiſſet. Baronius ipſe de Johanne
num. 8. octavo: *Ejus res geſtæ deſiderantur apud Anaſtaſium*, (Gulielmum Anaſtaſij continuatorem dicere debuiſſet) *fortaſſè prætermiſſæ ob odioſam reſtitutionem Photij*. Qui Johannem octavum propter Photij reſtitutionem omittunt, quomodo animum inducent, ut fœminam conſtupratam inter pontifices recenſeant? Neq; magis mirum eſt Adonem Viennenſem & Hermannum Contractum veſtigia Anaſtaſij ſequutos eſſe, & ignominiam Romanæ ſedis, ſub quâ ipſi degerent, diſſimulaſſe. Adonis verba ſunt in anno DCCCLXV: *Pontifex Romanus Gregorius moritur, atque ejus loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, Leo ſuccedit. Quo obeunte Benedictus in ſede Apoſtolica ſubſtituitur, jam tamen defuncto Lothario Imperatore*. De Hermanno probabiliùs diceretur, Johannam papiſſam ex ejus chronico eraſam, quàm Marianæo inſertam eſſe. Regino verò Prumienſis & Lambertus Schafnaburgenſis pontifices ſeriatim non recenſent, nec Johannam modò ſed alios quoq; bene multos ſilentio prætereunt. Græcos, Cedrenum, Curopalatem, Zonaram non eſt quod moremur. Eos enim rebus ſuis, id eſt, Græcorum occupari, de ſucceſſione verò Romanorum pontificum ſollicitos non eſſe, conſtat. Atq; hi ſunt auctores, qui primis ducentis annis papiſſam memorare debuiſſent: Anaſtaſius præcipuè: nam nemo aliorum ex inſtituto ſeriem, ſucceſſionem, electionem pontificum enarrat, ut facit ille. Hermannus tamen ut Imperatorum, ita quoq; pontificum chronologicum catalogum texit: è quo, Anaſtaſium ſequutus, Johannam, quam pôtificem non agnoſceret, excluſit. Cæteri pontificum non ſingulorum, ſed ſaltim aliquorum ex occaſione mentionem injiciunt.

Poſt Anaſtaſium, Adonem, Reginonem, Hermannum, Lambertum, proximus eſt Marianus Scotus, primus ſanè, à quo Johannam proditam hodie legimus. Ei propemodum coætaneus Sigebertus Gemblacenſis, quippe qui vitam ſolos XXVI. annos, ut ex appendicibus Dodechini & Roberti de monte intelligitur, diutiùs produxerit. Verba ſunt in anno DCCCLIV, quæ ſequuntur: *Iohannes Papa Anglicus. Fama eſt hunc Iohannem fœminam fuiſſe, & uni ſoli familiari*

Baritantùm cognitam, qui eam complexus eſt, & gravida facta peperit, papa exiſtens. Quare eam inter pontifices non numerant quidam, ideo nomini numerũ non facit. Sigebertus attigit initium ſeculi duodecimi: ſub cujus medium floruit Otho Friſingenſis. Nec is ex ordine omnes pontifices enumerat. Catalogum verò, qui libro ſeptimo ſubjunctus eſt, ex arbitrio eorum, qui edunt, variare animadverto.

Anno decimoquincto ſeculi decimitertij Cunradus à Lichtenaw abbas Urſpergenſis creatus eſt, qui itidem Johannam omittit: Benedictum verò tertium, quem alij Johannæ ſucceſſiſſe & annos duos cum dimidio ſediſſe ſcribunt, ille *eodem*, quo pontificatum adijt, *deceßiſſe* affirmat. Quod ſi verum eſt, quomodo annos, qui Johannæ debentur, in ſucceſſorem derivaverint, liquet. Sequitur jam in eodem ſeculo Martinus Polonus, monachus Ciſtercienſis, archiepiſcopus Conſentinus & Innocentij quarti pœnitentiarius, quem Bellarminus, poſtquam antiquiſſimum narrationis de Johannâ auctorem feciſſet, tamquam *virum ſimpliciſſimum & fabularum ſcriptorem* traducit.. At ejuſmodi homines à pontificibus archiepiſcopos & pœnitentiarios creari non credideram. Verba nihilominus ejus, quem primum auctorem falsò fingi, vel ipſo Baronio conſentiente, demonſtravimus, adjiciemus.. *Iohannes Anglicus, natione Maguntinus. ſedit annos II, menſes V. & dies IV: & ceſſavit epiſcopatus menſem unum. Hic, ut aſſeritur, fœmina fuit, & in puellari ætate à quodam ſuo amaſio in habitu virili Athenas deducta ſic in diverſis ſcientijs profecit, ut nullus ſibi par inveniretur, adeò, ut poſtquam Romæ fuit, magnos magiſtros diſcipulos & auditores haberet, & quum in urbe vita & ſcientia magnæ opinionis eſſet, in papam concorditer eligitur. Sed in papatu per ſuum familiarem impregnatur. Verùm tempus partus ignorans, quum de ſancto Petro in Lateranum tenderet, anguſtiata inter coloßéum & eccleſiam ſancti Clementis peperit, & mortua, ibidem, ut dicitur, ſepulta eſt.. Et quia dominus papa eamdem viam ſemper obliquat, creditur à pluribus, quòd ob deteſtationem facti hoc faciat. Nec ponitur in catalogo ſummorum pontificum propter mulieris ſexum.* Eadem cum Martino ætate vixit Vincentius Bellovacenſis, qui Speculo ſuo hiſtorico juſtam ſeriem pontificum non texuit, & propterea non Johannam modò, ſed Benedictum quoq; tertium prætérijt.

Vide li. 25. c. 36. & 37

Sequente ſeculo & decimoquarto duo præſtantiſſimi & ingenio judicioq; plurimùm pollentes Itali Franciſcus Petrarcha & Jo-

hannes Beccatius hanc hiſtoriam probant & recipiunt, ille quidem Chronico Italicè ſcripto, iſte libro de claris mulieribus, capite XCIX. Anglus itidem Ranulphus Hygden Polychronici libro V, capite XXXII, qui à nonnullis *ob deformitatem facti omiſſam fuiſſe* agnoſcit.

Decimoquincto ſeculo paſſim & ab omnibus talibus rerum ſcriptoribus admittitur. Antoninus epiſcopus Florentinus in Summâ ſuâ hiſtoricâ Martini Poloni verba recitat, & recitatis exclamationem Paulinam ſubjicit: *O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ DEI, quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus!* Et poſteà, *Etſi fuit verum*, ait, *nulli tamen ex hoc ſalutis præjudicium: quia nec eccleſia tunc fuit ſine capite, quod eſt Chriſtus, unde influxum gratiæ percipit.* Quod profectò veriſſimum eſt. Quicquid enim de pontifice fiat, ſive is ſcortum ſit, ſive ſcortator, ſive aliquis, ſive nullus, eccleſia tamen præſidio veri & unici capitis ſui, quod Chriſtus eſt, qui eam nec deſeruit umquam, nec deſeret, ſervabitur. Inde de ijs, qui ab eâ ordinati eſſent & ſacramenta ſuſcepiſſent, ſollicitus, *Nec ultimi*, inquit, *effectus ſacramentorum, quæ illa conferebat, deficiebant eis, qui devotè ab ea accipiebant, ſcilicet gratia: licet illa, ſicut nec aliæ fœminæ ſint ſuſceptibiles characteris alicujus ordinis, nec conficere euchariſtiam, etiam de facto ordinatæ, poſſint, nec abſolvere à peccatis. Unde ordinati ab ea erant iterum ordinandi, quia nihil ab ea acceperant. Gratiam tamen Sacramentorum Chriſtus ſupplebat in recipientibus digne, ignorantia facti invincibili eos excuſante à culpa.* Hæc Antoninus. Matthæus Palmerius Florentinus, qui Euſebij & Proſperi chronica continuavit, verba Sigeberti Gemblacenſis adfert. Baptiſta Platina Martinum Polonum potiſſimùm exſcribit & ſequitur, adjicitque: *Sunt qui ob hæc ſcribant, pontificem ipſum, quando ad Lateranenſem baſilicam proficiſcitur, deteſtandi facinoris cauſſa & viam illam conſultò declinare, & ejuſdem vitandi erroris cauſſa, dum primò in ſede Petri collocatur, ad eam rem perforata, genitalia ab ultimo diacono attrectari. De primo non abnuerim. De ſecundo ita ſentio, ſedem illam ob id paratam eſſe, ut qui in tanto magiſtratu conſtituitur, ſciat ſe non Deum ſed hominem eſſe, & neceſſitatibus naturæ, utpote egerendi, ſubjectum eſſe: unde meritò Stercoraria ſedes vocatur.* Tandem, ne pontifices offendat, memor teterri carceris, è quo haut ita pridem ſub Paulo ſecundo emerſerat, *Hæc*, inquit, *quæ dixi, vulgò feruntur, incertis tamen & obſcuris auctoribus: quæ ideo ponere breviter & nudè inſtitui, ne obſtinate nimium & pertinaciter*

Tit. 16, c. 1. §. 7.

naciter omiſiſſe videar, QVOD FERE OMNES AFFIRMANT. *Erremus etiam nos hac in re cum vulgo. Quamquam apparet, ea quæ dixi, ex his eſſe, quæ fieri poſſe creduntur.* Et tantum Platina.

Ejusdem ætatis nunc etiam ſcriptorem græcum, qui eamdem rem memoret, producimus, nempe Laonicum Chalcocondylam. Verba ex interpretatione Cunradi Clauſeri Tigurini apponimus. *Conſtat mulierem quondam in pontificatum eſſe ſubvectam. quia ſexus ignorabatur: nam Italiæ occidentales penè omnes barbas radunt. Quum autem illa mulier gravida eſſet facta, & ad feſtum ſive ſacrificium prodiiſſet, peperit infantem inter ſacrificium in conſpectu univerſi populi. Quapropter ne decipiantur iterum, ſed rem cognoſcant neque ambigant, pontificis creati virilia tangunt. Et is qui tangit, acclamat, Mas nobis dominus eſt.* Pontificij dicunt ab interprete inſerta hæc eſſe. Cæterùm id quidem dictu facile, probatu difficile: longèque faciliùs & probabiliùs negatur, quàm adſeritur. Credibilius etiam, ab ipſorum interpretibus, ſi quos hujus auctoris habent, omitti, quàm à noſtris addi. Sed & alius græcus, Laonico, niſi fallor, antiquior, Barlaam videlicet monachus, τοῦ ἀσελγοῦς ἐκείνου γυναίου τοῦ γενομένου πάπα, *impudicæ illius mulierculæ, quæ papa fuit*, meminit. *De Papæ principatu c. 14.*

De rebus Turc. l. 6.

Ad Latinos autem redeamus, qui quum neq; Lutheri neque Calvini nomen audiviſſent, & propterea novatores, ut ridiculè antiquitatis ſtudioſos Pontificij, novatorum omnium maximi, appellare ſolent, non eſſent; nihilominus magno conſenſu papiſſam memorant. Wernerus videlicet Rolevincius Carthuſianus, *Faſciculo temporum*, his inſuper additis verbis: *Et hic ſextus videtur fuiſſe papa, qui nomen ſanctitatis ſine re habuit uſque huc, & ſimiliter ſicut alij à* DEO *plagatus fuit, nec ponitur in catalogo pontificum. Nugantur aliqui hac de cauſſa nullum Alemannum in Papam eligi, quod falſum eſſe conſtat.* Item Hartmannus Schedelius *Chronico Norimbergenſi*; Marcus Antonius Coccius Sabellicus *Enneade nona, libro primo*; Jacobus Philippus Bergomas *Supplemento*; Johannes Nauclerus præpoſitus Tubingenſis *Generatione XXIX*, ubi ſententiam Antonini exſcribit & laudat; Johannes Stella, ſacerdos Venetus, *libro de vitis pontificum*; Raphaël Volaterranus *Commentariorum urbanorum libro XXII*; Albertus Crantzius *Metropoleos libro ſecundo*; Baptiſta Mantuanus *libro III. Alfonſi*; Johannes Trithemius *Chronico Hirſaugienſi, vita Lintberti, primi abbatis*. Ludovicus Cælius Rhodiginus *libro octavo lectionum antiquarum*

capite

capite primo, cujus eruditiſſimi viri, quin Itali, cujates etiam plerique ſuperiores, verba adſcribo: *Quid, nonne à chronicis relatum ſcimus, Iohannam Anglicam ſolam à condito ævo ſpecie viri pontificatum Romæ invadere auſam? imò vero & unum ex familiaribus, qui ſolus rem tenebat, ad concubitum admiſiſſe, & inde gravidam etiam in ſummo dignitatis faſtigio peperiſſe. Factum hoc ſalutis anno octingenteſimo quinquageſimo tertio.* Omitto chronica antiqua vernaculi idiomatis complura, partim edita, partim manuſcripta, quæ hinc inde in bibliothecis viſuntur, & magno conſenſu Papiſſam commemorant.

Dico itaq; tandem, quali fide & probabilitate plerisq; rerum, quæ inter homines geſtæ ſunt, narrationibus credimus; talem huic quoq; de papiſſâ hiſtoriæ tribui oportere. Hiſtorica ita comparata ſunt, ut non nitantur omnia certitudine penitus infallibili, & quæ ad evidentiam accedat: in pleriſque probabilitate contentos eſſe fas eſt. Quam ajo huic narrationi tot ſeculorum & auctorum teſtimonio comprobatæ, per ea, quæ in contrarium nonnulli recentiores attulerunt, nondum ademtam eſſe. Quæ enim illi opponuntur, ut, quòd deſit auctor rei geſtæ σύγχρονος, quòd aliquæ circumſtantiæ varient; hæc ipſa alijs plurimis opponi poſſunt: & ſi illi omnem fidem abrogant, his quoque eadem operâ abrogari neceſſe erit. Primus, quod ego ſciam, Johannes Aventinus, qui obijt anno ſuperioris ſeculi XXIV; falſitatis palàm accuſare & *fabellam* appellare auſus eſt. Verba ſunt quarto Annalium Bojorum: *Adelbertus locupletiſſimus Hetruriæ princeps Ravennam, Bononiam, Romam in poteſtate habuit. Ejus ſocrus Theodora ſcortum nobile atque imperioſum Romæ dominabatur: Iohannemq́ue nonum, amatorem ſuum, Bononienſibus primò, deinde Ravennatibus, poſtremò Romanis impoſuit, primariumq́ue ſacerdotem creavit: unde fabellam ortam crediderim, quæ temerè vulgat it, huce temporibus fuiſſe ſacerdotem maximam, quæ appellata ſit Iohannes.* Cæterùm lapſus eſt memoriæ. Johannes, de quo loquitur, non nonus eſt, ſed decimus, & juxta Baronium in ſedem pontificiam intruſus anno DCCCCXII. Inter Johannam itaque papiſſam & hunc Johannem anni interſunt LIX. Si illo ipſo tempore, quo ſcortum Theodora Romano pontificatui amaſios ſuos præficiebat, Johanna poneretur; aliquid probabilitatis haberet, dicere, Ortum inde fuiſſe, ut crederetur mulier Romæ pontificatu functa eſſe. Quod nec ipſum tamen propterea hominibus cordatis, Mariano, Sigeberto, Martino Polono ſtatim per-

perſuaderetur. Nunc autem quum tot anni interſint, probabilitatem omnem conjectura amittit. Amittit quoque, quin potiore *Annot. ad* etiam jure, altera Onuphrii Panvinii, qui ad Johannem XII. ejusque *Platinam.* ſcorta trahit. Inter Johannam enim & Johannem XII. interſunt anni plures, quàm centum. Eſt autem Onuphrius ab Aventino ſecundus, & primus, qui patrum memoriâ juſto conatu hiſtoriam convellere aggreſſus ſit. Tanto tempore, totis propemodum quinque ſeculis, in poſſeſſione fuit, è quâ primus eam dejicere voluit, ſed levi admodum operâ, Aventinus; & poſt eum majore molimine Onuphrius. Ante hos natos tot ſeculis veritas facti à nemine negata; quamvis ob fœditatem ab aliquibus diſſimulata. Onuphrium ſequitur Bellarminus. Inde Florimundus Ræmundus, in ſenatu Burdigalenſi regius conſiliarius librum edidit gallicè, cui titulus, *Error popularis de Iohanne pſeudopontifice, dictâ papiſſâ.* Ejusdem argumenti alium edidit Hieronymus Schererus Jeſuita germanicè. Neutrum tamen ſcriptum nobis nunc eſt in promtu. Gilbertus porrò Genebrardus *Chronographiæ ſuæ libro quarto,* & Papirius Maſo *in De urbis epiſcopis,* veritatem rei geſtæ oppugnandam ſibi ſumſerunt. Horum ratiunculas & conjecturas laudat Baronius Annali decimo, & additis *Anno 853.* de ſuo nonnullis contra papiſſam ſatis prolixè declamat.

Poſſunt, quæ objiciuntur, pleraque ex iis, quæ nos jam diximus, diſſolvi. Non pigebit autem, ſi quæ peculiari reſponſo indigere videntur, diſcutere. Interim monemus, ſubſtantiam facti eſſe,

Quòd inter Leonis quarti & Benedicti tertii papatum media interceſſerit fœmina, ſupremo pontificatu potita;

eamq; per quinq; ferè ſecula à quàm plurimis, monachis plerisq; & Italis, papatus alioquin ſtudioſiſſimis, adſertam, à paucis diſſimulatam, à nemine negatam fuiſſe: convenire in hac ſummâ rei auctores, à quibus traditur, omnes: ſi quid igitur in circumſtantiâ unâ vel alterâ varietur, imò etiamſi falſi nonnihil deprehendatur, propterea veritatem ipſius facti non collabi, niſi pari de cauſsâ magnam partem univerſæ hiſtoriæ, & præſertim Pontificiæ, quâ in enarrandis plerisque circumſtantiis, ut patriâ, domo, annis, menſibus, diebus papatum, nulla alia ſub ſole incertior, everſum eamus. Quamquam objectiones talium, quæ multum negotii faceſſant, hîc non occurrunt, etiamſi ab ingeniis non contemnendis multorum, qui nunc à ſeculo

Xx in

in curam evertendæ totius hiſtoriæ magno conatu incubuerunt, excogitatæ ſint.

Objicit Onuphrius, & ex eo Bellarminus: *Iohannes Anglicus ex Moguntiâ. At Moguntia non eſt in Angliâ, ſed in Germaniâ.* Reſpondeat autem Wernerus Rolevincius: *Iſte Iohannes, Anglicus cognomine*, fortè etiam gente, parentum vel majorum ſuorum intuitu, *ſed natione Moguntinus.*

Ajunt, Johannam non potuiſſe Athenis ſtudia colere, *quum neque Athenæ eo tempore, neque in iis ampliùs ullum gymnaſium eſſet*, ut quidem ſcribit Onuphrius. Magnum magni hiſtorici, qualem Onuphrium fuiſſe libenter agnoſcimus, παρόραμα, à quo ſibi, dum theſin ſemel ſuſceptam nimio ſtudio tuetur, non cavit. Ut Athenæ initio ſeculi noni non fuerint, de quibus poſt captam demum Conſtantinopolim in poteſtatem Turcarum redactis ſcribit Lao-
De rebus nicus Chalcocondylas Athenienſis: *Tunc quidem rex Athenas pera-*
Turc.l.9. *grans & arcem contemplans, mirabatur urbis arciſq; magnificentiam.* Bellarminus idem argumentum majore urget conatu. *Conſtat*, inquit, *eo tempore neque Athenis, neque uſquam alibi in Græciâ fuiſſe ulla gy-*
epiſt.136. *mnaſia literaria. Scribit enim Syneſius in epiſtolâ ultimâ ad fratrem ſuum, ſuo tempore Athenis nihil fuiſſe, niſi nomen Academiæ. Fuit autem Syneſius paullo poſt tempora Baſilii & Nazianzeni.* Quum igitur, inquam, horum tempore ſtudia Athenis inſigniter floruerint, quî potuit fieri, ut tam citò penitus conciderent? Non arriſerunt Athenæ Syneſio, nec exſpectationi reſponderunt, quum primùm eò veniret. Idem accidiſſe ſcimus Baſilio, qui itidem, ut teſtis eſt Nazianzenus, *mære-*
Or. in lau- *bat, angebatur, quod ſibi de profectione gratularetur non habebat*, ἐζήτει
dem Baſilii. τὸ ἐλπισθὲν, κενὴν μακαρίαν Ἀθήνας ὠνόμαζε, *quod ſperaverat, quærebat, inanem felicitatem Athenas nominabat.* Et oportuit valdè eximium eſſe, unde Syneſio multum accederet, qui tamen ſcribit, δοκῶ μοι πλεῖν ἢ παλαιστῇ καὶ δακτύλῳ γεγονέναι σοφώτερος, *videor mihi plus palmo & digito ſapientior factus.* Quin etiamſi ſtudia Athenis, quum Syneſius ibi eſſet, concidiſſent, annon interea tanto tempore, quantum eſt inter Syneſium & Johannam, reſtaurari potuiſſent? Sed inſtat Bellarminus adhuc vehementiùs: *Scribunt etiam Cedrenus & Zonaras in vitâ Michaëlis & Theodoræ imperatorum, circa finem imperii Michaëlis, quando nimirum ſolus regnabat, matre Theodora amotâ, bonarum literarum & philoſophiæ ſcholas fuiſſe reſtauratas à Barda Cæſare, quum*

uſque

uſque ad illud tempus per annos plurimos ita fuiſſent exſtincta omnia ſtudia ſapientiæ in Græciâ, ut ne veſtigium quidem ullum exſtaret. Conſtat autem imperium Michaëlis ſolius, Theodorâ amotâ, incidiſſe in tempora Nicolai primi, qui ſucceſſit Benedicto tertio, qui ſucceſſerat, ut iſti fingunt, Iohannæ feminæ. — Ex quo ſequitur poſt mortem Iohannis vel Johannæ *iſtius cepiſſe in Græciâ reviviſcere ſtudia ſapientiæ.* Reſpondeo, Cedrenum & Zonaram non de universâ Græciâ, ſed de ſolâ Conſtantinopoli loqui, in quâ *τὴν ἔξω σοφίαν* obſolevisſe conqueruntur *τῇ τῶν κρατέντων ἀγείᾳ καὶ ἀμαθίᾳ, propter eorum, qui cum imperio erant, barbariem & inſcitiam.* Michaëlem & homines nihili, quibus ille auſcultabat, intelligunt. Nam aliàs fatetur & narrat uterque auctor, quomodo Theophilus imperator, Michaëlis parens, ſtudia in ſummo precio habuerit; cui quum aliquando eximia eruditio cujusdam Leonis philoſophi innotuiſſet, *ſtatim eum accivit, ditatumq́; publicè docere juſsit, gymnaſii in uſum ei concedens ædem XL. martyrum.* Et quum uſuram Leonis ad breve tempus Maumumus princeps Sarracenus enixè petiiſſet, pollicitus pro eo officio *auri centenaria centum, pacemq́; & fœdus perenne*; non annuit Theophilus, *abſurdum ratus barbaris prodere ſcientias, ob quas Romana gens in admiratione eſſet: Leonem verò majore porrò in honore habet, ac Theſſalonicæ epiſcopum creat. — Literis & poëtis Leo, ut ipſe ferebat, initiatus fuit Byzantii, Rhetoricam, Philoſophiam, Arithmeticam & reliquas ſcientias in Andro inſulâ didicit, ibi verſatus cum Michaële Pſello, præſtante viro.* Hæc verbis Cedreni, à Gulielmo Xylandro converſis. Incidunt illa Leonis & Pſelli tempora in ipſam Johannæ adoleſcentiam, quâ Athenas eam ab amaſio deductam Martinus ſcribit. Et ſi ſtudia in universâ Græciâ omnino refrixiſſent, unde hoc ipſo tempore tantâ & tam multiplici eruditione admirabilis prodiiſſet Photius? Eat nunc Bellarminus, & garriat, *eo tempore neque Athenis, neque uſquam alibi in Græciâ fuiſſe ulla gymnaſia literaria.*

Addit Onuphrius, *mendacium eſſe, eam tum bonas literas publicè in urbe* Româ *profeſſam eſſe, quòd ejus temporis hominibus nihil minus curæ eſſet, quam ut in urbe quiſpiam doceret.* Egregiam verò laudem Romanæ eccleſiæ audimus! Reſpondeo autem, quò rarior Romæ tum temporis erat eruditio, eò majori admirationi & majore in precio fuiſſe Johannam.

Pergit Onuphrius, *Nemo legitimus umquam pontifex creatus fuit*

per annos plus minus nongentos à ſancto Petro Apoſtolo usque ad Formoſum papam, qui ab ineunte ætate Romanâ in eccleſiâ educatus non eſſet, & per omnium ordinum eccleſiaſticorum gradus ad diaconatum ad minus, vel ſacerdotium ſaltim non adſcendiſſet. Formoſum quidem primum ex alterius eccleſiæ, Portuenſis videlicet, epiſcopo Romanum pontificem creatum eſſe, verum fortè fuerit. Sed ſi, nemo hactenus pontifex, niſi ab ineunte ætate, vel, ut poſteà loquitur Onuphrius, *ab incunabulis* in Romanâ eccleſiâ enutritus; unde ſuperioribus illis ſeculis pontifices, quos in Hiſpaniâ, Dalmatiâ, Thraciâ, Africâ, Syriâ natos fuiſſe legimus? Et quid impedit, quò minùs Johanna Romæ ad diaconatum vel etiam ad ſacerdotium adſcenderit? Adoleſcentula Athenas profecta eſt ſtudiorum gratiâ. Inde veniens Romam aliquamdiu publicè docuit, & ob eruditionem in precio fuit. Tandem *ſenex*, ut veriſimile eſſe ipſe Onuphrius agnoſcit, papa fit. Inter acceſſum ad urbem & papatum abundè eſt temporis, quo in clerum legi, diaconus, aut etiam ſacerdos creari potuit. Quod Martinus dicere videtur, eam *per triennium* Romæ docuiſſe, non ita legitur in omnibus codicibus. Minimè verò dicit, ſtatim exacto triennio pontificem creatam eſſe: ſed potius in triennali lecturâ (ſiquidem *trivium* vel *triennium*, ut diverſimodè codices habent, retinere omnino placet) magnos magiſtros auditores habuiſſe, propterea deinceps in urbe magni nominis fuiſſe, in clerum ſcilicet lectam, & ita demum ad pontificatum perveniſſe. Quamquam non video, quid ſit abſurdi, vel ſolo triennio per inſolitæ eruditionis opinionem effeciſſe, ut in clerum adſcita & ad ſacros ordines admiſſa aditum ad papatum habuerit. Malo tamen credere, diuturnius tempus interceſſiſſe, & ipſam in ſenectute demum, quod veriſimilius eſſe Onuphrius quoque largitur, ad pontificatum adſcendiſſe. Interim diſſimulandum non eſt, Genebrardum Onuphrianam de nemine niſi gradatim ad pontificatum evecto obſervationem *Anno 892.* falſi inſimulare. *Falſa eſt*, inquit, *ut pleraq; ejus aliæ*; productis in contrarium Teleſphori ex anachoreta, & Dionyſii ex monacho pontificum creatorum exemplis.

Ajunt, annos qui Johannæ tribuuntur, non convenire cum temporum ratione. At quid incertius eſt chronologiâ pontificum, *Vitâ Nicolai I.* hujus præſertim & ſubſequuti ſeculi? Onuphrius ipſe ad Platinam: *Quum ſequentes pontifices a Nicolao primo usque ad Clementem ſecundum,*

anno-

annorum videlicet propemodum CXXC, *neque perpetuum quemdam habeant ſcriptorem, & majorem ſuorum actorum partem amiſerint, tempo-ralia incerta & obſcura habent, ut neque quo loco, neq; quo ordine aliquot ſuorum pontificum nomina reponerentur, ſatis liqueat.* Addit Onuphrius in ſuo Pontificum chronico Platinæ ſubjuncto, nonnullis Johannam partim præcedentibus partim ſequentibus pontificibus menſes, imò annos, apud Marianum non repertos, è quibus biennium Johannæ facilè conficiatur. Tribuit Sergio ſecundo duos menſes, & Leoni quarto tres menſes, plus quàm Marianus. Nicolaus primus apud Marianum habet annos octo, dies novem; apud Onuphrium verò annos novem, menſes ſex: ita qui ſequitur Hadrianus ſecundus apud Onuphrium quatuor annos, apud Marianum nonniſi duos occupat. Talibus remotis, quantum Johannæ loci & temporis debetur, non poteſt deeſſe.

Baronius auctores hiſtoriæ confuſionis & diverſitatis, & per conſequens fabuloſitatis convincere nititur. *Audi inprimis, ait, quanta inter eos confuſio in conficta fæmina nomine. Alii enim ipſam Iohannam nominatam anteà Agnetem dixere, quæ ab alio reperitur appellata Gilberta; rurſum verò ab alio Iſabella, ab alio autem Margarita; Iuttam inſuper aliqui, aliquis verò Dorotheam nominavit.* Equidem tantam varietatem apud auctores mihi lectos & anteà productos non deprehendo. Quidquid autem ſit de nomine, quo in Germaniâ appellata aliquando fuerit, Romæ & in pontificatu Johannem dictam eſſe omnes conſentiunt. Germani quum ejusmodi fæmininum nomen in ſuâ linguâ non haberent, in Juttam id commutarunt. Chronicon itaq; Colonienſe, ed in urbe anno clↄ cccc xcix. editum, hiſtoriæ hanc epigraphen præmittit: Wie ein Wyff Pays ward zo Rome/ind wirt gemeinlich genoempt Pays Jutte. Anno 853. num. 67.

Alii eam vocant Iohannem ſeptimum, alii octavum, alii verò nonum. Quis verò ejusmodi variationi pontifices hujus nominis obnoxios eſſe ignorat? Interim Sabellicus, quod ſciam, ſolus ſeptimum vocat; reliqui omnes octavum: qui numerus, ſi fæmina hîc numerum faceret, rectè ſubductus.

Alii anno DCCCLIII, alii anno ſequente, alii anno DCCCLVII, alii verò alii ponunt. Quaſi non par, aut etiam major ambiguitas ſive varietas in annis plerorumque aliorum pontificum. Ab auctoribus tamen, qui à nobis laudati & producti ſunt, inter Leonem quartum

& Benedictum tertium in anno DCCCLIII. vel ſequente conſtanter ponitur.

Sed & in ſedis tempore quanta inter eos diverſitas & repugnantia? dum alii eam ſediſſe tradunt anno uno & menſe uno & diebus quatuor; alii annis duobus, totidemq; menſibus & diebus quatuor; alii duobus annis cum dimidio; duobus tantùm annis alii; alii verò quatuor tantùm menſes. At contrà ipſe Onuphrius diſertiſſimè: *Omnes, qui de eâ meminerunt auctores, Iohannis fœminæ pontificatum annorum duorum, menſium quinq; & dierum trium, inſuper menſtruam vacationem ſedis inter Leonis IV. & Benedicti III. ſacerdotium (præter unum tantùm mendoſum indicem in fine ſeptimi libri Othonis Friſingenſis collocatum) interponunt.* Paucis pontificibus annos, menſes, dies ſuos tanto conſenſu adſignatos deprehendas. Nondum igitur quicquam effecit Baronius.

Caterùm, ait Onuphrius, *hæc mulier non niſi in papatu imprægnatur? & quæ diu ante pontificatum amatorem habuerat ſine partu aliquo, nunc ſenex, ut veriſimile eſt, papa ingravidata peperit?* Reſpondeo, Johanna rerum naturalium perita medicamentis conceptum prohibuit vel abegit, quod quum fortè fiduciâ ſenilis ætatis facere neglexiſſet, Deo permittente flagitium tandem detectum eſt. Pergit autem: *Nónne ante partum uterum intumeſcentem præ ſe ferebat? & nemo ex tot familiaribus, ex tot aulicis, qui Romanum pontificem comitari ſemper ſolent, rem tam claram animadvertit?* Quaſi non quotidie uſu veniat, ut mulierculæ arte & vafricie Johannâ longè inferiores, ad ipſum usq; partus momentum, uterum celent.

Inſtat Bellarminus, *Dicunt Iohannam peperiſſe in itinere, quum ex Vaticano inviſere vellet eccleſiam Lateranenſem. At certiſſimum eſt, ut Onuphrius demonſtrat, pontifices non habitaſſe in Vaticano, ſed in Lateranenſi palatio usq; ad tempora Bonifacii noni. Quomodo ergo ſi in Laterano habitabat, volebat ex Vaticano inviſere Lateranum?* Reſpondeo, Martinus Polonus, qui hanc loci circumſtantiam annotavit, non dicit è palatio Vaticano in Lateranum iviſſe, ſed, *Quum de ſancto Petro*, è templo ſcilicet, ubi ſtatio fuerat & ſacra celebrata erant, *in Lateranum tenderet.* Onuphrii verba ex antiquâ memoriâ nonnihil memorandum complexa ſi quis deſideret, hæc ſunt: *Lateranenſis baſilica,* (*l. de præcip. urbis baſilicis.*) *alias ſancti Salvatoris, quæ & Conſtantiniana vocatur, principem locum intra urbem aliquamdiu obtinuit. Ipſa enim fuit Romanorum pontificum ſedes, ubi ipſi in patriarchéo juxta eamdem eccleſiam fabricato mille annis per-*

permanſere, à ſancto Sylveſtro papa, qui primus id condidit uſque ad Clemen-tis [illegible] *quincti pontificatum, qui Romanam curiam in Galliam tranſuexit,* [illegible] *& qui ei ſucceſſerunt quinq; Romani pontifices ad LXX. annos per-manſerunt. Cæterùm Gregorius XI, qui Romam Petri ſedem ex Avenione re-duxit, & qui ei ſucceſſerunt Romani pontifices, nequaquam ampliùs Latera-ni,* [illegible] *patriarchéo prope ſanctum Petrum in Vaticano perpetuam ſedem fi-xerunt, proxima molis Hadriani, quam in arcem verterunt, opportunitate ducti.* Et iterum: *Gregorio XI. ex Galliis ad urbem cum Romanâ curiâ re-verſo, & paullò poſt mortuo, qui ei ſucceſſit Urbanus VI. parum in urbe vixit. Sed Bonifacius IX. Neapolitanus occaſione molis Hadriani, quam in muni-tiſſimam arcem prius converterat, ductus, primus omnium Romanorum pon-tificum, Lateranenſi palatio omnino relicto, apud baſilicam S. Petri ſedes per-petuas poſuit, præſertim quum ibidem paullò antè Urbanus V. egregias ædes ſtruxiſſet. A quo tempore deinceps Laterani nullus Romanorum pontificum ampliùs habitavit.* Hæc obſervatu non indigna ex occaſione volui-mus inſerere.

Pergit Bellarminus; *Dicit Martinus & cæteri omnes iſtum Johan-nem in ſolenni & publicâ ſupplicatione peperiſſe. At certè nullam habet pro-babilitatem, quòd mulier uterum gerens jam tot menſes tunc maximè vo-luerit procedere, quando maximè periculum erat, ne detegeretur.* Reſpon-deo, apparet ex obitu puerperæ fœtum tempore parum congruo, & juſto maturiùs editum eſſe, ut caſum conſilio prævertere fæmina alioquin vaferrima nequiverit. Breviter, nihil profuit verſutæ ſua verſutia, quia juſto Dei judicio venerat *ſumma dies & ineluctabile tem*[illegible].

Baronius urget, & vehementer quidem, *Quomodo id exprobrare* *Anno 853. num. 65.* *præ*[illegible]*t Romanæ hoſtes eccleſiæ? Photiúsne pſeudoëpiſcopus, Romano-rum po*[illegible]*cum implacabilis hoſtis, tacuiſſet iſtud immane ſcelus, qui longè* [illegible] *anam eccleſiam objicit? quiq; inter alia ſede cenſeretur indi-g*[illegible]*d eſſet eunuchus, tacuiſſet dicere, quòd etiam fæmina thronum Ro-*[illegible]*ſcendiſſet? Sed & Michaël, qui hoc tempore orientale mo-derabatur* [illegible]*ium, & ejuſdem Photii ſtimulis in eamdem Romanam* [illegible] *concitatus, omne genus conviciorum in eam contumelioſus valdè* [illegible]*tacuiſſetne modeſtiæ cauſſâ adeo probroſa objicere & portentoſa* [illegible] R[illegible]ſpondeo, ut certi eſſe poſſemus id probrum ab impera-t[illegible] Græcorum Michaële & patriarcha Photio vel aliis recentio-[illegible] Romanorum pontificum adverſariis objectũ nunquam fuiſſ[illegible];

neceſſe

neceſſe foret extare omnia omnium ſcripta. Quæ ſi exhibere queat Baronius, nihilque tale in ullo eorum deprehendatur, fateor argumentum nonnullarum virium fore. Atqui extat quidem hodie epiſtola Nicolai primi pontificis, quâ imperatori Michaëli reſpondet: ſed Michaëlis epiſtola non extat. E Nicolai tamen epiſtolâ Michaëlem multa objeciſſe, quibus reſpondere Nicolaus ſubterfugeret, intelligimus. *Epiſtola*, ait, *veſtræ gloriæ tota blaſphemiis, tota erat injuriis plena.* Et cauſſas reddens, quare omnibus non reſponderit, primam facit ſuam ipſius ægritudinem; alteram legati Conſtantinopolitani feſtinationem; *tertiò*, inquit, *quia quum eadem quæ ſuperfuerunt in ipsâ epiſtola, ad quæ nihil reſpondimus, ſed potiùs philoſophando contemſimus, plena eſſent omni pravitate & blaſphemiâ, — non veſtra eſſe verba, quæ tam perperam ſonabant, credidimus.* De Photii verò

Anno 868. *num.*38. contra Romanos ſcriptis docet nos ipſe Baronius, Hadrianum ſecundum apud Baſilium imperatorem Michaëlis ſucceſſorem effeciſſe, ut Romam mitterentur, ubi in cineres ſint redacta. *Addit*, inquit, *Anaſtaſius in præfatione hiſtoricâ ad octavam ſynodum, pariter in hac* Romanâ *ſynodo juſſum, ut quod factum eſt Romæ de inflammatione ſcriptorum Photii, pariter Conſtantinopoli fieri deberet, ſi qua ibi exemplaria reperiri poſſent. Sic igitur quod faciendum Michaëli imperatori Nicolaus antè præceperat ut ſcripta ab eo blaſphemiæ in Apoſtolicam ſedem igni darentur, quum ille facere contemſiſſet, Deus voluit ut per ejus ſucceſſorem Baſilium eadem miſſa Romam publicè ſynodali judicio, magnâ ſua gloriâ, ſedisq; Apoſtolicæ honore, laudeq; ejusdem pontificis Nicolai, cœlo teſtante, populo acclamante, orbe Chriſtiano gaudente, perficeretur. In Photii enim illo volumine inſertas fuiſſe illas blaſphemas Michaëlis epiſtolas quis poterit dubitare?* Quid cauſſæ fuiſſe exiſtimabimus, quare in epiſtolas Michaëlis & ſcripta Photii tantopere Romani pontifices Nicolaus primus & Hadrianus ſecundus ſævierint, & omni ope atque conſilio, ut è naturâ rerum ſublata memoriæ poſteritatis ſubducerentur, enixi ſint? Quare non credamus & alia multa, & fœminam Romano throno haut ita pridem inſidentem aculeatis verbis objectam fuiſſe? quemadmodum poſteà ſanè à Barlaamo græco monacho factum eſſe paullò antè audivimus.

Porrò Leo nonus adverſus Michaëlem Conſtantinopolitanum & Leonem Acridanum epiſcopos ita ſcribit: *Abſit, ut velimus credere, quod publica fama non dubitat aſſerere, Conſtantinopolitanæ* *cap.*23.

ecclе-

eccleſiæ contigiſſe, ut eunuchos contra primum ſancti Nicæni concilij capitulum paſſim promovendo, fœminam in ſede pontificum ſuorum ſublimaſſet aliquando. Hoc tam abominabile ſcelus deteſtabileq; facinus etſi enormitas ipſius vel horror, fraternaque benevolentia non permittit nos credere; conſiderata tamen incuria veſtra erga ſanctorum cenſuram canonum, quia eunuchos & aliqua parte corporis imminutos non ſolùm ad clericatum, ſed ad pontificatum etiam indifferenter ac ſolenniter adhuc promovetis, fieri potuiſſe penſamus. Id Leo nonus non auſus fuiſſet ſcribere vel objicere, ſiquidem in ipsâ Romanâ eccleſiâ idem anteà contigiſſet, ait uterque Cardinalis. Nam *qua fronte* (Baronij verba ſunt) *potuiſſet in eos adeo acriter invehi, quòd eſſet de fœmina apud eos creata pontifice, famâ perlatum; ſi verum fuiſſet, fœminam in Apoſtolicum thronum acceptam, atq; in eodem puerum peperiſſe?* A Genebrardo *ratio hæc ineluctabilis* prædicatur. Reſpondeo autem, inter Johannam & Leonem nonum annos eſſe ducentos. Leonem igitur aut in memoriâ Johannam non habuiſſe; aut, ſi habuit, etiam ſciviſſe, monumenta ejus rei Græcis induſtriâ Nicolai primi & Hadriani ſecundi ſubtracta fuiſſe. Quum ſcriberet, inquam, aut Johannæ non meminerat, aut memoriam ejus apud Græcos intercidiſſe perſuaſus erat. De quâ hominis ſive incogitantiâ ſive confidentiâ eò certiùs conſtat, quò audaciùs & ſine ullo fundamento Græcis de fœminâ ad ſummum ſacerdotium evectâ objicere videmus.

Fundamentum quidem ejus objectionis aliquod invenire conatur Baronius, ne nugari vel calumniari videatur Leo nonus. Adeo autem ineptum & alienum profert, ut judicium, quemadmodum in pleriſque aliis, meritò deſideremus. *Fortaſſe*, ait, *id famâ vulgatum, quòd Michaël imperator, licet per ludum, unum è cinædis ſuis fecerit Conſtantinopolitanum patriarcham, qui cum aliis cinædis, epiſcopis pariter nominatis, obiret ſacra.* Anno 853. num. 59. Sceleratum iſtum ludum narrant Georgius Cedrenus & Johannes Curopalata, uterque iiſdem omnino verbis, ſicut alia ferè omnia. Hiſtoria enim Cedreni ab interitu Nicephori usque ad Iſaaci Comneni imperium, ſub nomine etiam Johannis Curopalatæ exſtat. Uter utrum deſcripſerit, neſciri puto. Ut lector ipſe totâ de re judicare poſſit, integrum locum è Cedreno per Xylandrum converſo apponemus. *Id verò juſtas adverſus Michaëlem iras concitabat, facinus deterrimum, quòd cœtum habebat ſecum impiorum, & ad omnem turpitudinem paratorum hominum: quos in ho-*

nore ille habens, ut rebus ſacris illuderet, veſtibus eos ſacerdotalibus auro intextis amiciebat, atq; humeralibus, cogebatq; turpiter & impurè ſacras actiones æmulari. Principem ejus cœtus Gryllum patriarchæ nomine ornabat: reliquos duodecim metropolitarum: ſeipſum quoq; unum pontificum, & coloniæ præſidem appellabat. Quum cantandum erat peragendis ſacrificiis, citharam adhibebant, modò ſenſim eam tangentes ut ſubtilem ederet vocem, modò ut magnum ſonitum exhiberet, ſicut in ſacrificiis ſacerdotes contentâ voce cantant. Aurea etiam & baccata gemmis vaſa habebant: ea aceto & ſinapi implebant, & communicantibus impertiebant, hoc modo impolluta deridentes myſteria. Hic cœtus aliquando beato patriarchæ obviam eſt factus, quum is ſupplicationis cauſſâ cum clericorum pompâ procederet. Quem ut conſpexit Gryllus, audacter admodum & impudenter abſq; ullâ cunctatione exemplum ſuum reliquis ſequentibus, veſte deducta pulſare citharam contentius cepit, & ſanctis hominibus obſcœnè convicia facere. Michaëlus porro matrem ſuam Theodoram adhuc in palatio degentem aliquando ad ſe vocavit, quaſi fauſta ei precaturo Ignatio patriarcha, quem adeſſe finxerat. Ut ergo ſanctiſſima mulier venit, & religioſè in ſolum ſe proſtravit, vota pro ſe concipi petens, ut quæ nihil ſiniſtri ſuſpicaretur, quum impurus Gryllus capitium barbam occultaſſet; Gryllus ſurgens crepitum ventris emiſit, & quædam ore ſuo digna blatteravit. Theodora facinus hoc ægerrimè ferens, deteſtata filium, vaticinataque eſt eum divinam indignationem brevi ſenſurum. Hæc tota res eſt, à duobus illis auctoribus prolixè narrata, brevius & obſcuriùs à Zonara; abſque quibus eſſet, penitus ignoraretur. Contigit autem ante pontificatum Leonis noni annis ducentis, circa ipſa papatus Johannæ tempora, quum Conſtantinopoli patriarcha eſſet Ignatius, cui poſteà oppoſitus Photius, uterque magni nominis, & ſuſpicionem de fæminâ illorum temporum patriarcha facilè excludentes. Quare itaque patriarcham fæminam Græcis Leo nonus objiceret, fundamentum prorſus nullum habuit.

Cæterùm ulteriùs etiam progrediuntur Cardinales, & hinc famam de pontifice fæminâ ortum hariolantur. Bellarminus *Fortaſſe hinc nata eſt fabula de Iohanne fæminâ. Quum enim rumor eſſet, quandam fæminam fuiſſe pontificem Conſtantinopolitanum, & deinde paullatim, omiſſo nomine Conſtantinopolitani remanſiſſet fama & opinio de fœminâ pontifice, & pontifice univerſali: ceperunt aliqui in odium Romanæ eccleſiæ dicere, fœminam illam Romanum pontificem fuiſſe. Et verò res*

eſt.

eſt, circa tempora ipſius Martini, Poloni ſcilicet, quem Bellarminus primum auctorem vult eſſe, *hanc famam exortam.* Atqui quódnam hujus famæ erat fundamentum? Et quomodo circa tempora ipſius Martini exoriri potuit? Martino enim flagitium Michaëlis quadringentis, Leonis noni pontificis epiſtola ducentis annis antiquior. Ætate quidem Mariani Scoti ſcripta fuit illa Leonis noni epiſtola. Baronius itaque, qui Marianum primum auctorem agnoſcit, majore confidentiâ uſus, *Ea*, inquit, *quæ ita erant famâ vulgata de eccleſiâ Conſtantinopolitanâ, converſa in Romanam eccleſiam à ſchiſmaticis eam odio proſequentibus & calumniis proſcindentibus, atq; ita, ut acceperit ipſe eam fabulam Marianus, eodem tempore ſcripſerit, quis non intelligat?* Fundamentum famæ, ut ex ipſo audivimus, ſcelus Michaëlis & Grylli, ante duo ſecula perpetratum. Quis id, quod niſi à Cedreno & Curopalata proditum eſſet, ignoraretur, Mariano incluſo monacho narravit? quâ ille vertigine è re ludicrâ rem ſeriam, è viro cinædo fœminam, è Gryllo Johannem, è perſonato Conſtantinopolitano patriarcha ſerium pontificem Romanum fecit? annos, menſes & dies pontificatus adſignavit? Haſce Cardinalium conjecturas ita frigidas eſſe, ut Scythicam glaciem frigore ſuo urere poſſint, quis non intelligat?

Denique Baronius hujuſmodi cudit argumentum: *Lupus abbas, Ferrarienſis natione, Gallus ſub diœceſi Senonenſi, ſcribens epiſtolam ad Benedictum papam, vocat eum ſucceſſorem Leonis, ac planè nullum inter Leonem & Benedictum interceſſiſſe pontificem, ſatis evidenter oſtendit. Item, Nicolaus papa, qui poſt annos quinque Benedicto ſucceßit ſucceſſori Leonis, in duabus ſuis epiſtolis ad Michaëlem imperatorem conſcriptis, tertiò repetit proximos prædeceſſores ſuos Romanos pontifices Leonem & Benedictum, nullo alio medio inter eos nominato.* Reſpondeo, hoc eos feciſſe & ex decoro, & ex vero. Ex decoro quidem, ut deteſtabilem & ſummopere pudendam ſuæ Romanæ eccleſiæ ignominiam, quantum poſſent, celarent, & ex hominum memoriâ abolerent. Ex vero etiam, quia Johanna verus pontifex non fuerat. Benedictus itaque tertius Leonis quarti verus, quin immediatus ſucceſſor; non minus, ac ſi ſede tantumdem temporis vacante ſucceſſiſſet; quia ſcilicet Johanna, quæ media interceſſerat, pontifex (ut diximus, & ipſi pugnant) non fuit. Quæ verò Baronius, ut fortiùs ſtringat, [illegible] enervet, ſubjicit, equidem me fateor non capere.

Nec eſt, quod quis dicere poſſit, ipſum Nicolaum *non numeraſſe Iohannam fœminam, quòd legitimus pontifex non fuiſſet. Nam quum ipſe de Ignatio agens patriarcha Conſtantinopolitano, numeret ejus ſedis annos duodecim usque ad violentam depoſitionem, factam ſui pontificatus tempore; plane declarat nullum alium interceſſiſſe pontificem inter Leonem & Benedictum: alioquin ſi in medio ſediſſet fœmina annis duobus & menſibus quinque, totidem anni adjungendi eſſent ſedi ipſius Ignatii.* Summa eſt, Nicolaus qui Leonem & Benedictum deceſſores ſuos prædicat, ſcribit ſuo tempore Ignatium, poſtquam annos XII. ſediſſet, dejectum eſſe. Ergo nulla inter Leonem & Benedictum potuit eſſe Johanna. Id verò quomodo ſequitur? Aut ego non capio, aut ſolennia delirat Baronius.

Quæ verò de more & iter obliquandi, & virilitatem explorandi à nonnullis ſcriptoribus hiſtoriæ adjiciuntur, ea talia ſunt, ut neque ad ſummam rei quicquam faciant, neque niſi in rem præſentem veniatur, certò dijudicari poſſint. Ita alii memorant Senis in mediâ Italiâ templum eſſe Divæ Catharinæ, in quâ inter aliorum pontificum marmoreas effigies Johanna quoque ſub titulo fœminæ ſpectetur. Norint, qui viderint. Interim de more declinandi infamem locum, *non abnuit* Platina, cui res non potuit eſſe incomperta. Onuphrius autem ut alia, ita etiam hoc ipſum eludere conatus, *Quia*, ait, *per medium amphitheatrum ob loci anguſtiam magnâ hominum & equorum manu comitatus pontifex tranſire nequit, ſiniſtrâ ad coloſſéum deflectit, deinde rectà progreditur verſus SS. Petrum & Marcellinum, revertendo denuò circum amphitheatrum ad viam, quæ ſub SS. quatuor coronatis ad Lateranum ducit.* Comitatum pontificium equidem non ut aciem in latum, ſed, ut in proceſſionibus fieri amat, in longum exporrigi puto. Anguſtiam itaque loci tranſitui is obſtare haut temerè crediderو. Quum typum urbis à Pyrrho Ligorio editum intueor, video viam à colloſséo verſus templum S. Clementis rectà ad Lateranum ducere: alteram verò, quam Onuphrius deſcribit, per longas ambages & anfractus extendi. Sed qui loca viderunt aut vident, accuratiùs iſta arbitrari poterunt.

Sedes perforata, quam liber Pontificalium ceremoniarum Stercorariam appellat, novumque pontificem in eâ commemorat ſediſſe ita, ut potius jacere videretur, ad ætatem usque patrum noſtrorum in patriarchéo Lateranenſi, ubi conclave eligendi ponti-

fici

[illegible]ribus, quum ipſi adhuc ibi habitarent, habebatur, ſuperfuiſſe dicitur. In chronico manuſcripto, quod in bibliothecâ Juliâ ſub nomine Fratris Kœrneri viſitur, incipiens in conditu Romæ & in Conſtantienſi concilio finiens, ita lego: *Propter hunc errorem cavendum diligentia ſolers ſemper adhibetur in electione papæ de virilitatis & ſexus certitudine.* Extant etiam in eam rem epigrammata nonnulla, neque recentia, neque à Proteſtantibus profecta. Jani quidem Pannonii:

Petre tuâ quadam fuit auſa ſedere cathedrâ,
Orbi terrarum jura ferenda dedit.
Hæc compreſſa quidem multos latuiſſet in annos,
Facta foret partu ni manifeſta novo.
Poſt hæc Roma diu ſimili ſibi cavit ab aſtu,
Pontificum arcanos quærere ſueta ſinus.
Nec poterat quiſquam reſerantes æthera claves
Non exploratus ſumere teſticulis.
Cur igitur noſtro mos hi[illegible] tempore ceſſat?
Ante pro[illegible] qu[illegible] libet eſſe marem.

Et [illegible] Paulo ſecundo:

Pon[illegible]is Pauli teſtes ne [illegible]oma requiras,
[illegible]lia quam genuit ſat docet eſſe marem.
Sa[illegible]m non poſſum, patrem te dicere poſſum,
Quum video gnatam, Paule ſecunde, tuam.

[illegible] item de Innocentio octavo:

Qu[illegible]ueris teſtes, ſit mas an fœmina Cibo?
Reſpice natorum, pignora certa gregem.

Sed i[illegible] ut etiam anteà monebamus, ſive ita ſe habeant, ſive ſecus, [illegible] negocii nihil faciunt. Poterunt ut cuiq; videbitur, ſummâ [illegible] vel affirmari, vel negari. Temerè tamen negari fama ali[illegible]culorum memoriam pervagata prohibet.

[illegible]oria itaq; Johannæ papiſſæ, antè annos ſexcentos in lite[illegible], & ex eo à plurimis auctoribus omni adfectu vacuis unani[illegible] lecta, nemine uſpiam contradicente vel inficias eunte, niſi [illegible]centum annis impugnari primùm cepit argumentis infir[illegible]s, quam ut eam convellere ullo modo poſſint, in poſſeſſio[illegible] manet, [illegible] fide & adſenſus certitudine, quâ cæteras ple[illegible] ante aliquot ſecula ab hominibus & inter homines geſtas

admittimus, credi digna. Quia enim ei evertendæ, quæ proximo ſeculo excogitata ſunt, minimè ſufficiunt, ſed facillimè omnia, ut patuit, diſſolvuntur; ideo ſuperiorum tot ſeculorum teſtimonio ſua adhuc conſtat fides & auctoritas, & porrò conſtabit. Detrahi enim non poſſit, niſi res, quæ geſta narratur, evidenti veritati derogare oſtendatur. Quod ab ingeniis in hanc & alias Romanæ ſedis maculas eluendas intentiſſimis nec hactenus præſtitum eſt, neç ſpes eſt præſtari poſſe.

Quamquam quid hyperaſpiſtæ Romani lucrarentur, ſi vel maximè memoriam Johannæ expungere poſſent, non video. Seriem & ſucceſſionem videntur vindicare velle? Sed eam nihilominus turbat tot pontificum incertus ordo, de quo ex Onuphrio
pag.348. ſuprà audivimus, tot etiam & adeo diuturna ſchiſmata, ut parum ſit unius rupturæ ſuſpicionem amoviſſe. Laudem verò puritatis & ſanctitatis non patiuntur Romanæ ſedi auferri, & tantæ turpitudinis notam inuri? Sed ſic quoq; fruſtra ſunt. Quid enim ad turpitudinem intereſt ſcortum Romanæ ſedi inſidere, an è ſcorto & ſcortatione progenitum, ſcortationibus & adulteriis totum deditum, à ſcortis promotum & intruſum? Talia enim in poſt-ſequutos Romanos pontifices nonnullos competere, mox patebit.

Priùs ſaltim monemus de epiſtolâ Udalrici epiſcopi Auguſtani, quâ Nicolaum primum, cujus toties ſuprà facta eſt mentio, adverſus ſacrorum miniſtrorum conjugia inſurgentem, ex Scripturâ & antiquitate eccleſiaſticâ cùm liberè tum acerbè coarguit. Epiſtolæ hujus meminit Bertoldus presbyter Conſtantienſis, Appendice ad chronicon Hermanni Contracti, à Chriſtiano Urſtiſio in ſuo Germanicorum ſcriptorum volumine primùm in lucem emiſsâ. Verba ſunt: *Anno cIↃ LXXIX. Gregorius papa ſynodum Romæ menſe Februario collegit. In hac presbyteros deinceps in fornicationem lapſos, abſque ſpe recuperationis, depoſuit, & ſcriptum, quod dicitur S. Vdalrici ad papam Nicolaum de nuptiis presbyterorum, & capitulum Paphnutii de eadem re, imo omnia ſacris canonibus adverſa damnavit.* Bartoldus
l. de ſcriptor. eccl. iſte vir *devotus, ſtudioſus & eruditus* fuiſſe, & circa tempora Henrici IV. Imperatoris vixiſſe à Trithemio traditur. Ab annis itaque ſexcentis epiſtola illa, & ſub nomine quidem S. Udalrici in manibus hominum verſata fuit. Antiquam ſanè eſſe ipſa arguit dictio. Eam quo-
ante med. que intellexiſſe videtur Æneas Sylvius, quum ſcripſit libro de mori-

moribus Germanorum: *Tranſimus Auguſtam Vindelicorum, Sanctus Vldaricus huic præſidet, qui papam arguit de concubinis.* Hermannus quidem Contractus & Abbas Urſpergenſis Udalricum Auguſtano epiſcopatui admotum eſſe ſcribunt anno DCCCCXXIV, quando jampridem vitâ functus erat Nicolaus pontifex. Obiiſſe autem tradunt anno DCCCCLXXVI, Sigebertus; anno obitus Othonis magni Otho Friſingenſis *libro IV, cap. XXIV*; anno DCCCCLXXIII. Trithemius *in Chronico Hirſaugienſi*. Iſte igitur Udalricus alius ab auctore epiſtolæ, eo videlicet, quem Onuphrius in Chronico eccleſiaſtico Coloniæ edito, quod ad manum nunc non eſt, circa initium pontificatus Nicolai & annum DCCCLIX. collocare à Catalogo teſtium veritat[illegible] p[illegible] bibetur. Duos enim fuiſſe oportet hujus nominis Auguſt[illegible] e[illegible]opos, haut maximo temporis intervallo diviſos: quod etiam di[illegible]è agnoſcens auctor Compilationis chronologicæ, inter ill[illegible]s veteres rerum Germanicarum ſcriptores à Joanne Piſtorio edi[illegible] *Anno* inquit, *DCCCCLXXIIX. ſanctus Vdalricus Auguſtæ epiſcopus* [illegible]*gravit ad Chriſtum.—Et iſte fuit ſecundus ejuſdem nominis, & ambo ſunt* [illegible]*, & eorum ſolennitas in Sueviâ ſolenniter celebratur.* Non eſt itaq[illegible], quòd epiſtola rejiciatur, quia ei non conveniant tempora poſt[illegible] U[illegible]alrico à Contracto, Sigeberto, Friſingenſi, Urſpergenſi & T[illegible]mio adſignata. Prioris enim fuerit, quem cum poſteriore a[illegible]s confuſum eſſe, ut fieri amat, veriſimile eſt. Quare Gabriel V[illegible] [illegible]ctiùs, quàm alii hodie Pontificii, ſine tergiverſatione *In 3. diſp.* ut [illegible]n ſcriptum, adlegat & admittit. Integrum autem, ut 267. c. 4. ip[illegible]pſo ſuam antiquitatem lectori probet, in fine ſubji[illegible].

Nunc ad conſiderandum, quàm ſancti, quàm puri, quàm pudici [illegible] fuerint Romani pontifices, nos conferamus. Hadriani [illegible] Nicolao proximi ſucceſſor fuit Johannes octavus, qui [illegible] o[illegible]itum patriarchæ Ignatii Photium recepit & admiſit, etiam[illegible] *præ[illegible]ceſſorum ſcriptis obfirmata & juramentis ſtabilita de Photio* [illegible] *recipiendo ſententia; cui & ipſe Iohannes, quum eſſet archidia*[illegible] *univerſâ eccleſiâ conſenſerat, & magnâ aſſertione juramenti* [illegible] *firmaverat atque ſubſcripſerat*, ut ſcribit Baronius. Perjurus *Anno 879.* [illegible] hic [illegible] Johannes. Baronius autem novam rationem ele- *num. 5.* [illegible] ap[illegible] hiſtoriæ ſibi inveniſſe videtur. *Hinc, inquit, fa*[illegible] *ob nimiam Iohannis animi facilitatem & mollitudinem, abjectâ*

jectâ penitus omni virilitate, fractus animo, ſacerdotalis conſtantiæ expers, atq; robore enervatus, non papa, ut Nicolaus & Hadrianus, ſed papiſſa fuerit contumeliæ loco dictus; utpote quòd qui nec reſiſtere ſciret eunucho, quiq; vinceretur à ſemiviro, non vir, ſed eſſet fœmina potiùs nuncupandus; & ſic nomen contumeliæ tranſierit poſteris rerum inſciis in veritatis opinionem, atq; ita à compluribus decantatum fuerit, Iohannem octavum papam fuiſſe fœminam; ſicq; jactata vulgò invenerit eo modo locum fabula. Hujus perbellæ conjecturæ nec cuiquam ante ipſum, nec ipſi, quum de Johannâ ſuo loco tractaret, in mentem venerat. Quid autem Johannæ, inter Leonem quartum & Benedictum tertium per biennium & ſex menſes mediæ, cum hoc Johanne Hadriani ſecundi ſucceſſore, qui integrum decennium ſedit, commune? Et quid hic Johannes commiſit, ut puerum peperiſſe diceretur?

Futilia igitur ejusmodi commenta miſſa faciamus, & conſideremus, quæ nos admonet Gilbertus Genebrardus, quarto libro ſuæ Chronographiæ, ſub initium ſeculi decimi. *Per annos ferè CL, pontifices circiter quinquaginta, à Iohanne ſcilicet octavo, qui Nicolao primo & Hadriano ſecundo ſanctis pontificibus ſucceſſit, ad Leonem nonum usque, a virtute majorum prorſus defecerunt, apotactici apoſtaticive potiùs, quam Apoſtolici.—E tanto pontificum numero quinq; modò, & ſatis tenuiter laudantur, Martinus II, Agapetus II, Iohannes XVII, Sergius IV, Gregorius VI.* A Johanne octavo ad Leonem nonum usq; per annos CL. (quamquam reverà plures ſunt) pontifices apotacticos & apoſtaticos ſediſſe teſtatur Genebrardus, quo iniquiorem & maledicentiorem hoſtem Proteſtantes vix umquam ſunt experti.

Platina quum de Formoſi ſucceſſoribus, qui adverſus ſe invicem exacerbati alter alterius acta hactenus infregerant, egiſſet, *Sanctitate*, ait, *& doctrinâ, quæ non niſi magnis laboribus conſummataq; virtute comparantur, pontificium decus ſine ullis opibus primò quidem auctum eſt inter tot hoſtes & obſtinatos perſequutores Chriſtiani nominis: mox verò ubi cum ipſis opibus laſcivire cepit eccleſia Dei, verſis ejus cultoribus à ſeveritate ad laſciviam, peperit nobis tanta licentia peccandi, nullo principe flagitia hominum tum coërcente, hæc portenta, à quibus ambitione & largitione ſanctiſſima Petri ſedes occupata eſt potiùs, quam poſſeſſa.* Hactenus Platina. *In Benedicto 4.*

Ipſe Baronius, ubi horum temporum hiſtoriam exponit, *Intruſi*, inquit, *in cathedram Petri, ſolium Chriſti, ſunt homines monſtruoſi,* *Anno 897. num. 4.*

vita

vita turpiſſimi, moribus perditiſſimi, uſquequaq; fœdiſſimi. Poſt pauca verò non adeo mirandum vel indecens eſſe contendit: nam *quum Chriſtus non dedignatus ſit adeo ſceleſtos atq; adeo impios in ſua genealogia habere prædeceſſores; quid adeo mirandum & indecens, ipſum etiam habere paſſum eſſe ſucceſſores hujuſmodi homines peccatores, licet numquam impios ſicut illos?* Nunc etiam porrò diſcimus, pontifices eſſe ſucceſſores Chriſti; & etiamſi vitâ turpiſſimi moribusq; perditiſſimi ſint, tamen impios non eſſe. Ita novis doctrinis alijs ſuper alijs nos beat Baronius. Item, *ſtertentibus omnibus, quibus ad regimen fuerat vigilandum,* An. 899. pontificibus videlicet, *imò iiſdem ipſis, ut Apoſtolica navis fluctibus obruta penitus mergeretur, operam dantibus;* —— *Chriſtum ipſum navis gubernaculum tenuiſſe, Petrum adſtitiſſe, inſtitiſſeq; Apoſtolos ceteros remis, ipſosq; Angelos gnaviter miniſtraſſe.* num. 3.

Exorſus ab anno nongenteſimo ſeculum decimum, *quod,* ait, *ſui aſperitate ac boni ſterilitate ferreum, maliq; exundantis deformitate plumbeum, atq; inopia ſcriptorum appellari conſuevit obſcurum;* id, inquã, exorſus ſub initium monet, *ne quid ſcandali puſillus animo patiatur, ſi quando videre contigerit abominationem deſolationis in templo,* id eſt, flagitioſum pontificem in ſede pontificiâ. *Eſt planè,* inquit, *ut vix aliquis credat, quàm indigna, quamq; turpia atq; deformia, execranda inſuper & abominanda ſit coacta pati ſacroſancta Apoſtolica ſedes, in cujus cardine univerſa eccleſia catholica vertitur, quum principes ſeculi hujus quantumlibet Chriſtiani, hac tamen ex parte dicendi tyranni ſæviſſimi,* (quo jure quave injuriâ ita loquatur, nunc non vacat diſputare) *arrogaverunt ſibi tyrannicè electionem Romanorum pontificum. Quot tunc ab eis, proh pudor! proh dolor! in eamdem ſedem Angelis reverendam, viſu horrenda intruſa ſunt monſtra!* Porrò *hoc anno* nongenteſimo *Stephanus Apoſtolicæ ſedis invaſor,* quum quadriennio eam tenuiſſet, *& ipſe pulſus detruditur in carcerem, ubi pariter ſtrangulatur.* — *Ita quidem paſſus facinoroſus homo, quiq; ut fur & latro ingreſſus eſt in ovile ovium, laqueo vitam, adeo [illegible] exitu, vindice Deo, clauſit. Ita quidem omnia Romæ tam ſacra quàm profana factionibus miſcebantur, ut penes illam partem eſſet promotio ad Apoſtolicam ſedem Romani pontificis, quæ potentior appareret, ut modo Romanorum proceres, modò Hetruriæ princeps intruderet ſeculari potentia quem vellet, & deijceret quem poſſet Romanum pontificem à contraria factione promotum. QVÆ TOTO HOC FERME SECVLO SVNT ACTITATA, quò uſq; Germani Imperatores Othones medij interceſſere utriq;*

Ann. 900. num. 1.

num. 3.

num. 6.

parti contrarij, arrogantes licet & ipſi ſibi pariter Papæ electionem atq; electi dejectionem.

Ann.908. Iterum: *Sunt hæc infeliciſſima tempora, quum alter alterius res ge-*
num. 3. *ſtas, intruſus quisq; pontifex aboleret. — At, quod mirandum eſt, iſti licet ta-*
num.4. *les fuerint, tamen eo honoris & reverentiæ fideles omnes, præſertim longè poſiti boreales populi proſequebantur Romanam eccleſiam, ut quemcumq; in ea ſedentem audirent nomine tenus pontificem, eumdem, mirum dictu, nulla habita diſcuſſione ejus ingreſſus, ut Petrum colerent. Quum tamen eosdem ſedis Apoſtolicæ invaſores, non Apoſtolicos, ſed Apoſtaticos eſſe dicendos ec-*
num. 6. *cleſiaſtica benè diſpoſita cenſuit diſciplina.* Exinde commemorat, quomodo Theodora fœmina nobilis Romana, *filias proſtituens pontificibus, ſedis Apoſtolicæ invaſoribus, & Thuſciæ marchionibus,* tantam adepta ſit potentiam, ut ipſa filiæq; *pro arbitrio legitimè creatos dimoverent pontifices, & violentos ac nefarios homines, illis pulſis intruderent.*

Sed præſtat illa verbis Luitbrandi Ticinenſis, qui res ſuo tempore per Europam geſtas deſcripſit, quibus ipſe quoq; ſubinde uti ſolet Baronius, exponere. Johannes Ravennas, decimus videlicet ejus nominis Romanus pontifex, quem undecimum appellat Platina, Sergijq; tertij pontificis filium facit, perperam tamen, nempe
lib.2.c.15. huic tribuens, quod ſequenti Johanni competit; iſte Johannes Ravennas *nefando ſcelere,* ut Luitbrandus loquitur, *contra jus faſq; pontificij culmen obtinuit. Theodora ſcortum impudens, quod dictu etiam fœdiſſimum eſt, Romanæ civitatis non inviriliter monarchiam obtinebat. Quæ duas habuit natas Maroziam atq; Theodoram ſibi non ſolum coæquales, verumetiam Veneris exortivo promtiores. Harum unà Marozia ex Papa Sergio, Iohannem, qui poſt Iohannis Ravennatis obitum ſanctæ Romanæ eccleſiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio. Ex Alberto autem marchione Albericum, qui noſtro poſt tempore Romanæ urbis principatum uſurpavit. Per idem tempus Ravennatis ſedis, quæ ſecundus poſt Romanum Archiereum archipræſulatus habebatur, Petrus pontificatum tenebat. Qui dum ſubjectionis officio debitæ nominatum Iohannem papam, qui ſuæ miniſter eccleſiæ tunc temporis habebatur, Romam ſæpiùs & iterum domino dirigeret papæ; Theodora, ut teſtatur vita ejus, meretrix impudentiſſima Veneris calore ſuccenſa, in hujus ſpeciei decorem vehementer exarſit, ſecumq; hunc ſcortari non ſolùm voluit, verumetiam atq; etiam pòſt compulit. Hæc dum impudenter aguntur, Bononienſis epiſcopus moritur, & Iohannes iſte loco ejus eligitur. Paullò pòſt ante hujus diem conſecrationis nominatus Ravennas archiepiſcopus.*

ſcopus mortem obijt, locumq́; ejus Iohannes, Theodoræ inſtinctu, priore Bononienſi eccleſia deſerta, ambitionis ſpiritu inflatus contra ſanctorum patrum inſtituta ſibi uſurpavit. Romam quippe adveniens mox Ravennatis eccleſiæ ordinatur epiſcopus. Modica verò temporis intercapedine, Deo vocante, qui eum injuſtè ordinaverat papa, defunctus eſt. Theodora autem Glycerij mens perverſa, ne amaſij ducentorum miliariorum interpoſitione, quibus Ravenna ſequeſtratur à Roma, rariſſimo concubitu potiretur, Ravennatis hunc ſedis archiepiſcopatum coëgit deſerere, Romanumq́; proh nefas! ſummum pontificium uſurpare.

Hîc jam exclamat Baronius, *Quæ tunc facies ſancta eccleſiæ Ro-* Ann. 912.
manæ? quàm fœdiſſima, quum Romæ dominarentur potentiſſimæ æquè ac num. 8.
ſordidiſſimæ meretrices? quarum arbitrio mutarentur ſedes, darentur epiſcopi, &, quod auditu horrendum & infandum eſt, intruderentur in ſedem Petri earum amaſij pſeudopontifices, qui non ſunt niſi ad conſignanda tanta tempora in catalogo Romanorum pontificum ſcripti. Quis enim à ſcortis hujusmodi intruſos ſine lege legitimos dicere poſſet Romanos fuiſſe pontifices? —Qualéſnam veris delectos ab hiſce monſtris presbyteros & diaconos cardinales fuiſſe putandum; quum nihil tam naturæ inſitum ſit, quàm unumquemq; ſibi ſimilem generare? Interim, ut idem alibi nobis cupit per-
ſuadere, *ex multis apparet, orbem Chriſtianum cognoviſſe ſummum pontifi-* Ann. 922.
cem Iohannem invaſorem, nemine ſibi arrogante de Apoſtolica ſede & judi- num. 2.
cium tanti ponderis, exiſtimans unuſquiſq; nomen etiam, malè licet uſurpatum, ipſius Romani pontificis veneratione dignum; quod ſemel ſuſceptum ab aliquo, nemo auderet contemnere. Quod ſi tanti vitrum, quanti margaritum?

Tribuit Baronius huic tam bellè depicto Johanni pontificatum annorum xvi; poſt quos, à matre Theodorâ olim evectus, tan-
dem à filiâ Marozia dejiciatur, in carcerem truſus & cervicali in os Ann. 928.
conjecto ſuffocatus. *Sic igitur*, inquit, *dignum ſuis ſceleribus finem ac-* num. 2.
cepit invaſor & detentor injuſtus Apoſtolicæ ſedis Iohannes, ut qui per impudicam fœminam ſacroſanctam Apoſtolicam ſedem violentus arripuit, æquè per impudicam mulierem ejectus, & conjectus in carcerem, ea ſimul cum vita caruerit.

Poſt exſtinctum Johannem decimum obtinuit Marozia, ut ſuus ipſius & Sergij tertij papæ filius, Johannes undecimus dictus,
ſubſtitueretur. *Ipſum Maroziæ filium*, ait Luitbrandus, *nomine Iohan-* lib. 3. c. 12.
nem, quem ex Sergio papa meretrix ipſa genuerat, papam conſtituunt. Ba-

Ann. 931. num.1. ronius obſervat, *hunc adhuc ætate juniorem fuiſſe,* quippe *qui matrem talem meretricem haberet, ætate florentem, amoribus aptam, ut ſua pulcritudine Hugonem Italiæ regem poſt mariti VVidonis obitum provocarit.* Rurſus autem in admirationem & ſtuporem totus reſolvitur. *Hic,* Anno 933, num.5. inquit, *mirari non deſino,* (ſi deſineret enim, impietatis ſeſe alligaret) *quod quum tale monſtrum ſedem Apoſtolicam occupaſſet, cui non ætas, non natalitia, non legitima ſuffragaretur electio, & qui nihil niſi nomen pontificis malis uſurpatum artibus retineret; tamen nomen tantùm reveriti pontificis epiſcopi, qui procul eſſent, omnem ei exhibuere reverentiam:* & probat exemplo Artaldi Remenſis archiepiſcopi, qui ab hoc Johanne pallium petierit. *Tantus vir ergo,* ait, *tanti facit Romani pontificis nomen in homine immerito, illegitimè collocato: non ipſo neque ullo alio audente ſuper Romanum nominatum pontificem ſibi arrogare judicium.* Nempe eò tandem rem deduci oportuit, ut quamvis ſcortum, ſive, quod ad turpitudinem parum intereſt, ſcorti amaſius aut ſcorti fœtus calcatis divinis pariter & humanis legibus Romano throno inſideat; omnes tamen illud, quantum quantũ monſtrum, Romani pontificis titulo ſeſe venditans, colant & adorent, nec quiſquam ſibi arrogare judicium vel contrà hiſcere audeat. Perveniſſe autem vult Baronius Johannem, de quo nunc verba fecimus, ad annum pōtificatus ſui ſextum, mortuumq́; eſſe anno DCCCCXXXVI.

Johanni vndecimo jungamus Johannem duodecimum, antea Octavianum dictum, natum ex Alberico principe Romano, Johannis undecimi fratre, longè etiam patruo deteriorem. Baronius Anno 955, num. 3. initium pontificatus ejus confert in annum DCCCCLV, & oſtendit, *ipſum ad ſummum non niſi annos XIIX. habere potuiſſe, quum invaſit pontificatum: — ut nullo pacto,* inquit, *dicendus tunc fuerit legitimus iſte pontifex, in cujus electione lex nulla ſit ſuffragata, ſed omnia vis & metus impleverint; quum qui nec ætate diaconus eſſe potuit, oſtenſus ſit tamquam in ſcena mimus pontificem agens. Attamen accedens conſenſus, hunc tolerandum utcumque perditiſſima illa tempora ſuaſerunt magis, quàm eccleſiam ſchiſmate ſcindere; cujus vitandi cauſſa, utpote mali omnium peſſimi, univerſa catholica eccleſia eum eſt venerata pontificem, minoris ſciens eſſe mali monſtruoſum quantumlibet caput ferre, quam duobus capitibus infamari.*

VVernerus Rolevincius in Faſciculo ſuo ad hæc tempora annotavit: *Sanctitas papas dimiſit & ad Imperatores acceſſit hoc tempore,*

ſicut:

ſicut clarè apparet. Nam quum ſceleratos adeo pontifices haberet Roma, produxit Germania laudatiſſimos Imperatores, qui utrum pietate an fortitudine præſtantiores haberi debeant, dubium poſteris reliquerunt, Henricum videlicet Aucupem, quem Baronius ipſe, plerumq; aliàs Imperatoribus parum æquus, *Chriſtianæ religionis decus* appellat; hujusq; filium Othonem magnitudine rerum geſtarum *Ann. 939. num. 1.* cognomen Magni promeritum. Ad quem quum Johannes duodecimus aliiq́; Italiæ cùm epiſcopitum principes de tyrannide Berengarij & Adelberti conqueſtum miſiſſent, ut ipſe cum valido exercitu in Italiam deſcenderet & tyrannos compeſceret, impetrarunt. In Germaniam autem reverſus audit Johannem pontificem partes tyrannorum, contra quos opem auxiliumq́; haut ita pridem imploraverat, fovere. Id ſummoperè miratus Romam, num res ita ſeſe habeat, percontatum mittit. Quò *quum nuncij perveniſſent, hujusmodi non à quibuslibet aut paucis, ſed ab omnibus Romanis civibus reſponſa ſuſcipiunt. Non diſpar videtur ratio, cur Iohannes papa ſanctiſſimum Imperatorem, ſuum ſcil. ex Adelberti manibus liberatorem, & diabolus oderit creatorem. Imperator, quemadmodum re ipsâ experti ſumus, ea quæ Dei ſunt ſapit, operatur, diligit, eccleſiaſtica & ſecularia negocia armis tutatur, moribus ornat, legibus emendat. Iohannes papa his omnibus adverſatur.* Non *clam eſt populo, quod fatemur. Teſtis eſt Rainera ſuiipſius militis vidua, quam cæco captus igne multis præfectam urbibus, ſacroſanctis beati Petri donavit aureis crucibus atque calicibus. Teſtis eſt Stephana ejus amica, quæ in effuſione, quod ex eo conceperat, recens hominem exuit. Quod ſi cuncta taceant, Lateranenſe palatium, ſanctorum quondam hoſpitium, nunc proſtibulum meretricum, non ſilebit amicam conjugem, Stephanæ patris concubinæ ſororem.* *Luitbrãd. lib. 6, c. 6.* *Teſtis omnium gentium, præterquam Romanorum, abſentia mulierum, quæ ſanctorum Apoſtolorum limina orandi gratiâ timent viſere, quum nonnullas ante dies paucos hunc audierint conjugatas, viduas, virgines vi oppreſſiſſe. Teſtes ſunt ſancta Apoſtolorum eccleſia, quæ non ſtillatim pluviam, ſed totum intrinſecus, ſupra ipſa etiam ſacroſancta altaria, imbrem admittunt. Quanto nos terrore tigna afficiunt, quum divinam opem eodem depoſcimus? Mors in tectu regnat, quæ nos orare multa volentes impedit, atq; domum Domini mox linquere cogit. Teſtes ſunt non ſolùm juncearum curatura, ſed & quotidianarum formarum mulieres.* Cui *eadem ſunt, & ſilicem pedibus quæ concerunt atrum, & quæ magnorum ſubvehuntur adjutorio jumentorum. Atque hoc rei eſt, quòd tanta ei cum Imperatore ſancto diſcordia*

eſt lupis & agnis quanta ſortito obtigit. Illi hoc ut impunè liceat, Adelbertum ſibi tutorem & defenſorem parat.

Præfat. Iſta omnia Luitbrandus Ticinenſis, ſcribens, *ſicut is, qui non auditu dubius, ſed viſione certus.* Baronius quidem primus mortalium narrationem novam, quæ à capite ſexto libri ſexti incipit, alterius contendit eſſe auctoris, ſed conjecturis nimium infidis & argumentis infirmis. Quod ſi tanti eſſet, in promtu oſtendere. Cæterùm operam eâ in re âbuti nihil attinet, quum Baronius, etiamſi di-
Anno 963. num. 2. verſum eſſe velit, fateatur tamen, *quisquis ille fuerit, cuncta ob oculos habentem deſcripſiſſe*; & ex eo omnia verbatim in ſuos Annales, tamquam fide digniſſima, transferat.

Ex eo igitur etiam nos, quæ ſequuta fuerunt (ſunt enim apprimè memorabilia) adjiciemus. Quum Imperator è nuncijs redeuntibus, quid Romani cives de pontifice ſuo retuliſſent, audiviſſet, *Puer*, inquit, *eſt; facilè bonorum immutabitur exemplo virorum. Spero eum objurgatione honeſta, ſuaſione liberali, facilè ex illis ſeſe emerſurum malis, dicemusq; tunc cum propheta, Hæc eſt immutatio dexteræ excelſi. Quod priùs rerum ordo depoſcit, Berengarium in Feretro monte reſiſtentem propulſemus: dein paterna admonitione dominum papam conveniamus. Si non voluntate, verecundia ſaltem in virum perfectum ſeſe mutet; ſicq; forſitan devictus bene conſueſcere, ſtudebit his deſueſcere.* Ducitur itaque in Berengarium: legati inter Imperatorem ſincerè & pontificem ſubdolè agentem ultrò citroq; commeant. Quin pontifex Adelbertum hoſtem Imperatoris Romam invitat & in urbem recipit. Cui quum copias admoveret Imperator, pontifex & Adelbertus profugiunt *Cives verò ſanctum Imperatorem cum ſuis omnibus in urbem ſuſcipiunt, fidelitatemq; promittunt: hac addentes & firmiter jurantes, numquam ſe papam electuros aut ordinaturos præter conſenſum atq; electionem domini Imperatoris Othonis Cæſaris Auguſti, filijq; ipſius regis Othonis.*

Inde poſt paucos dies in eccleſiam Sancti Petri coit ſynodus, cui interſunt unà cum Imperatore ex Italiâ, Saxoniâ, Franciâ archiepiſcopi & epiſcopi plurimi; Luitbrandus plures quàm XL. commemorat; Cardinales item presbyteri diaconiq; & clerus eccleſiæ, proceresq; & primores urbis Romanæ. Quid geſtum ſit, haut rectiùs,
Luitbran. l. 6. c. 7. quàm verbis ipſius illius συγχρόνου hiſtorici narrabimus. *His itaq; reſidentibus*, inquit ille, *ſilentiumq; ſummum tenentibus, ita ſanctus eſt Imperator exorſus: Quoniam decorum eſſet tam claro ſanctoq; dominum papam*

Iohan-

Iohannem intereſſe concilio, quur tantum declinaverit cœtum vos, ô ſancti patres, conſulimus, quibus communis labor eccleſiaſticus ac commune negocium exiſtit.

Tunc Romani pontifices & cardinales, presbyteri ac diaconi cum univerſa plebe dixerunt: Miramur ſanctiſſimam prudentiam veſtram nos hoc velle percontari, quod nec Ibericos, nec Babylonicos, nec Indicos incolas latet. Non hic jam de illis eſt, qui veniunt in veſtimentis ovium, intus autem ſunt lupi rapaces: ita apertè ſævit, ita apertè diabolica pertractat negocia, ut nihil circuitionis utatur. Imperator reſpondit: Iuſtum nobis videtur, ut accuſationes nominatim exprimantur; deinde quod agendum eſt, communi conſilio pertractetur. Tunc conſurgens Petrus cardinalis presbyter ſe vidiſſe illum miſſam celebraſſe, & non communicaſſe teſtatus eſt. Iohannes epiſcopus Narnienſis, & Iohannes Cardinalis diaconus ſe vidiſſe illum diaconum ordinaſſe in equorum ſtabulo non certis temporibus ſunt profeſſi. Benedictus cum cæteris condiaconis & presbyteris dixit ſe ſcire, quòd ordinationes epiſcoporum precio faceret, & quòd annorum decem epiſcopum in Tudertina civitate ordinarit. De ſacrilegio non eſſe neceſſe percontari dixit, quia plus videndo quàm audiendo ſcire potuiſſemus. De adulterio dixerunt, quod oculis non viderant, ſed pro certo ſcirent viduam Rainerij, & Stephanam patris concubinam, & Annam viduam cum nepte ſua abuſum eſſe, & ſanctum palatium lupanar & proſtibulum feciſſe. Venationem dixerunt publicè exercuiſſe. Benedictum ſpiritualem patrem ſuum lumine privaſſe, & mox mortuum eſſe. Iohannem cardinalem ſubdiaconum virilibus amputatis occidiſſe; enſe accinctum galea & lorica indutum fuiſſe teſtati ſunt. Diaboli in amorem vinum bibiſſe omnes tam clerici quàm laici acclamarunt. In ludo aleæ, Iovis, Veneris, cæterorumque dæmonum auxilium popoſciſſe dixerunt. Matutinas & canonicas horas eum non celebraſſe, nec ſigno crucis ſe muniviſſe profeſſi ſunt.

His auditis Imperator, quia Romani ejus loquelam propriam, id eſt, Saxonicam intelligere nequibant, Luitbrando Cremonenſi epiſcopo præcepit, ut latino ſermone hæc Romanis omnibus, quæ ſequuntur, exprimeret. Surgens itaq; ſic cœpit: Perſæpe contigit, & nobis expertis credimus, ut in dignitatibus Cap. 8.
conſtituti invidorum infamia maculentur: diſplicet bonus malis, quemadmodum & malus bonis. Atq; hoc rei eſt, quod hanc in papam accuſationem, quam modò Benedictus cardinalis diaconus legit, & vobiscum fecit, amphibolam retinemus, incerti utrum è zelo juſtitiæ an impietatis livore proruperit. Unde mihi indigno ſecundum conceſſæ dignitatis auctoritatem omnes obteſtor per

per Deum, quem fallere, & ſi vult, nemo poteſt, ſanctamq́; ejus genitricem intemeratam virginem Mariam, perq́; precioſiſſimum Apoſtolorum principis corpus, in cujus hæc recitantur eccleſiâ, ut nulla in dominum Papam jaculentur convicia, quæ non ſint ab ipſo patrata, atque à viris probatiſſimis viſa.

Tunc epiſcopi, diaconi, clerus, & cunctus Romanorum populus quaſi vir unus dixerunt: Si non & quæ per Benedictum diaconum lecta ſunt, hisq́; turpiora & ampliora Iohannes papa indigna commiſit facinora, non nos à peccatorum vinculis abſolvat Apoſtolorum princeps beatus Petrus, qui verbo cœlum indignis claudit, juſtis aperit. Simus anathematis vinculo innodati, atque in die noviſſima in ſiniſtra parte poſiti cum eis, qui dixerunt Domino Deo, Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quod ſi fidem nobis non adhibetis, exercitui domini Imperatoris ſaltem debetis credere, cui ante quinque dies enſe accinctus, clypeo, galea, lorica indutus occurrit, ſolus Tiberis qui interfluxit, ne ſic ornatus ab exercitu caperetur, impedivit. Mox ſanctus Imperator dixit: Tot ſunt hujus rei teſtes, quot ſunt noſtro in exercitu bellatores.

Cap. 9. Sancta ſynodus dixit: Si placet ſancto Imperatori, mittantur literæ domino papæ ut adveniat, ſeq́; ex his omnibus purget. Tunc eidem ſunt literæ deſtinatæ. Summo pontifici & univerſali papæ domino Iohanni. Otho divinæ reſpectu clementiæ Imperator Auguſtus, cum archiepiſcopis Liguriæ, Thuſciæ, Saxoniæ Franciæ, in Domino ſalutem. Romam ob ſervitutem Dei venientes, dum filios veſtros Romanos, ſcilicet epiſcopos, cardinales, presbyteros, diaconos, & univerſam plebem de veſtra abſentia percontaremur, & quid cauſſa eſſet, quod nos eccleſiæ veſtræ veſtriq́; defenſores videre noluiſſetis, talia de vobis tamq́; obſcœna protulerunt, ut ſi de hiſtrionibus dicerentur, vobis verecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem veſtram omnia lateant, quædam vobis ſub brevitate deſcribimus: quoniam ſi cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non ſufficeret unus. Noveritis itaq; non à paucis, ſed ab omnibus tam veſtri quàm alterius ordinis, vos homicidij, perjurij, ſacrilegij, & ex propria cognatione, atq; ex duabus ſororibus inceſti crimine eſſe accuſatos. Dicunt & aliud auditu ipſo horrendum, diaboli vos in amorem vinum bibiſſe: in ludo aleæ, Iovis, Veneris, cæterorumq́; dæmonum auxilium popoſciſſe. Oramus itaq; paternitatem veſtram obnixè, venire atque ex his omnibus vos purgare non diſſimuletis. Si fortè vim temerariæ multitudinis formidatis, juramento vobis affirmamus, nihil fieri præter ſanctorum canonum ſanctionem. Datæ IIX. Idus Novemb.

Hanc

Hanc epiſtolam quum legiſſet, hujusmodi apologeticum ſcripſit. Iohannes epiſcopus ſervus ſervorum DEI, omnibus epiſcopis. Nos audivimus dicere, quod vos vultis alium papam facere: ſi hac facitis, excommunico vos de DEO omnipotenti, ut non habeatis licentiam ullum ordinare, & miſſam celebrare. Cap. 30.

Hoc ridiculo accepto reſponſo Imperator & ſynodus denuò eum, ut compareat, invitant, literis X. Kal. Decembr. datis, & miſſis *per Hadrianum Cardinalem presbyterum & Benedictum Cardinalem diaconum.* Qui, ut refert hiſtoria, *quum ad Tiberim perveniſſent, eum non invenerunt. Pharetratus enim in campeſtria jam abierat. Nec quisquam erat, qui his, ubi ipſe eſſet, indicare poſſet. Quumq; eum invenire non poſſent, cum eisdem literis ad ſanctam ſynodum, quæ tunc tertiò eſt habita, ſunt reverſi. Mox Imperator ait, Exſpectavimus adventum ejus, ut præſente eo, quod nobis egerit, quereremur: verùm quoniam eum non affuturum certò ſcimus, quàm perfidè nobiscum egerit, ut diligenter agnoſcatis, etiam atq; etiam flagitamus. Notum itaq; vobis facimus archiepiſcopis, presbyteris, diaconis, reliquoq; clero, nec non & comitibus, judicibus omniq; plebi, quòd idem Iohannes papa oppreſſus à Berengario atq; Adelberto rebellibus noſtris miſit nobis in Saxoniam nuncios, rogans ut pro amore DEI in Italiam veniremus, & eccleſiam ſancti Petri ac ſeipſum ex faucibus eorum liberaremus. Nos verò adjuvante Deo quantum fecerimus, non eſt neceſſe dicere, ut impræſentiarum videtis. Ereptus verò meâ operâ ex eorum manibus, & honori debito reſtitutus oblitus juramenti & fidelitatis, quam mihi ſupra corpus ſancti Petri promiſit, eundem Adelbertum Romam venire fecit, & contra me defendit, ſeditiones fecit, & videntibus noſtris militibus, dux belli factus, loricâ & galeâ eſt indutus. Quid ſuper hoc ſancta ſynodus decernat, edicat.*

Ad hæc Romani pontifices, reliquusq; clerus, & cunctus populus dixerunt: Inauditum vulnus inaudito eſt cauterio exurendum. Si corruptis moribus ſibi ſoli, & non cunctis obeſſet, quoquo modo tolerandus eſſet. Quot priùs caſti, hujus facti ſunt imitatione inceſti? Quot probi, hujus exemplo converſationis ſunt reprobi? Petimus itaq; magnitudinem imperii veſtri, monſtrum iſtud nulla virtute redemtum à vitiis, à ſancta Romana eccleſia pelli, aliumq; loco ejus conſtitui, qui nobis exemplo bonæ converſationis praeſſe valeat, & prodeſſe; rectè vivat, ac bene vivendi nobis exemplum præbeat. Tunc Imperator, Placet, inquit, quod dicitis nihilq; gratius nobis, quàm ut talis, qui huic ſanctæ & univerſali ſedi proponatur, inveniri poſſit.

Cap. 12. *Hiſ dictis omnes una voce dixerunt; Leonem venerabilem ſancta Romanæ eccleſiæ protoſcriniarium virum approbatum, ad ſummum ſacerdotij gradum nobis in paſtorem eligimus, ut ſit ſummus & univerſalis papa Romana eccleſia, reprobato ob improbos mores Iohanne apoſtata. Quum hoc omnes tertiò dixiſſent, annuente Imperatore nominatum Leonem ad Lateranenſe palatium ſecundum conſuetudinem cum laudibus ducunt, & certo tempore in eccleſia S. Petri ad ſummum ſacerdotium ſancta conſecratione attollunt, & fideles ſe ei affuturos jurejurando promittunt.*

Chr. Hirſ. Audivimus hactenus, quomodo propudium illud hominis, imò opprobrium generis humani & *diaboli mancipium*, vt Trithemius appellat, Johannes duodecimus, de cujus nefandis flagitijs & exquiſitâ impietate toti Romanæ urbi cõſtaret, quum ab urbe & cathedrâ ſuâ pharetratus & militari habitu profugus poſt unam & alteram citationem non comparuiſſet, à frequente ſynodo epiſcoporum Italiæ & Germaniæ, cum conſenſu religioſiſſimi Imperatoris Othonis magni, fuerit depoſitus, & in ejus locum alius ſuffectus. Hîc jam Baronius, cui quemvis pontificem vel umbram etiam pontificis ſupra omnem humani iudicij aleam extolli placet, totus æſtuat & in indignationem atque bilem ſolvitur. De nullo quidem, quæ objecta ſunt Johanni, crimine vel flagitio dubitat: numquam tamen ait *ſe legiſſe, orthodoxorum conventum ſynodalem aliquando habitum,* Ann. 963. num. 31. *in quo magis eccleſiaſticũ jus offenſum, magis canones violati, vulnerata traditio, conculcata, oppreſſa atq; majore dedecore proſtrata juſtitia.* Igitur *præ indignatione animi exclamat, O indignum facinus, audax, & inſolens!* Aderat hîc ſummus Chriſtiani orbis princeps, Imperator Romanus, religione & pietate præſtantiſſimus; aderant, præter alios, Italiæ epiſcopi plurimi: quorum omnium, ne Romanæ cathedræ impius & facinoroſus pontifex inſideret, ſummoperè intererat. Agebatur de homine frugis penitus deſperatæ, imò homine, ſub humanâ ſpecie diabolum occultante. Nihilominus Baronius, *Vnde,* inquit, *ipſis* num. 31. *cogendi concilij facultas contra pontificem abſq; ipſius conſenſu?* pertendens *non licere ab aliquo alio, niſi ab ipſo, ſynodum convocari in cauſſa ſua.* Nempe huic Johanni ejuſque ſimilibus pontificibus, vt ſuis moribus vivant, donec ipſi contra ſeſe concilium indicant, ab Imperatore & reliquis orbis Chriſtiani regibus, principibus atque epiſcopis indulgendum eſt. Quod quia non faciebant, aut faciendum eſſe non credebant Imperator Otho ejuſq; ætatis epiſcopi, cùm illum tum hos

præ-

præcipue immanis inſcitiæ accuſat Baronius. *Scientia*, inquit, *extenuata epiſcopi illi, in quibus eſſe debebat, ſibi aliiſq; paravere ruinam, ſicut ſi cecus cecum ducat, ambo in foveam cadant. Quo nomine ea divina ſententia primum privandi fuerant ſacerdotio, ſic apud Oſeam prophetam Domino conteſtante; Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.* Sic itaq; juxta Baronium ſacerdotio indigni epiſcopi illi, quia pontificem Romanum quemvis, peſſimum etiam & ſceleratiſſimum, ἀνυπεύθυνον eſſe neſciebant. Nec immeritò, quum hodie Romæ præcipuus ſit fidei articulus & potiſſimum religionis fundamentum, nempe à Deo conſtitutum eſſe Romanum pontificem eminente adeo & exuberante poteſtate, ut, quantacumq; perpetraverit, ne ab univerſo quidem mundo judicari & in ordinem cogi poſſit. At ego exiſtimo, aut illos eo tempore, qui hodie Romæ ſunt, articulos fidei non fuiſſe; aut à religioſiſſimo Imperatore & tot præclaris epiſcopis ignorari non potuiſſe. num. 32.

Sed audiamus Baronium: *Nonne ſua ſponte omnia ſtatim corruunt, quum ab excommunicatis ab ipſo pontifice omnia conſtet eſſe acta?* Ergo quum aliquod diaboli mancipium, quale hunc Johannem fuiſſe nemo negat, Roman' pontificis titulum gerens, Imperatori Chriſtiano & epiſcopis eccleſiæ oppreſſæ & gementi opem laturis dixerit, *Excommunico vos de Deo omnipotente*; omnes tamquam Gorgone prolatâ obrigeſcere oportet, &, conſiliis de emendatione abjectis, non magis vocem mittere, num. 33.

Quam ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.

Pergit autem Baronius paratragœdiare, & in illos à Johanne fulminatos epiſcopos ſævire. *Vbi umquam viſa tanta ignorantia canonum, judicium tam abſurdum auditum in re tam gravi, tantiq; momenti? tanta temeritas, ex quo Chriſti eccleſia eſſe cepit, in orthodoxis epiſcopis ubi inventa?* Clamat, *non licere in Romanum pontificem ſententiam ferre:—in his, quæ ad mores ſpectant, totam cauſſam Deo reſervandam eſſe.* Igitur *judicium ſynodale de condemnatione Iohannis ſpurium & ſacrilegum* fuiſſe. Huc videlicet Romæ velis remiſque hodie enituntur, ut mortalibus perſuadeant juris divini eſſe, quod ipſi ſuo inſeruerunt, nempe *Si papa ſua & fraternæ ſalutis negligens — innumerabiles populos ſecum ducat primo mancipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus, culpas* [illegible] *redarguere præſumat mortalium nullus: quia cunctos ipſe judicaturus a nemine eſt judicandus.* Additur tamen exceptio, *Niſi depre-* num. 38. Diſt. 40. c. 6.

prehendatur à fide devius. Sed ſi Baronium & hodiernos Romanos doctores audimus, exceptio iſta inutilis eſt, quia ejuſmodi caſus dari aut contingere numquam poteſt, ut Romanus præſul à fide devius
num. 39. deprehendatur. *Non tanta nos vendicamus*, ait Baronius, *ut eſſe non poſſit, quin fœdus turpiú moribus irrepat vel irrumpat in ſedem illam; fide autem impius nullo modo.* Scilicet, quando Johannes duodecimus in amorem diaboli vinum libavit, quando Jovem & Venerem invocavit, fide impius nullo modo fuit. Interim per Baronium ab omni parte à judicio & cenſurâ tutus & immunis eſt Romanus pontifex. A fide videlicet aberrare non poteſt; ob pravos autem mores & flagitia, quæ ſanè committere poteſt, judicari non debet. Atq; id planiſſimè in ſuo Romano pontifice expreſſit Abrahamus Bzovius.
Cap. 15. *Cauſſa fidei*, inquit, *nonnulli Concilio ſubjiciunt pontificem. Sed ſi verum, ut veriſſimum eſt, orationes Chriſti non in irritum cecidiſſe, ſed ſemper illum à Deo exauditum eſſe, Chriſtus verò, ne Romani pontificis fides deficeret, enixè oravit, & ab hac Salvatoris oratione nemo hactenus pontificum Romanorum in fide orthodoxa erravit, neq; in poſterum errabit: conſectaneum eſt, numquam tale tribunal contra Romanum pontificem erigendum fore.*

Quid autem exauctorationem Johannis duodecimi & conſecrationem Leonis Octavi ſequutum ſit, operæ precium eſt porrò ex Luitbrando audire. Quum utrumq; Imperator, ita, ut ex uſu eccle-
Lib. 6. c. 11. ſiæ fore judicatum erat, perfeciſſet, *ſperans cum paucis poſſe Romæ degere, ne conſumeretur populus Romanus ob multitudinem exercitus, multis ut redirent, licentiam dedit.* Johannes gnarus, quantæ levitatis eſſent Romani, & quàm facilè pecuniâ poſſent corrumpi, miſſis clandeſtinis internuncijs omnes eccleſiarum theſauros promittit, *ſi ſuper pium Imperatorem & dominum Leonem papam irruerent, eosq́; impiiſſimè trucidarent.* Illi quidem ſibi perſuaderi patiuntur & facinus aggrediuntur, ſed magno ſuo malo. In imbelles enim Romanos *fortes Imperatoris milites, adſuefacti bello, pectore & armis intrepidi inſiliunt, & quaſi accipitres avium multitudinem, nullo reſiſtente, proterunt: non latibula, non corbes, non concava ligna, non cryptæ ſordium receptacula fugientibus tutelæ eſſe poſſunt.* Salutem deniq;, quam à latebris non poterant, à clementiâ Imperatoris, interventu Leonis novi pontificis, impetrarunt.

His igitur ita peractis Imperator *Roma excedens Camerinum Spoletumq́; verſus, ubi Adelbertum eſſe audierat, properat. Interea mulieres,* quibus

quibus cum Iohannes voluntatis ſuæ ludibrium exercebat, non ignobiles & plures, concitaverunt Romanos, ut Leonem ſummum & univerſalem papam a Deo & ipſis electum perderent, & Iohannem in urbem ſuſciperent. Quod quum feciſſent, Deo miſerante, ex eorum manibus eſt venerabilis papa Leo liberatus, paucisq; ipſum comitantibus ad piiſſimi Imperatoris miſericordiam eſt profectus. Johannes urbis ex voto & lubitu potitus Johanni cardinali diacono manum dextram amputat, Azonem protoſcrinarium linguâ, duobus digitis & naribus mutilat. Et hæc Luitbrandus. Addit Regino Prumienſis, ab eo etiam *Otgerum Spirenſem epiſcopum comprehenſum & flagellatum, ſed poſteà ſpe impetrandæ ab Imperatore veniæ dimiſſum fuiſſe.* An. 964.

Præter hæc Baronius ex codice quodam Vaticano acta ſynodi à Johanne, dum per abſentiam Imperatoris Romæ pro lubitu dominatur, habitæ, depromit: quamquam eadem Sigeberto Gemblacenſi viſa fuiſſe ex ejus Chronico apparet; & ab auctoribus etiam Centuriarum è veteri libro proferuntur. Habitæ itaq; ſunt, ut acta Cent. 10. iſta teſtantur, in baſilicâ S. Petri, anno Domini DCCCCLXIV, menſe Cap. 9. Februario, *præſente piiſſimo & evangelico* (ἰσάγγελον credo dicere volunt) *domino Iohanne ſummo pontifice S.R.E. duodecimo papa*, tres actiones; quib. priorem ab Othone celebratam ſynodum, quâ ipſe depoſitus & Leo electus fuerat, ut *proſtibulum favens adulteris*, damnat; epiſcopos, qui Leonem conſecraverant, dignitate privat; Leonem ipſum *auctoritate Domini omnipotentis* (non malè agit mimum: ita decet intonare) *& beatorum Apoſtolorum principum Petri ac Pauli, & omnium ſimul ſanctorum atq; venerandorum & univerſalium conciliorum auctoritate*, (ridiculè; quid ulli œcumenico concilio cum Johanne vel Leone?) *nec non & Spiritus ſancti judicio, omni ſacerdotali honore & omni clericatus officio prorſus exuit, ita*, inquit, *ut ſi poſt hanc conſtitutionem divina inſpiratione depromtam tentaverit in Apoſtolico throno reſidere, aut ſi ulterius auſus fuerit aliquid de ſacro miniſterio more ſacerdotis contingere, nullo modo liceat ei communionis ſpem aut locum habere ſatisfactionis: ſed anathematis vinculis innodatus maneat unà cum ſociis atq; fautoribus, perpetuo DEI per noſtram mediocritatem judicio ac ſententia.* Breviter, omnes qui electioni & conſecrationi Leonis faverant, mulctat; ordinatos ab eo ad priſtinos gradus revocat; & tandem, ne ſolam ſuam ipſius cauſſam egiſſe videretur, *ut in circuitu altaris aut in presbyterio nullus laicorum ſtare præſumat, quoties miſſarum ſolennia celebrantur*, ſtatuit.

Hîc jam Baronius ob rem præclarè geſtam, ſive ob mimum à ſatana, qui etiam in angelum lucis ſe poteſt transfigurare, haut omnino peſſimè actum, Iô Pæan! Iô triumphe! *Ita quidem*, inquit, *in* An.964. num.14. *enervato laſcivis homine nervos eccleſiaſtica diſciplinæ Deus, cui ipſa Petri cathedra curæ eſt, ſervans, eos in ſchiſmaticos* (Leonem octavum ejusq; Pſ.77,66. patronum Othonem magnum) *tetendit, & ſecundum illud Davidicum, Percuſſit inimicos ſuos* (inimici Dei ſunt Imperator & epiſcopi, qui ut meliorem, quàm Johannes erat, eccleſia Romana præſulem habeat, efficiunt) *in poſteriora, opprobrium ſempiternum dedit illis; quos voluit ab Apoſtolica ſede emiſſo ſua potentia fulmine, cujuscumq; manu non intereſt, jacere proſtratos.* Hæc Baronius; qui profectò ſub duce Johanne glorioſi militis dignitatem mereri potuit.

Interim utri parti opprobrium ſempiternum dederit Deus, impióne & peſſimo papæ Johanni, an optimo Imperatori Othoni, non pigeat videre. Sigebertus Gemblacenſis brevi narratione rem Anno 96. complexus eſt. *Iohannes papa ſe cum uxore cujusdam oblectans à diabolo in tempore percutitur, ac ſine viatico dominico moritur. Romani verò contra juramentum quod Imperatori fecerant, ſe numquam electuros papam ſine ejus & filij ejus Othonis conſenſu, Benedictum ſibi papam ſtatuunt. Imperator autem Roma obſeſſa Romanos cæde & fame adeo afflixit, ut Leonem papam ſe recepturos promitterent. Sic Benedictus rejectus non ſolùm papatu, ſed etiam ſacerdotio à Leone exordinatur.*

Sed præſtat, quomodo quæq; geſta ſint è Luitbrando oculalato teſte, qui accuratiùs & uberiùs ſingula proſequitur, audire. Lib.6, c.11. Quum quæ Johannes Romæ egerat, ab exulibus Imperator accepiſſet, *reparato exercitu, Romam redire diſpoſuit. Priusquam tamen ſancti Imperatoris copiæ eſſent congregatæ, volens cunctis ſeculis innoteſcere Dominus, quàm juſtè eſſet Iohannes papa à ſuis epiſcopis & omni plebe repudiatus, quàmq; poſtmodum injuſtè receptus, quadam nocte extra Romam, dum ſe cum cujusdam viri uxore oblectaret, in temporibus adeo à diabolo eſt percuſſus, ut intra dierum octo ſpatium eodem ſit vulnere mortuus. Sed eucharistiæ viaticum ipſius inſtinctu, qui eum percuſſerat, non percepit: quemadmodum à ſuis cognatis & familiaribus, qui præſentes erant, perſæpè ſub atteſtatione audivimus.*

Quo mortuo, Romani omnes juramenti, quod ſancto Imperatori promiſerant, immemores Benedictum Cardinalem diaconum papam conſtituunt, inſuper & juramento, numquam ſe eum dimiſſuros, ſed eum contra

Impe-

Imperatoris potentiam defenſuros promittunt. Quo audito Imperator ha-bem vallavit, neminem qui non membris truncaretur exire permiſit, machi-nis & fame uſque adeo afflixit, donec Romanis nolentibus urbem reciperet, Leonem virum venerabilem debitæ ſedi reſtitueret, ac Benedictum ſummæ ſe-dis invaſorem ejus præſentiæ præſentaret.

Reſidentibus itaq; domino Leone ſummo & univerſali papa in eccleſia Lateranenſi, nec non & Imperatore ſanctiſſimo Othone, & epiſcopis Romanis, Italicis, à Lotharingia & Saxonia, archiepiſcopis, presbyteris, diaconis, omniq; Romanorum plebe, advenit Benedictus Apoſtolicæ ſedis invaſor, eorum qui ſe elegerant manibus adductus, pontificalibus veſtibus indutus. Quem Benedictus Cardinalis archidiaconus tali eſt ſermone aggreſſus: Qua tibi auctoritate, quave lege, ô invaſor, hæc pontificalia indumenta uſurpaſti, ſuperſtite hoc præſenti domino noſtro venerabili papa Leone, quem tu nobiſcum, accuſato & reprobato Iohanne, ad apoſtolatus culmen elegiſti? num inficiari potes præſenti domino Imperatori juramento promiſiſſe, numquam te cum cæteris Romanum papam electurum aut ordinaturum abſq; illius filiiq; ſui regis Othonis conſenſu? Benedictus reſpondit, Si quid peccavi, miſeremini mei. Tunc Imperator effuſis lacrimis, quàm miſericors eſſet oſtendens, rogavit ſynodum, ne Benedicto præjudicium fieret. Si vellet & poſſet, ad interrogata reſponderet: quod ſi non poſſet, aut nollet, ac ſe culpabilem redderet, tamen pro timore DEI miſericordiam aliquam inveniret. Quo audito, ad domini Leonis papæ pedes, ipſiusq; Imperatoris idem Benedictus concitè procidens, ſe peccaſſe, ſeq; ſanctæ Romanæ ſedis invaſorem eſſe acclamavit. Poſt hæc pallium ſibi abſtulit, quod ſimul cum pontificali ferula, quam manu geſtabat, domino papæ Leoni reddidit. Quam ferulam idem papa fregit, & fractam populo oſtendit. Deinde Benedictum in terra ſedere præcepit, cui caſulam, quam planetam vocant, cum ſtola pariter abſtulit. Poſt autem omnibus epiſcopis dixit; Benedictum ſanctæ & apoſtolicæ ſedis Romanæ invaſorem, omni pontificatus & presbyteratus honore privamus: ob eleemoſynam verò domini Imperatoris Othonis, cujus ſumus opera in ſedem debitam reſtituti, diaconatus eum ordinem habere permittimus, & non jam Romæ, ſed in exilium deſtinamus.

In his verbis finit hiſtoria Luitbrandi. Addit Adamus Bremenſis, Benedictum Adaldago Hamburgenſi archiepiſcopo, qui Imperatori in Italia præſtò aliquamdiu fuerat (Cancellarij munere *Metrop.l.*
functum ſcribit Crantzius) ad eccleſiam ſuam redeunti, ut eum in *5.c.1.*
exilium Hamburgum abduceret, traditum fuiſſe. *Duxit*, ait Ada-

mus,

Lib.2.c.6. mus, *in comitatu ſuo Benedictum papam ordinatum ſed ab Othone Imperatore depulſum, quem ille in Hammaburg cuſtodiæ mancipari præcepit. Archiepiſcopus verò magno cum honore uſq; ad obitum ejus detinuit. Nam vir ſanctus literatusq; fuiſſe dicitur, qui & dignus Apoſtolica ſede videretur, à populo Romano niſi quod per tumultum electus, expulſo eo, quem ordinari præceperat Imperator. Igitur apud nos in ſancta converſatione vivens, aliosq; ſanctè vivere docens, quum jam Romanis poſcentibus à Cæſare reſtitui debuiſſet, apud Hammaburg in pace quievit. Cujus tranſitus, quarto Nonas Iulij contigiſſe deſcribitur.* Hæc Adamus; quorum ſententiam in Metropoli ſuâ

Lib.3.c.20. ſequutus Crantzius, addit ex Platinâ *dolore animi mortuum eſſe. Tumulatus* autem *cernitur*, ut idem monet Crantzius, *in choro Hamburgenſis eccleſiæ*, tunc metropolitanæ: *exſtructo poſteà eminenti ſarcophago, ejus inſcriptio annorum facit errorem. Nam obitus ejus contigit anno DCCCCLXVI, vel circa: ſed inſcriptio hinc longè diſcedit.* Rectè monet Crantzius inſcriptionem tumuli erroneam eſſe & rationi temporum non convenire: exſtructo videlicet monumento non mox ab obitu, ſed aliquamdiu pòſt, per homines hiſtoriæ & temporum ignaros. Eſt verò ejuſmodi: BENEDICTUS PAPA, QUI DE SEDE APOSTOLICA PER VIOLENTIAM REMOTUS, ET POST, CUM REVOCARETUR, OBIIT HAMBORGI ANNO DOMINI DCCC QUADRAGESIMO PRIMO, QUARTO NONAS IULII, ET SEPULTUS EST HIC. Nempe juſtum tempus integro ampliùs ſeculo prævertit.

Chrō.l.3. Quod autem ſcribit Ditmarus Merſburgenſis oſſa Benedicti à Racone quodam temporibus Othonis tertij Hamburgo Romam tranſlata eſſe; ne temerè credam illud ipſum monumentum, quod adhuc hodie Hamburgij viſitur, efficit. Adjungit Ditmarus de quadam Benedicti prophetiâ, quam credulitati & ſuperſtitioni hominis, perinde ut multa ab eo narrata ſomnia, viſiones, oracula & miracula, imputo.

Ann.965. num.5. Baronius hunc Benedictum contendit fuiſſe legitimum pontificem, Leonem verò pſeudopapam; nec *quamdiu vixerit Benedictus* (*neſcitur tamen*, inquit, *certus ejus obitus annus*) *ullum alium potuiſſe dici legitimum Romanum pontificem.* Nempe, ne, ſi Johannes XII. validè fuerit depoſitus & Leo IIX. rite ſubrogatus, concedere neceſſe habeat Romanum pontificem à quoquam mortalium judicari & in ordinem cogi poſſe. At contra ſentiunt omnes veteres ſcriptores; nec veteres modò, ſed ipſe Baronij πρόμαχος & arcanorū Romanorum

bene

bene conſcius Onuphrius Panuinius, cujus ad illum ipſum Benedictum hæc eſt annotatio: *Hunc Benedictum V. appellari ab omnibus, & in ejus numeri notâ illius rationem haberi à ſequentibus pontificibus, qui illud nomen tulere, video, & id quidem parum accuratè factum fuiſſe exiſtimo, quum ſchiſmaticus fuerit contra Leonem IIX. papam legitimè creatum per vim renunciatus. Duo autem legitimi papæ eſſe non poſſunt. Ille germanus & verus pontifex ſemper cenſetur, cujus in eccleſiâ ſucceſſio exſtat, quæ quidem Leonis octavi, non Benedicti quinti eſt.* In Platina.

Rationem ſucceſſionis iſtius nemo accuratiùs prodidit, quàm Regino Prumienſis, aut ille potiùs, qui Reginonem continuavit. *Anno DCCCCLXV. dominus Leo papa obiit. Tunc legati Romanorum, Azo videlicet protoſcriniarius, & Marinus Sutrienſis eccleſiæ epiſcopus, imperatorem pro inſtituendo, quem vellet, Romano pontifice in Saxoniam adeuntes honorificè ſuſcipiuntur & remittuntur. Et Otgerus Spirenſis epiſcopus, & Luizo Cremonenſis epiſcopus cum eisdem Romam ab imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romanâ Iohannes Narnienſis eccleſiæ epiſcopus eligitur, ſediq; Apoſtolicæ pontifex inthronizatur.* Chro. l. 2. Leoni itaque mortuo Johannem ſucceſſiſſe certum eſt: & res à probo ſcriptore additis ſingulis circumſtantiis ita narratur, ut in dubium vocari nequeat. Quod igitur Adamus Bremenſis, & Adami, niſi fallor, ductu atque fide inſcriptio ſarcophagi memorat, Romanos & Imperatorem de reſtituendo Benedicto egiſſe, mihi non fit veriſimile. Baronius autem contra omnium cùm veterum tum recentiorum conſenſum, Benedictum Hamburgi exulantem vult fuiſſe legitimum pontificem; Leonem verò & Johannem XII. Romæ reſidentes, quò ad Benedictus vixerit, pſeudopapas: & hoc totum eâ ſolùm gratiâ, ne pontificem Romanum, quamvis flagitioſiſſimum & deterrimum, ulli cenſuræ vel judicio obnoxium eſſe admittat. Abrahamus Bzovius, qui in munere hiſtorici Baronio ſucceſſit, deceſſorem ſtrenuè ſequitur, quin Johannem XII. defendendo & imperatorem Othonem magnum accuſando, ſuperat. Otho imperator, ait, *Iohannem innocentem indictâq; cauſâ pontificatu dejecit,* (idem alibi: *exſecrandum eſt judicium, quod poteſtate tyrannica, in Iohannem XII. Otho inſtituit*) *Leonemque antipapam ei objecit, & à Leone pſeudopontifice jus imperatori, ejusq; ſucceſſoribus Italiæ regibus eligendi atq; ordinandi pontifices Romanos extorſit, intolerandaq; calamitate catholicos oppreſſit.* Pont. Roman. c. 2. Cap. 15. Tandem horribile carmen ſubjicit: *Decimo anno poſt violata eccleſiaſticæ libertatis pœnas Otho*

dedit, ſubitaneo morbo in Saxonia interceptus. Sed & ſtemma ipſius non niſi in nepotem Othonem tertium, veneno Romæ à Creſcentii uxore adamatâ exſtinctum, propagatum interiit; ita divinitate ulciſcente injurias, quibus ſedem Apoſtolicam, pro voluntate amovendo atq; ſubrogando pontifices, adfecerant. Hæc de peſſimo Papa & optimo imperatore Bzovius.

Interim quàm dubia & incerta ſit Romanorum pontificum ſucceſſio, evidenter cernitur; & quàm ſæpè, utrum germanus aliquis pontifex ſit, & quis ille ſit, ignoretur, imò ſciri vix ullo modo poſſit. *Quis à ſcortis intruſos ſine lege legitimos dicere poſſet Romanos fuiſſe pontifices?* ait Baronius. Idq; *toto ferme ſeculo actitatum, ut penes illam partem eſſet promotio ad Apoſtolicam ſedem Romani pontificis, quæ potentior appareret:* ſicut hæc & alia ex ipſo ſuperiùs adduximus. Nunc etiam eos, qui Romæ reſiderent, habitos hactenus pro legitimis, nihilominus ſpurios; alium, qui Hamburgi extremis Germaniæ in oris deliteſceret, legitimum fuiſſe audivimus. Si Deus ſalutem eccleſiæ à pontifice Romano pendere, & veritatem articulorum fidei ab ejus ore hauriri vellet, numquam permitteret rem tantis tenebris involvi, ut tanto tempore utrum aliquis germanus pontifex in rerum naturâ fuerit, vel quis fuerit, ignoraretur.

Non poſſumus hîc omnia vel ſolius iſtius ſeſquiſeculi, quod ab apotacticis & apoſtaticis pontificibus occupari Genebrardus teſtatus eſt, exempla recenſere; quomodo videlicet ſedem alii pecuniâ mercati ſint, alii vi rapuerint, alii fraude invaſerint, quomodo item alii alios dejecerint, in carceres truſerint, exocularint, ſtrangularint, fame necarint. Aliquando Romæ ſimul & ſemel tres ſederunt pontifices, quorum quis verus eſſet, nemo potuit ſcire, quum potiùs omnes ſpurii & illegitimi eſſent. Otho Friſingenſis rem ita deſcribit: *Circa idem tempus*, nempe ſub initium imperii Henrici Nigri, quem Itali ſecundum, nos tertium appellamus, *pudenda confuſio eccleſiæ Dei in urbe Româ fuit. Tribus ibi invaſoribus, quorum unus Benedictus dicebatur, ſedem illam ſimul occupantibus, atque ad majoris miſeriæ cumulum diviſis ſimul cum reditibus patriarcheiis, uno ad ſanctum Petrum, altero ad ſanctam Mariam majorem, tertio, id eſt, Benedicto in palatio Lateranenſi ſedente, flagitioſam & turpem vitam, ut egomet in urbe Romanis tradentibus audivi, duxere.*

lib.6.c.32.

Operæ autem precium eſt, quis & qualis Benedictus ille fuerit

rit, cognoſcere. Benedictus octavus & Johannes vigeſimus, qui immediatè præceſſerant, fratres germani fuerant, ambo filii Gregorii, comitis Tuſculani; cujus itidem filius, pontificum iſtorum frater, Albericus, patris in comitatu ſucceſſor. Quum autem Johannes XX. ſedem Romanam, *quam non legitimè à Deo vocatus*, (verba ſunt *Anno* 1024
Baronii) *ſed malis artibus, indignè atque tyrannicè occupaverat*, poſt re- *num.* 3.
giminis annos novem, menſes octo & aliquot dies obitu ſuo vacuam reliquiſſet, in illam *tyrannide Alberici comitis Tuſculani* (ite- *Anno* 1033.
rum Baronii verbis utimur) *ejus filius puer intruditur, monſtrum erigi- num.* 3.
tur, ſtatuiturq; portentum. Quum enim morte duorum germanorum pontificum, Benedicti atque Iohannis è domo ſuâ pontificatum diu retentum egredi ægro animo ferret; ne id fieret, quum alium non haberet, filium quem habebat ætate puerum, malis artibus in Petri cathedram angelis reverendam idem Albericus intruſit. — Ad facinus implendum parat pecuniâ infelix num. 5.
pater infeliciori filio viam; Romanos, quos novit potentiores, aggreditur, quos expugnatos auro ſibi devincit, quorum emtione ſuffragiorum, quam conceperat, parit iniquitatem, dum filium in thronum provehit (horrendum ac deteſtabile viſu!) ſedentem in eminente Petri ſolio puerum. Ingemit ad adſpectum catholicus orbis, haut mediocre paſſus in electione adeo illegitimâ ſcandalum, ut intelligere potes ex Glabro tunc ſuperſtite, iſta vidente, ſcribente ac deteſtante. Dum igitur horum temporum diverſa mala deplorat, hæc ad poſtremum ingerit luctuoſa: — & ipſe univerſalis papa Romanus, lib. 4. c. 5.
nepos ſcilicet duorum, Benedicti atque Iohannis, qui ei præceſſerant, puer fermè decennis (duodecennis) *intercedente theſaurorum pecuniâ, electus extitit Romanis, à quibus exinde frequenter ejectus ac inhoneſtè receptus nullâ poteſtate viguit. Idem Glaber rurſum ea refricans atque deplorans in fine ſuæ hiſtoriæ ſic perorat: Ipſo quoq; in tempore Romana ſedes, quæ univerſalis jure habetur in orbe terrarum, præfato morbo peſtifero (nempe ſimoniacâ labe) per viginti quinque annorum ſpacia miſerrimè laboraverat. Fuerat enim eidem ſedi ordinatus quidam puer circiter annorum duodecim contra jus faſq;; quem ſcilicet ſola pecunia auri & argenti plus commendavit, quàm ætas & ſanctitas.* Hic itaq; Benedictus nonus fuit, cujus patruus Benedictus octavus à Petro Damiani, junioris ſive pueri hujus intuitu, Benedictus major appellatur. Addit nihilominus Baronius ſolennem *ep. ad Do-*
ſuam conſiderationem & admirationem. *Interim autem, quod mi- minic. lori.*
reris, tanta tunc vigebat obſervantia toto catholico orbe erga Romanam eccleſiam, ut quemcumque audirent throno inſidere Petri, colere eum & venerari

nerari non detrectarent. Et exempla adducit archiepiſcoporum Hamburgenſium, pallia ab hoc Benedicto petentium.

Cæterùm quo cultu & veneratione ipſi tandem Romani eum proſequuti ſint, è Caſſinenſi Leonis Oſtienſis chronico audiamus.
l.2.c.10. *Quum annis duodecim apoſtolicæ ſedi præfuiſſet, à Romanis ejectus eſt, & Iohannes Sabinenſis epiſcopus, cui nomen Sylveſter impoſitum eſt, non tamen gratis, in Romanum pontificem ſubrogatus. Qui quum præfuiſſet menſibus tribus, Benedictus ille priùs abrogatus, annitentibus propinquis ſuis Tuſculanis proceribus, pulſo Sylveſtro Romanam ſedem iterum occupat. Nec multò pòſt invisum ſe cunctis adſpiciens, Iohanni archipresbytero, qui quaſi religioſior habebatur, papatu tradito, ipſe cupiditates ſuas liberius exſequuturus, in paternam ſe recepit domum.* Certum autem eſt Benedictum papatum ſive deſertum ſive ademtum aliquoties repetiiſſe. Hermannus Contractus, auctor aliquantum Leone Oſtienſi antiquior
An.1044. & rei geſtæ coævus, ita ſcribit: *Romani Benedictum papam multis criminatum ſede ſuâ pellunt, & Sylveſtrum tertium quemdam in locum ſuum ſtatuunt: quem tamen poſtea Benedictus, quibusdam ſibi faventibus, excommunicatum depulit, ſediq́ue ſuæ redditus ſeipſum poſtea privavit, & alium pro ſe ob avaritiam contra canones ordinavit.* Iſte alius eſt Johannes archipresbyter apud Leonem Oſtienſem, in papatu Gregorius ſextus dictus. Gratianum vocant Hermannus Contractus & Otho Friſingenſis; Johannem Gratianum Benno cardinalis *in vitâ Hildebrandi*, & Onuphrius *ad Platinam.* Addit Benno, mille quingentas libras Benedicto pro ceſſione papatus dependiſſe. Hunc autem ipſum *Gratianum, quem expulſis prioribus Romani papam ſtatuerant,* Henricus niger, qui cum valido exercitu in Italiam tranſierat, & Placentiæ tunc erat, *ad ſe venientem honorificè ſuſcepit: ſicq́ue cunctis proſperè cedentibus juxta natalem Domini non longè ab urbe Româ juxta Sutrium ſynodo actâ, cauſſâq́ue erroneorum pontificum,* Benedicti videlicet noni, Sylveſtri tertii & qui his ſubrogatus eſſet, aut duobus prioribus tertius acceſſiſſet, Gratiani ſive Gregorii ſexti *diligentiùs ventilatâ, Gratianum papam convictum baculo paſtorali privavit. Dein omnium tam Romanorum quàm aliorum conſenſu Suidegerum epiſcopum Bambergenſem, nimium reluctantem, ſummum Romanæ eccleſiæ elegit pontificem: ſicq́ue circa vigilias Natalis Domini ipſam ingrediuntur urbem. In ipſâ Natalis Domini die,* anno CIↃ XLVII, *præfatus Suidegerus, natione Saxo, apoſtolicæ ſedi papa ex more conſecratus, & nomine auctus Clemens II. vocatus eſt.*

Qui

Qui mox ipſâ die Henricum regem & conjugem ejus Agnetam imperiali benedictione ſublimavit.

Hæc omnia Hermannus Contractus, ſcribens in extremâ ætate quæ ante oculos & comperta haberet: nam poſt octennium ab his geſtis ipſe rebus humanis exemtus eſt. Variat quidem in nonnullis Otho Friſingenſis, qui tribus cedere perſuaſis quartum Gratianum ſucceſſiſſe memorat, cum illis prioribus de certâ redituum pontificatus parte ſingulis relinquendâ pactum: & hunc propterea, quippe ſimoniæ reum, & quidem ſolum, reliquis tribus pridem amotis, ab Henrico in ſynodo Sutrinâ *cedere perſuaſum*. Cæterùm in hujus rei narratione major fides habenda Hermanno Contracto, auctori *συγχρόνῳ*, quàm Othoni Friſingenſi totis centum annis recentiori. Hunc tamen mavult ſequi Baronius, qui Gregorium ſextum *An.*1044.
contendit legitimum pontificem fuiſſe, & *inter ſpurios & ſchiſmate* *num.*10.
notatos rejici indignatur; Henrici quinetiam factum *deteſtandam præ-* *An.*1046.
ſumtionem criminatur. Sed nos Contracto malumus credere, teſti *num.*4.
propemodum oculato; & his qui Contracto conſentiunt, utpote ſunt Lambertus Schafnaburgenſis, Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacenſis, omnes Friſingenſi antiquiores. Lambertus: *Anno* clɔ *XLVII. Rex natalem Domini Romæ celebravit, ubi tribus depoſitis, qui ſedem Apoſtolicam contra eccleſiaſticas regulas invaſerant, Suidgerum Babenbergenſem epiſcopum vicarium Apoſtolorum conſtituit.* Marianus: *Anno* clɔ *XLVI. Henricus rex Italiam ingreſſus pacifice à Romanis ſuſcipitur. Papas tres non dignè conſtitutos ſynodaliter depoſuit.* Sigebertus: *Romæ uno contra duos, & duobus contra unum de papatu contendentibus, rex Henricus contra eos Romam vadit, & eis canonicâ & imperiali cenſurâ depoſitis, Suidigerus Babenbergenſis epiſcopus, qui & Clemens, Romanæ eccleſiæ præſidet.* In eamdem ſententiam è recentioribus Platina: *Henricus ſecundus in Ita-* *Gregor.*6.
liam cum magno exercitu veniens, habitâ ſynodo, quum Benedictum nonum, Sylveſtrum tertium, Gregorium ſextum, tamquam tria teterrima monſtra abdicare ſe magiſtrâtu coëgiſſet, Suidegerum Bambergenſem epiſcopum, cui Clementi ſecundo appellatio fuit, pontificem creat. De vero pontifice, ubi ita agitur, quemadmodum hactenus audivimus, quis certus eſſe poteſt?

Certum autem eſt, Gratianum ſive Gregorium ſextum ab Henrico imperatore in Germaniam, ne quid ejus occaſione Romæ turbaretur, traductum eſſe, ut innuit Otho Friſingenſis & agnoſcit Ba- *An.*1047.

 ronius. *num.*5.

ronius. Comitatus eſt eum Hildebrandus, turbando orbi Chriſtiano natus, & jam tum quâ ratione Imperatoribus omnem poteſtatem adimeret, & pontificibus vindicaret, animo agitans. Verba Othonis ſunt: *Gratianum Alpes tranſcendentem ſequutum fuiſſe tradunt Hildebrandum, qui poſtmodùm ſummus pontifex factus, ob ejus amorem, quia de catalogo pontificum ſemotus fuerat, ſe Gregorium VII. vocari voluit: & ſicut in Lucano habes,*

lib.6.c.32.

Victrix cauſſa diis placuit, ſed victa Catoni;

ita & huic Hildebrando — cauſſa iſta, in quâ ſententia principis & epiſcoporum prævaluit, ſemper diſplicuit. Rationem interjicit, *quòd ſemper in eccleſiaſtico rigore conſtantiſſimus fuerit.* Quis verò, quæſo, ille eccleſiaſticus rigor, Imperatori & epiſcoporum ſynodo nolle permittere, ut in ſimoniacum & pravum pontificem animadvertant? Et jam tum, ſicut diximus, Hildebrandus conſilia coquebat & rationes meditabatur, per quas imperatore, regibus & principibus à culmine dejectis, ipſe ſolus ſede Romanâ aliquando potitus

Imperium terris, animos æquaret olympo.

Clemente ſecundo *poſt menſes novem ultra montes* in Germaniâ *defuncto præfatus Benedictus* (verba ſunt Leonis Oſtienſis) *in pontificatum iterum rediens octo illum menſes tenuit, donec ab imperatore tranſmiſſus ex Germaniâ Damaſus, Brixinorum epiſcopus*, anteà Poppo dictus, *illi in papatu ſucceſſit.* In quo tamen non niſi XXIII. dies vixit, Præneſte defunctus, Benedicto illo iterum, & quartâ ut minimùm vice ſedem invadente, perque menſes aliquot detinente, donec à legatis Romanorum (ita enim memorat Lambertus Scafnaburgenſis) mortem Damaſi nunciantibus & novum rectorem Romanæ eccleſiæ poſtulantibus monitus & rogatus imperator, qui Friſingæ tùnc erat, Brunonem Tullenſium in Leucis hactenus epiſcopum, pontificem illis dedit. Et huic ipſi, quum Romam profectus in itinere Cluniacum veniſſet, ab Hildebrando, ne promotionem ſuam imperatori acceptam ferret, perſuaſum eſt, ut Otho Friſingenſis narrat. Papa conſecratus dici voluit Leo nonus; eſtque is ipſe, in quo, poſt ſeſquiſeculi flagitioſos papas, tandem dignitatem probitatemque pontificiam revixiſſe docet Genebrardus. Quis autem fere umquam tanti temporis ſpacio de vero & genuino pontifice certus eſſe potuit?

l.2.c.82. *An.1049.* *lib.6.c.33.*

Iſtis paullò antiquioribus nunc recentius etiam exemplum adji-

adjiciamus. In ſchiſmate penultimo, eoque maximo, quod numero XXIX. fuiſſe & quinquaginta annos duraſſe ſcribit Onuphrius, alius Romæ vel alicubi in Italiâ pontifex reſidebat, alius Avenioni in Galliâ. Illi adhæſerunt Italia, Germania, Hungaria & Polonia; huic Gallia, Hiſpania & Britannia. Ille hunc, & hic viciſſim illum pſeudopapam habuit, & tamquam adulterinum, imò tamquam Antichriſtum unà cum adſeclis & complicibus damnavit. Tandem Piſana ſynodus tantæ rei judicium ſibi ſumens (quod ei licuiſſe Baronius, ſi doctrinæ ſuæ inhæreat, vix conceſſerit) utrumque deponit, Gregorium videlicet duodecimum & Benedictum decimumtertium, declarans *eorum utrumque fuiſſe & eſſe notorios ſchiſmaticos & antiquati ſchiſmatis nutritores, defenſores, fautores, approbatores & manutentores pertinaces, nec non hæreticos à fide devios, notoriiſq; criminibus & enormibus perjurii & violationis* * *irretitos, univerſalem eccleſiam ſanctam Dei notoriè ſcandalizantes, cum incorrigibilitate, contumaciâ & pertinaciâ notoriis, evidentibus & manifeſtis: & ex his & aliis ſe reddidiſſe omni honore & dignitate etiam papali indignos: ipſoſq; & utrumque ipſorum propter præmiſſas iniquitates, crimina & exceſſus, ne regant, imperent ſeu præſint, à Deo & ſacris canonibus fore ipſo facto abjectos & privatos, & etiam ab eccleſiâ præciſos.* Quamobrem ſynodus *utrumque per hanc definitivam ſententiam abjicit & præcidit, inhibendo eiſdem, ne eorum aliquis pro ſummo pontifice ſe gerere præſumat.* Neuter autem paruit. Itaque quum ſynodus, duobus illis exauctoratis, tertium, quem legitimum haberi vellet, pontificem creaſſet, Petrum videlicet è Candiâ, Alexandri quincti nomen ſibi ſumentem; cui poſt paucos menſes defuncto Johannes XXIII. ſucceſſit; jam tres erant pontifices, qui ſinguli pro veris ſe gererent & ſinguli duos reliquos damnarent. *Fuit hæc ſchiſmatica diviſio*, ait Johannes Marius Ludovici XII. Galliarum regis hiſtoricus in ſuo de ſchiſmatibus & conciliis libro, *adeo dubia atque perplexa, ut etiam peritiſſimi ac præcipue quique clerici diſcernere non poſſent, quis eorum verus Petri ſucceſſor eſſet.*

Theod. Niem. de ſchiſ. l.3. cap.44.

part.3.c.13.

Jam verò, ſi Hildebrandum ſive Gregorium VII. audimus, *peccatum paganitatis incurrit, quiſquis dum Chriſtianum ſe adſerit, ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit*: ſi Bonifacium octavum, *omnino eſt de neceſſitate ſalutis omni humanæ creaturæ ſubeſſe Romano pontifici.* Et juxta ipſum Baronium, *nec fides nec opera proſunt bona ſine obedientiâ ſedis.*

Diſt.81.c.15.

c. Unam ſan. Ext. de major. & obed.

Anno 849. num.17.

dis Apoſtolica. Si vera iſta ſunt, quomodo benigna Dei providentia permittat, ut tanto tempore, quis Romanus pontifex ſit, ambigatur, nec ab acutiſſimis etiam, quantavis adhibitâ diligentiâ, diſcerni queat? Si tantopere, quemadmodum audivimus, ad ſalutem neceſſarium eſt Romano pontifici obedire; utique vero & legitimo obedire neceſſarium erit. At quis quandoq; verus & legitimus fuerit, ne hodie quidem inter peritiſſimos convenit; quod paullò antè de Onuphrio & Baronio Leonem IIX. & Benedictum V. controvertentibus patuit. Quin tempore diuturni iſtius, quod modò memorabamus, ſchiſmatis, vel Italia, Germania, Hungaria, vel Gallia & Hiſpania ſalute exciderint. Aut itaq; de neceſſitate ſalutis non eſt Romano ſubeſſe pontifici; aut ſub tantâ ambiguitate, quis Romanus pontifex eſſet, Deus numquam reliquiſſet.

Adde quod juxta novam Romanenſium Theologiam credendum ſit, Romanum pontificem in ſtatuendis Chriſtianæ religionis articulis & dijudicandis dogmatibus infallibilem eſſe; & quòd in rebus fidei ab ejus ore pendere oporteat, ut quid ad ſalutem neceſſarium credi debeat, ex ipſo ſolo certò & infallibiliter intelligi
Anno 216. poſſit; ſive, ut Baronii verba proferamus, quòd *à Deo rerum divina-*
num. 11. *rum humanarumq; arbiter conſtitutus ſit*; & quòd *ab ejus arbitrio pen-*
Anno 553. *deat, quid velit eſſe in universâ eccleſiâ ſacroſanctum*, atque adeo *fidei de-*
num. 224. *creta ſancire & ſancita mutare:* quin quòd hoc omnium credendo-
Anno 373. rum primum & præcipuum ſit. Certum autem eſt Chriſtianam
num. 21. religionem ita divinitùs comparatam eſſe, ut nullâ manifeſtâ abſurditate ſive improbabilitate, quæ homines ab adſentiendo deterreat, laboret, ſed contrà inſigni quadam probabilitate, quæ ad alliciendos mortalium animos, præſertim non indociles, improbos vel obſtinatos plurimùm valeat, pollere, & hac ipſâ præ Judaicâ, Muhammedanâ, paganâ eminere. At ſi quæ Pontificios & Baronium docere audivimus, ita ſe habent, ſi, inquam, certitudo totius religionis Chriſtianæ auctoritate Romani pontificis potiſſimùm nititur, & ab ipſius ore, & quidem ſolo, utpote unico infallibili univerſos Chriſti fideles, quod negocium fidei attinet, pendere oportet; & nihilominus plurimi, imò plures quàm integri ſeculi pontifices ſcelerati & flagitioſi, moribus & vitâ à Chriſtianiſmo alieniſſimi, apotactici & apoſtatici ſunt vel eſſe poſſunt: tum certè tota Chriſtiana religio magnâ & evidente improbabilitate implicatur,

nec poterimus dicere, *Teſtimonia tua, Domine, credibilia facta ſunt ni-* *Pſal.92,5.*
mis. Non hoc, inquam, poterimus dicere, ſiquidem Romanus pontifex præcipuus, imò unicus certus & infallibilis ſit teſtis. Quomodo enim ſibi perſuadeat mens humana, divinitus, ut viam ſalutis mortalibus oſtendat, miſſum ſive conſtitutum eſſe, quem videt diabolum ducem ſequi & pleno gradu ad gehennam properare? Quomodo ſtatuat, ab eo normam ſincerè, purè & ſanctè credendi & vivendi exſpectandam eſſe, quem cernit, quantus quantus ſit, impurum & fœdum eſſe? Quomodo credat, divinæ voluntatis ſolum certum & infallibilem interpretem eſſe, quem totum diaboli voluntati animadvertit obſequi? & Deo placere, ut hic unus rerum divinarum & humanarum ſupremus arbiter ſit; ab hujus unius nulli judicio vel cenſuræ obnoxio arbitrio pendeat, quid debeat eſſe in universâ eccleſia ſacroſanctum?

Prophetæ, qui olim veteri populo voluntatem Dei annunciabant, eximiâ & admirandâ ſanctitate inſignes erant, plerique etiam facultate miracula patrandi pollebant, ut mortalium animos ita ſibi devincirent, & totius vitæ morumque puritate, doctrinæ, quam annunciarent, puritati reſpondente, ſe Dei nuncios & divinæ voluntatis interpretes eſſe, facilè fidem facerent. Horum haut diſſimiles, nec ullâ re inferiores, quin pleriſque ſuperiores Apoſtoli & illi, quos reſurrectionis ſuæ teſtes Servator eſſe voluit, & gentibus per orbem terrarum diſperſis pandere & patefacere, cùm quòd ipſe paſſus & mortuus reſurrexiſſet, tùm quòd per fidem in ipſum remiſſionem peccatorum & æternam ſalutem hominibus largiri, Deo ſtaret ſententia. Nihil ab hujus doctrinæ ſanctitate alienum in vitâ, moribus & actionibus eorum deprehendi poterat; nec has intuendo & examinando quiſquam in ſuſpicionem venire, quaſi pro Dei nunciis ſeſe gerentes id interim agerent, ut voluptatibus indulgerent vel dignitatibus eminerent, vel reliquis mortalibus, quin ipſis regibus & principibus, dominarentur. Bellarminus etiam eccleſiæ notam facit SANCTITATEM VITÆ *auctorum ſive primo-* *de conc. &*
rum patrum noſtræ religionis. Eccleſia enim vera, inquit, *non ſolùm habet* *eccleſ.l.4.*
doctrinam ſanctam & efficacem ſed etiam doctores ſanctos & ſignorum glo- *cap.13.*
riâ clariſſimos. Quod de Apoſtolis profectò veriſſimum eſt.

Jam verò pontificiæ religionis ſecundum ipſam pontificiam doctrinam primus & præcipuus doctor eſt Romanus pontifex:

quum ipſe inter omnes mortales ſolus infallibilis ſit auctoritatis, & ab eo certitudo doctrinæ à fidelibus in eccleſiâ credendæ magis pendeat, quàm à ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, quippe quæ ab ipſo, juxta Novatores, in ordine ad cognitionem humanam robur & firmitatem ſuam accipiant. Ita Sylveſter Prierias dialogo adverſus Lutherum: *Quicumque non innititur doctrinæ Romanæ eccleſiæ ac Romani pontificis, tanquam regulæ fidei infallibili, à quâ etiam Sacra ſcriptura robur trahit & auctoritatem, hæreticus eſt.* Item, *Indulgentiæ auctoritate Scripturæ nobis non innotuere, ſed auctoritate eccleſiæ Romanæ, Romanorumq; pontificum, quæ major eſt.* Juxta Abrahamum Bzovium, qui ante duodecennium ROMANVM PONTIFICEM miris coloribus novus Zeuxis ita depinxit, ut nugator an adulator major

præfat. ad lect. ſit, in dubio reliquerit, *Pontificis Romani præſtantia juxtà & auctoritas eſt baſis dogmatum*; quippe quum ſit ille *fidei catholicæ conditor*, & *ſacro-*

cap. 3. & 23. *rum dogmatum demiurgus*, quod præter ipſum alteri in terris nulli competat. Quin ſi hodie Paulus, Johannes, Jacobus, Andreas, & quicquid præter Petrum Apoſtolorum eſt, ſupereſſent, Romano

cap. 13. pontifici ſubeſſent. *Soli* enim *Petro*, cujus videlicet pari auctoritate ſucceſſor eſt pontifex, *non alicui Apoſtolorum aut diſcipulorum dedit* Servator *& infallibilem ſcientiam de rebus fidei & morum diſcernendi, & irrefragabilem potentiam de ſcitis citra ipſum ſancitis decernendi, atq; quod improbum cognoverit, reprobandi.* Meritò itaque dixi, pontificiæ, imò ſecundum pontificios univerſæ Chriſtianæ religionis primum & præcipuum, quin, ſi infallibilitatem in docendo ſpectes, unicum doctorem eſſe Romanum pontificem.

Ergo ſi nota veræ eccleſiæ eſt ſanctitas vitæ primorum & præcipuorum doctorum, & ſi eccleſia pontificia vera eſt eccleſia, aut ſi verè de pontifice prædicantur, quæ à Baronio & ſimilibus novatoribus prædicari hactenus audivimus; oporteret pontificem eximiâ & Apoſtolicâ imò angelicâ vitæ puritate & ſanctitate ſemper eminere. Quomodo enim aliàs ſanctiſſimæ doctrinæ & voluntatis divinæ infallibilem interpretem eſſe, præter quem alius in orbe terrarum nullus ſit, credibile erit? Oporteret verum eſſe, quod ex ore

cap. 2. cujusdam Cardinalis ſcribit Bzovius, *Pontificem Romanum non fieri, ſed factum de cœlo recipi.* Ita enim novo prophetæ, rerum divina-

cap. 33. rum & humanarum arbitrio, *ſupremoq; cœli in judicio terreno judici* gratia & auctoritas conciliaretur, & teſtimonium ad fidem faciendam

dam tantæ rei non omnino impar, præſto eſſet. Nunc autem violenter invadere, ſimoniacè obrepere, turpiter à meretricibus etiam intrudi audivimus. Hodie à ſuperiorum vitâ functorum pontificum nepotibus, ſuffragia Cardinalium à patruis vel avunculis promotorum in poteſtate habentibus, novi pontifices creantur, illis, quorum auctoritati pontificatum debent, obnoxii futuri. Non dicam, oportere etiam inſigniter eruditos & in ſacris literis exercitatiſſimos eſſe, quum contrà conſtet, alios pueritiam alios adoleſcentiam nondum egreſſos papatum adiiſſe, imò *plures eorum*, ut lib.1.adv.
loquitur Alfonſus à Caſtro, *adeo illiteratos eſſe, ut grammaticam penitus* hær.c.4.
ignorent. Quomodò autem tales, quaſcumque circa dogmata & ſacram ſcripturam exortas quæſtiones & controverſias intelligere & infallibiliter dijudicare poſſe credibile ſit? Id ego præcipuè nunc urgeo, vitam impiam & flagitioſam cum iſtis ſublimibus & divinis, qualia omnium Apoſtolorum, ſi ſuperſint & in unum, Petro abſente, cogantur, dignitatem, poteſtatem, auctoritatem longè excedentia pontifici tribuuntur, non convenire; & pontificiæ, quin, ſi ipſorum hypotheſibus ſtemus, univerſæ Chriſtianæ religioni credibilitatem ſive probabilitatem adimere. Unum improbum irrepere, & aliquorum ſanctorum & piorum ſeriem interventu ſuo ad breve tempus quandoque diffindere, non adeo fortè turbaverit. At toto ſeculo, quod Baronius agnoſcit, à tyrannis & meretricibus fornicatores, adulteros, ſpurios, flagitioſos intrudi; vel ut Genebrardus rationem init, per annos fere CL, atque adeo trium hominum ætates, apotacticos & apoſtaticos potiùs, quàm apoſtolicos ſedere; id cum iis, quæ de pontificum immensâ & propemodum inenarrabili dignitate & ſupremâ in univerſam eccleſiam Chriſtique fideles, quin religionem ipſam poteſtate ex novatorum ſententiâ ſuperiùs adduximus, nemo probabiliter concordabit.

Baronius hîc *grande miraculum* obſervat, & ſic rem expediri Anno 912.
exiſtimat. *Quódnam hoc dices? Evidens planè illud*, inquit, *quod quum* num.10.
navicula ſic eſſet operta fluctibus, merſa non eſt, onuſta tanto pondere peccatorum. Cur non merſa? cur non vortice maris abſorpta? quia Chriſtus ſemper inventus eſt in eâ: alioqui planè perire neceſſe erat, ſi curâ tantùm hominum regeretur. Et hoc propemodum eſt, quod volumus. Si auctoritate, curâ & fide Romani pontificis univerſa Chriſti regeretur eccleſia, decimo ſeculo perire eam neceſſe fuiſſet. Ineptè

pref. in lib. igitur & falsò alicubi ſcripſit Bellarminus; *De quâ re agitur, quum de*
de R.pont. *primatu pontificis agitur? breviſſimè dicam, de ſummâ rei Chriſtianæ. Id enim quæritur, debeátne eccleſia diutiùs conſiſtere, an verò diſſolvi & concidere.* Si à Romano pontifice penderet eccleſia, decimo ſanè ſeculo, quo pontificium primatum tenuerunt homines nefarii, invaſores, apoſtatæ, fures & latrones, quibus titulis ipſe paſſim eos dignatur Baronius, diſſoluta concidiſſet. Si verò agatur de Romanâ particulari eccleſiâ, facilè conceſſero, eam, ne quidem ſceleratiſſimis pontificibus rerum potitis, interiiſſe, ſed in urbe Româ ſanctum ſemen & fideles fundamentis ſalutis puro & ſimplice corde inhærentes divinâ benignitate plurimos ſervatos eſſe, quin hodieque ſervari. Id autem ad pontificem & negocium, quod à nobis diſceptatur, planè nihil. Secundum ipſos enim novatores, nec clerus, nec plebs Romana, nec ullus alius vel urbis vel eccleſiæ ejus civis, univerſalis eccleſiæ princeps & ſupremus atque infallibilis rerum divinarum & humanarum arbiter eſt, ſed unus & ſolus pontifex, cum clero & plebe Romanâ ita diviſas res habens, ut Avenionem vel aliò profectus & clerũ & plebem illam à ſe poſſit ſegregare. Nec ulli vel è clero vel è plebe nec ipſi adeo eccleſiæ Romanæ dictum eſt, *Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam, Tibi dabo claves, Paſce oves meas, Rogavi pro te, ne deficiat fides tua*; ſed ſoli Petro, ejuſque ſucceſſoribus pontificibus, in quorum manu ſedem & ſeſe ad loca transferre, quæ à clero, plebe, eccleſiâ Romanâ *longa procul longis via dividat invia terris.* Non itaque ſequitur: Propter flagitia & ſcelera Romanorum pontificum Romana eccleſia non interiit; Ergo eadem non obſtant, quò minùs ipſi flagitioſi & ſcelerati pontifices tantis & talibus ſupernaturalibus & divinis dignitatibus & dotibus, quantas & quales novatores eis tribuunt, emineant polleantque.

Anno 921. Nec ad rem facit, quod ex Frodoardo memorat Baronius, in
num. 3. pago Pariſiaco per reliquias de barbâ ſancti Petri miracula facta eſſe, *cæcos & claudos vel contractos ampliùs quàm centum ſeptuaginta ſanitate donatos eſſe, dæmoniacos verò, quotquot illuc aderant, ſano ſenſu pulſis dæmonibus rediiſſe, præter alia innumerabilia, quæ ibi ſunt acta. Miranda ſunt hæc*, ait Baronius, *nec perfunctoriè tranſeundo inconſiderata relinquenda. Etenim ita Deus Petri nomen fecit tunc eſſe celebrius atque potentius, dum & ejus barbæ pilos, qui ſunt excrementa corporis, tantâ voluit præſtare virtute & fulgere miraculis: quum illud magis infamaretur ab ejus*

ſedis

ſedis invaſore Iohanne (de decimo loquitur) *ut eo amplius oſtenderetur in radice vireſcere, quod exiſtimari poſſet exſiccatum in ramis; ut non dubitares ſuper hanc petram ædificatam eſſe eccleſiam, & portas inferi adverſus eam non prævalere, quantumlibet etiam ipſi, qui ſuper ejus ſedem ſedent, eam impugnent moribus pravis.* Eccleſia ſingulorum temporum ſuper eo, qui tunc eſt, pontifice fundatur, ædificatur, nititur, & pro præſenti à præſentis pontificis ore pendere neceſſe habet. Temporibus itaque Johannis decimi, quem juxta Baronium *planè non niſi pſeudopontifi-* *Anno 912.*
cem & antipapam opus eſt appellare, etiamſi pontificatum annos ſede- *num.12.*
cim tenuerit, priusquam in carcerem truſus & cervicali ſuffocatus
dignum ſuis ſceleribus finem acciperet invaſor & detentor injuſtus Apoſtolicæ *Anno 928.*
ſedis; quo turpior nullus, cujus ſicut ingreſſus in cathedram Petri infamiſſi- *num.2.*
mus, ita & exitus nefandiſſimus: hujus, inquam, Johannis decimi tem- *Anno 925.*
poribus non ab alterius, quàm ipſius ore eccleſiam pendere opor- *num.11.*
tuit, & per annos illos ſedecim ipſius fuit arbitrii, quid vellet eſſe in univerſâ eccleſiâ ſacroſanctum, item fidei decreta ſancire & ſancita mutare; ipſe ſupremus fuit rerum divinarum & humanarum arbiter, nec alius in orbe terrarum præter ipſum. Super hoc itaque Johanne eccleſiam tanto tempore ædificatam fuiſſe, & divinæ bonitati atque ſapientiæ placuiſſe, ut univerſa eccleſia & omnium dogmatum Chriſtianorum auctoritas & certitudo ejusmodi homine & ejus ſimilibus, per integrum ſeculum & diutiùs, inniteretur, etiamſi in pago Pariſiaco barba Petri miracula fecerit, non tamen ullo modo probabile vel credibile efficitur.

Alibi idem Baronius, *Facítne iſta*, inquit, *eccleſia ipſa Romana,* *Anno 1033.*
an patitur, quum in eam indignus intruditur, & monſtrum aliquod ſecu- *num.4.*
lari potentiâ in ſacroſanctam illam ſedem provehitur & exaltatur? Ait
autem, quòd id *ipſa nolens & invita, renitens & reclamans, lugens ac* *num.8.*
mœrens pati acerbiſſimè cogatur. Sed quando olim Romanus clerus & populus ſententiis non convenere, aut quando poſteà Romani cardinales diſſentientibus votis diverſos elegere pontifices, vel conſentientibus Alexandrum quendam ſextum, *qui immoderatâ*
ambitione (verba ſunt Guicciardini) *& peſtiferâ perfidiâ, omnibusq; hor-* *hiſt.lib.6.*
rendæ crudelitatis, monſtroſæ libidinis & inauditæ avaritiæ exemplis, ſacris & profanis rebus absque diſcrimine venditis univerſum orbem perturbaret, creavere; annon tum ipſa Romana eccleſia, ut ſchiſma oriretur, vel ut ſceleratum pontificem haberet, fecit & in cauſsâ fuit? Cæterum

nos eâ de quæſtione magnopere ſollicitos eſſe, nihil attinet. Sive enim egerit, ſive paſſa ſit in ejusmodi caſibus Romana eccleſia, manet firmum, quod nos diximus, nempe, Si auctoritati pontificis tantopere inniteretur ſalus eccleſiæ & certitudo dogmatum, quemadmodum novatores docent, numquam permiſſuram fuiſſe benignam Dei φιλανθρώπου providentiam, ut pontificatum aliquando occuparent fœminæ, pueri, ſpurii, illiterati, libidinibus, ſacrilegiis, cædibus, crudelitate & omne genus horrendis facinoribus & flagitiis infames, nedum ut eum iſtiusmodi portenta totum ſeſquiſeculum, quod vix in gentili vel idololatrico aliquo principatu contigiſſe deprehendas, tenerent.

præf. in lib. de R. pont. Bellarminus etiam in vitiis pontificum delitias facit. *Permiſit Deus*, inquit, *ut etiam quidam parum probi pontifices aliquando hanc ſedem tenerent & regerent. Quales ſanè fuerunt Stephanus VI, Leo V, Chriſtophorus I, Sergius III, Iohannes XII, aliiq; NON PAUCI, ſi vera ſunt, quæ de eorum vitâ & rebus geſtis apud hiſtoricos eorum temporum* (unde autem, niſi ex his, de rebus geſtis earumque veritate nobis conſtat?) *ſcripta leguntur. Itaque nihil eſt*, ait, *quòd hæretici* (hæretici novatoribus ſunt, quicumque, quantum ipſi, Romano pontifici non tribuunt; quod ſi verum eſt, nemo major hæreticus quàm ſanctus martyr Cyprianus) *tantum laborent in quorundam pontificum vitiis conquirendis. Nos enim agnoſcimus & fatemur, ea fuiſſe non pauca: ſed tantum abeſt, ut iis gloria hujus ſedis obſcuretur, ut iisdem*, vitiis ſcilicet & flagitiis, *vehementer creſcat & amplificetur.* Mira res. Sanctitas vitæ præcipuorum doctorum eſt nota veræ eccleſiæ juxta Bellarminum: & tamen juxta eumdem Bellarminum ſedis Romanæ gloria vitiis & flagitiis præcipuorum ſuorum doctorum, nempe pontificum, *vehementer creſcit & amplificatur:* adderet ſaltim, quod apud *Append. ad lib. de R. Pont. c. 12.* eum alibi legimus, *hoc ipſum manifeſtum argumentum eſſe veritatis fidei ac religionis, quæ Romæ colitur.* Credas cardinales fervore tuendarum abſurdarum novitatum ad inſaniam adigi. Ne tamen ſine ratione videatur inſanire, addit aliquam, non ſine ſtrepitu & ampullis. Audiamus, ne quid diſſimulaſſe dicamur. *Hinc*, inquit, *intelligimus, non humano conſilio, prudentiâ, viribus Romanum pontificatum tamdiu conſiſtere, ſed quia hæc petra ita à Domino roborata, divinitus fundata, Angelorum cuſtodiis ſepta, ſingulari Dei providentiâ & protectione munita eſt.* Ego verò reſpondeo, ſi Romanum pontificatum ut epiſco-

epiſcopatum aut etiam patriarchatum conſideremus , haut pauc-cioribus ſeculis duraſſe reliquos eccleſiæ catholicæ patriarchatus & plurimos alios epiſcopatus , tanto majore miraculo & præſentiore divinæ tutelæ argumento, quanto ſævioribus Chriſtiani nominis hoſtibus expoſiti & minoribus ipſi opibus atque viribus ſunt ſuffulti. Diuturnitate profectò durationis reliqui patriarchatus Romano non cedunt : ſed ſi vitiis & flagitiis gloria alicujus ſedis vehementer creſcit & amplificatur, cedere proculdubio cogentur. Sin reſpicimus pontificatum illum exuberantem & exorbitantem, & dum ſibi ea, quæ recenſita ſunt ſuperiùs, non minùs præfractè quàm impiè arrogat, diſſidia, ſchiſmata, tumultus, bella in orbe Chriſtiano excitantem ; reſpondemus eum propter peccata & ingratitudinem populi Chriſtiani à Deo permitti & tolerari, non tamen diutiùs, quàm itidem permiſſus & toleratus fuerit Muhammediſmus; ut ſi diuturnitas durationis vel inter flagrantia ſcelera continuatæ certum habeatur argumentum ſingularis divinæ protectionis, non ſegniùs jactitare eum poſſit Muhammediſmus, quàm pontificatus: exorbitantem intelligo: nam intra terminos veræ & legitimæ patriarchalis dignitatis ſeſe continentem nemo impugnat. Quin non modò diuturnitate temporis, ſed & amplitudine terrarum, per quas utriusque cultus diffuſus eſt, pontificatum Muhammediſmus, ſi inter ſe contendantur, ſuperaturus videtur. Et hæc de ſummo religionis novatorum articulo præcipuoque fundamento ex occaſione dicta ſunto.

Leo tandem nonus, ſi Genebrardo credimus, *primus à Deo vocatus velut alter Abaron, antiquam pontificum integritatem è cœlo in ſedem Apoſtolicam revocavit.* Quod ipſum ſanè ipſe in epiſtolâ, quam ad Conſtantinum Monomachum Græcorum Imperatorem ſcripſit, deceſſoribus ſuis damnatis, ſibi non obſcurè tribuit. *Quia,* inquit, *abundante iniquitate & refrigeſcente caritate ſancta Romana eccleſia & Apoſtolica ſedes nimium diu obſeſſa fuit mercenariis, & non paſtoribus, à quibus ſua & non quæ ſunt Ieſu Chriſti, quærentibus, devaſtata jacebat miſerabiliter hactenus; divinum conſilium voluit meam humilitatem ſuſcipere tantæ cathedræ pondus.* Quanta fuerit ſub ejusmodi pontificibus cleri caſtitas & continentia, cuivis promtum eſt conjicere. Sed neque ſub Leone & ſucceſſoribus multò ſinceriorem deprehendo, quum repudiato legitimo & divinitùs ordinato incontinentiæ remedio,

ſan-

ſancto inquam conjugio, legem cœlibatus ſummo rigore & obſtinatione omnes illi urgerent, & maritos eodem, quo ſcortatores & mœchos loco haberent, atq; adeo diſcrimine ſublato matrimonia, quæ nonnulli ex clero ſuæ infirmitatis ſibi conſcii & vagas libidines abominati contraxerant, fornicationibus & adulteriis æquarent. Haut itaque ſoli è vulgo clerici, ſed ipſi quoque epiſcopi & ſupremi religionis antiſtites inquinatiſſimè vivebant. Erat iis temporibus in precio Petrus, Damiani filius, ortu Ravennas, profeſſione monachus Benedictinus, deinde à Stephano IX. creatus epiſcopus cardinalis Oſtienſis, cui tamen dignitati poſteà renuntiavit, vir pro ratione ſeculi (undecimum à nato Chriſto tunc agebatur) non indoctus, pietate præditus & zelo, quamquam non ſemper & in omnibus ſufficiente ſcientiâ inſtructo. Is tunc temporis librum ſcripſit, titulo GOMORRHÆI, quo tetram cleri libidinem & horrenda flagitia inſectatus de remedio Leonem compellavit. Sed præſtat hîc apponere, quæ eâ de re Baronius ſcripta reliquit, ne exaggerare aliquid videar: præſertim quum ex bibliothecâ Vaticanâ ille promat, quæ noſtram notitiam aliàs ſubterfugerent. Locus integer eſt, qui ſequitur.

*An.*1049. *num.*10. *Gen.*6. Frutices illi infeliciſſimi, vepres infauſti, ſpinæ, & urticæ agrum Patrisfamilias in immenſum oppleverant, qui ex putore carnis, corruptionis fimo turpiter excreverunt. *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam:* ut non tantùm ad eas abluendas ſordes videretur ſatis eſſe diluviũ, ſed nefanda ſcelera ignem è cœlo Gomorrhæum, quo eſt exuſta Pentapolis, poſtularent. Quorum gratiâ idem Petrus Damiani, tunc eremita montis Avellani in Umbriâ conſtituti, de his omnibus novum Pontificem Leonem monendum putavit, ſcribens ad eum librum, quem GOMORRHÆUS inſcripſit, eoque quadripartita vitia carnis, quibus obrueretur eccleſia, ut decuit, quàm potuit honeſtè, inſinuavit, rogans ut Petri gladio, acutiore quàm Phinees, conficiens turpiſſimos homines illos, eccleſiam Dei non habentem maculam, neque rugam, ſervaret incontaminatam. Quibus auditis ſanctiſſimus Pontifex, cùm viri ſancti laudavit zelum, tum etiam pro criminum qualitate & quantitate ultor offenſi numinis, pœnas dignas appoſuit, quas habet ejusdem Pontificis epiſtola, ad eundem Petrum reddita, quæ præfixa legitur Gomorrhæo, quæ unà cum pluribus aliis ejusdem auctoris lucubrationibus extat in antiquitus ſcri-

ſcripto codice bibliothecæ ſancti Petri in Vaticano, quo ſumus uſi in his conſcribendis. Ipſa autem Leonis Papæ epiſtola ad Petrum ſic ſe habet.

Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto in Chriſto filio Petro eremitæ æternæ beatitudinis gaudium.

Ad ſplendidum nitentis pudicitiæ thorum, fili cariſſime, pio certamine intentionem tuæ mentis perveniſſe libellus, quem contra quadrimodam carnalis contagiuis pollutionem honeſto quidem ſtylo ſed honeſtiori ratione edidiſti, manifeſtis documentis commendat. Subegiſti quidem carnis barbariem, qui ſic erexiſti brachium ſpiritus adverſus libidinum obſcenitatem. Execrabile quidem vitium, longeq́; ſegregans ab auctore virtutum, qui quum ſit mundus, nihil admittit immundum. Nec de ſorte ejus eſſe poterit, qui ſordidis illecebris ſubjacebit. CLERICI verò, DE QVORVM VITA SPVRCISSIMA flebiliter pariterq́; rationabiliter tua prudentia diſputavit, verè, & omnino verè ad funiculum hereditatis ejus non pertinent, de quo ipſi voluptuoſis ſe oblectationibus ſubmovent. Quodſi pudicè converſarentur, non ſolum templum DEI ſanctum, ſed ipſum etiam ſanctuarium dicerentur, in quo niveo candore conſpicuus ille DEI Agnus immolatur, per quem fœda totius orbis lues lavatur. Tales nimirum clerici etſi non verborum, operum tamen teſtimonio profitentur, quia non exiſtunt, quod cenſentur. Quomodo enim clericus eſſe poſſit vel nominari, qui proprio arbitrio non metuit inquinari? Et poſt ad extremum ubi ejuſmodi canonicâ cenſurâ coërcuit, hæc ad Petrum: *Sed fili cariſſime, inenarrabiliter gaudeo, quia exemplo converſationis inſtruis, quidquid oratoria facultate docuiſti. Plus eſt enim opere docere, quàm voce. Quapropter auctore Deo, palmam obtinebis victoriæ, & cum DEI & virginis filio lætaberis in cœleſti manſione, & tot mercedibus eris cumulatus, quot ereptis per te à diaboli laqueis fueris conſtipatus, & quodammodo coronatus.* Hæc ad Petrum Leo.

Subjicit idem Baronius, quomodo *ille Petrus, hujus temporis magnum ſidus eccleſiæ*, per aliquorum calumnias gratiâ Leonis exciderit, odiumq́; & indignationem incurrerit, atque ad ipſum ideo inter cætera ſcripſerit, *Antiquus hoſtis timens, ne ego poſſem vobis ſuggerendo deſtruere, quod ille in iſtis partibus non deſinit quotidie novis adinventionibus fabricare, malignantium adverſum me linguas exacuit.* Quomodo autem Gomorrhæum Alexander ſecúndus pontifex auctori ſurripuerit & ſuppreſſerit, ex eodem Baronio inferiùs indicabimus.

Nunc exemplum continentiæ epiſcopalis ex Hermanno Cōtracto adſcribam, qui in anno cIↃ LI, *Poſt paſcha*, inquit, *dominus papa Leo ſynodum Romæ collegit, ubi inter alia Gregorium Vercellenſem epiſcopum, propter adulterium cum vidua quadam, avunculi ſui ſponſa, admiſſum, & perjuria perpetrata, abſentem & neſcientem excommunicavit: quem tamen non multò poſt Romam venientem, ſatisfactionem promittentem, officio priori reſtituit.* Adeo ſeverè in adulterium & inceſtum fuit animadverſum. In eadem ſynodo ab eodem Leone conſtitutum, quod in epiſtolâ ad Cunibertum epiſcopum Taurinenſem commemorat Petrus Damiani, *ut quæcumque damnabiles fœminæ intra Romana mœnia reperirentur presbyteris proſtitutæ, ex tunc & deinceps Lateranenſi palatio adjudicarentur ancillæ.* Quid verò cani in balneo, meretriculis in Lateranenſi, ubi pontifex habitabat, palatio?

Colliſus eſt Leo cum Michaële Cerulario, patriarcha Conſtantinopolitano, ad quem & Leonem Acridanum Bulgarorum archiepiſcopum ejus exſtat prolixa epiſtola, à proprio an alterius in-
pag. 353. genio profecta incertum. Objicit ſanè, ut dictum eſt pridem, eunuchos & indignos ad ſedem Conſtantinopolitanam fuiſſe promotos, interim non videns manticæ quod in tergo, id eſt, ſuorum ipſius deceſſorum, de quorum virtutibus paullò antè audivimus, immemor. Miſit etiam Conſtantinopolim legatos Humbertum Sylvæ candidæ epiſcopum, Fridericum archidiaconum & cancellarium, & Petrum archiepiſcopum Amalphitanum, prætextu ineundæ cum Græcis concordiæ, re verâ, ut eccleſiam græcam Romanæ ſubjiceret. Legationis hujus græci ſcriptores mentionem non faciunt, ſed latini, Leo videlicet Oſtienſis, *Chronici Caſſinenſis libro II, capite XXCIX*; Lambertus Schafnaburgenſis *in anno cIↃ LIII*, & Sigebertus Gemblacenſis *in anno cIↃ LIV*. Acta legationis ab Humberto, ut exiſtimatur, con-
An. 1504. ſignata è manuſcriptis codicibus profert Baronius; in quibus nihil
num. 19. niſi magnificum narratur, quomodo videlicet legati, ſimul ac venerint, Nicetam Pectoratum, qui contra latinos ſcripſerat, in præſentiâ Imperatoris ad palinodiam adegerint, librum ejus exuſſerint, Michaëlem patriarcham publicè in templo ſanctæ Sophiæ excommunicaverint. Ceterùm οἴκοθεν ὁ μάρτυς. Cauſſæ verò propter quas Michaëlem & qui cum ipſo facerent, excommunicaſſe ſe dicunt, nimis lepidæ ſunt; *Quia*, ajunt, *ſicut Simoniaci donum Dei vendunt: ſicut Valeſij, hoſpites ſuos caſtrant, & non ſolum ad clericatum ſed inſuper adepi-*

ad epiſcopatum promovent; ſicut Ariani rebaptizant in nomine ſanctæ Trinitatu baptizatos, & maximè latinos; ſicut Donatiſtæ affirmant, exceptæ Græcorum eccleſia, eccleſiam Chriſti & verum ſacrificium atque baptiſmum ex toto mundo periſſe; ſicut Nicolaitæ, carnales nuptias concedunt & defendunt ſacri altaris miniſtris; ſicut Severiani, maledictam dicunt legem Moyſi; ſicut pneumatomachi vel theomachi, abſciderunt à ſymbolo Spiritus ſancti proceſsionem à Filio; & cætera. Quàm vel falsò, vel ineptè, vel perversè illa dicantur, norunt eruditi: quæ tamen Sigebertus ex his ipſis Actis, ſibi fortè lectis, repetit & univerſæ Græcorum eccleſiæ tribuit.

Nicetas Pectoratus, cujus facta mentio, monachus fuit & presbyter in monaſterio Studij, quod Conſtantinopoli celeberrimum erat. Fallitur enim præclarus vir Martinus Chemnitius, qui eum in occidentali eccleſiâ inter latinos vixiſſe putat. Scripſit epiſtolam ſive libellum de azymo, jejunio ſabbati & conjugio ſacerdotum. Priores duæ quæſtiones, utpote de rebus prorſus indifferentibus, potuiſſent præteriri; nec evinci poteſt à Græcis aut Niceta, quòd ſive azymis uti, ſive ſabbato jejunare illicitum ſit. Tertia majoris eſt momenti. Omnes autem à Niceta magnâ verborum modeſtiâ & cum honorificâ latinorum compellatione tractantur. Quamquam libellus ipſe ab Humberto, ut apparet, converſus eſt adeo infeliciter, ut ſæpè vix, aut ne vix quidem, intelligi poſſit. Humbertus autem, qui magnâ cum vehementiâ & multis conviciis reſpondit, de tertiâ quæſtione, utpote ad negocium noſtrum faciente, quid adferat, videamus. *Exam. concil. Trid.*

Perpendentes, inquit, à te tam perversè defendi adulteria potiùs quàm nuptias ſacerdotum; arbitramur ab inferis emerſiſſe principem hujus hæreſeos nefandum diaconum Nicolaum, de quo Epiphanius veſter ſic ſcripſit: *Quarta Nicolaitarum à Nicolao hæreſis eſt inventa, uno ex ſeptem diaconibus, ab Apoſtolis ordinatis. Iſte quum zelo pulcerrimæ conjugis culparetur, docere cepit indifferenter debere uti conjugibus, non ſolum laicos, ſed etiam qui ſacerdotij fungerentur officio.* Hos damnavit ſanctus Evangeliſta & Apoſtolus Johannes, & juſſit, ut quicumque cum eis vel ſermonem colloquij miſcuiſſent, ex hoc ipſo communione privandos, docens, rationabiliter à mundi origine Deo caſtitatem plurimùm placuiſſe, tunc etiam in ſeipſo Chriſtum Dei filium caſtitatis gloriam dedicaſſe, quum virgineam poſſidens ma-

trem virgō manſurus nullum diſcipulorum ſuorum commixtione etiam legitimâ conjugij uti permiſit, dicens: *Si quis vult poſt me venire,* Luc. 9. *abneget ſemetipſum ſibi, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Unde idem Dominus Jeſus in Apocalypſi præcipiens Apoſtolo Johanni ſcribere Angelo Epheſi, inter alia inquit: *Hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.* Apoc. 2. Hinc etiam Angelo Pergami inquit: *Habeo adverſum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandala coram filijs Iſrael, edere, & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Suffecerant quidem hæc, ô Nicolaita Niceta, ad convincendum errorem tuum, ſed quia canonibus ſub nomine Apoſtolorum editis nos urgere videris, exponere tibi tua capitula decrevimus, quamvis ea inter apocrypha uſq; nunc magnâ ex parte computaverimus, ut apertè cognoſcatur nec apocryphis, nec authenticis vos veſtras ineptias poſſe defendere. Ante omnia autem comprobamus te mentitum ipſi veritati in eo, quod dixiſti noſtros priùs ordinari, deinde uxores ſortiri: quia apud nos, nec ad ſubdiaconatus gradus quiſquam admittitur, niſi perpetuam continentiam etiam à propriâ conjuge profiteatur, nec poſt gradum cuiquam uxorem ducere conceditur. Sed tu eccleſiam Dei volens efficere ſynagogam ſatanæ, & proſtibulum Balaam & Jazebel, cum Nicolao dicis, *Epiſcopum & presbyterum & diaconum dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ, nec licet eos poſt manus impoſitionem innuptos eſſe, nec inſuper ad nuptias ire: aut ſi nupſerint, alteras amplecti, ſed ſufficere eis quas habent, quum ad ordinationem venerunt.* O abominabilis Cynice, quomodo non erubuiſti tantum nefas evomere? Ergo non licet aliquem poſt manus impoſitionem ſine uxore eſſe. Si ita eſt, ipſe Johannes Apoſtolus, & Paulus, & Barnabas, & omnis continens in gradu eccleſiaſtico in culpâ eſt procul dubio: unde neceſſe eſt, ut futurus epiſcopus, presbyter, diaconus, & ſubdiaconus priùs uxorem ſortiatur, quæ ſibi ſufficere debeat ad carnales amplexus. Numquid laicis non ſufficit una, niſi fortè diſcipuli maligni Mahomed, cujus farinæ totus es, tu quoque, quia presbyter es, ſine uxore eſſe non debes, ſecundum tuas aſſertiones.

Hæc ex reſponſione Humberti, qui ne Græcis quidem conjugia permittere voluit, in ſpecimen adlata ſunto. Nemo autem, niſi ſtupidus ſit, non videt, Humbertum nec quæ Nicetas ſcripſiſſet, nec

quæ

quæ iſte, è veteribus græcis monumentis adfert, intellexiſſe. Ex Epiphanio conatur aſtruere, Nicolai hæreſin fuiſſe, quòd adſereret, non modò laicos, ſed etiam ſacrorum miniſtros uxoribus uti poſſe. Malumus id inſcitiæ imputare, quàm malitiæ. Quæ enim de Nicolao Epiphanius tradidit, nos ſuo ſuprà loco plenè deſcripſimus; inter quæ nihil tale quisquam deprehendet. E capite decimoſeptimo libri ſexti Conſtitutionum Apoſtolicarum ſub nomine Clementis editarum adduxerat Nicetas locum à nobis ſuprà quoq; deſcriptum; quem quam miſerè & inſulsè verterit, Humbertus, vel cæco appareat. Tribuit Clementi illi & Græcis, quaſi doceant, Non licere epiſcopis, presbyteris, diaconis poſt ordinationem eſſe innuptis. Nihil tale Clemens, nihil Græci. Nicetas ipſe presbyter erat, & nihilominus monachus: urget etiam in ſuo libello auctoritatem ſextæ ſive quiniſextæ ſynodi, quam epiſcopis cœlibatum injungere, presbyteris verò & diaconis, ſi cœlibes perſeverare nolint, ut ante initiationem contrahant, præcipere palàm eſt, & ipſiſſimis verbis prolatis ſatis ſuperq; pridem demonſtratum. Humbertum itaque nec adverſarij mentem, contra quem ſcriberet, nec auctorum græcorum teſtimonia, quæ proferret, intellexiſſe certum eſt. Minùs itaque mirum, eum pro ſuâ ſententiâ canonem Nicænæ ſynodi de συνεισάκτοις allegare. Adducit deinde Siricij, Innocentij & Leonis Romanorum pontificum leges, quas à Græcis iniquas judicari & in ſynodo quiniſextâ rejectas fuiſſe non debuerat ignorare. Tandem in eccleſiam græcam his verbis debacchatur: *Illa eccleſia, quam Arius corrupit, Macedonius proſtituit, quæ genimina viperarum, id eſt, Neſtorium, Eutychen, Monothelitas & Theopaſchitas & reliquas hæreticorum peſtes peperit & aluit; adhuc à Nicolai hæreſiarchæ amplexibus abſtrahi non potuit.* Et in Nicetam: *Tu verò miſerrime Niceta, donec reſipiſcas, ſis anathema ab omni Chriſti eccleſiâ, cum omnibus, qui tibi acquieſcunt in tam perverſa doctrina.* Qui hæc ſcripta tanti æſtimaverit, ut inſpicere velit ipſe, in fine undecimi tomi annalium Baronianorum ea inveniet.

pag. 139.

pag. 318.

pag. 321.

Quantâ pietate fuerit Leo nonus, quem tantoperè extollunt, ut Sancti etiam titulum tribuant, ex eo licet conjecturam capere, quòd primus Romanorum pontificum (niſi fortè Johannem XII, de quo galeato & loricato ſuperiùs audiebamus, exemplo præiviſſe dixerint) exercitum in aciem contra hoſtes ſuos, qui Normanni tunc erant, eduxerit. Infeliciſſimus exitus argumentum fuit novitatis

pag. 367.

abſurdæ & perverſæ, à Deo improbatæ. Rem totam Hermanni Contracti verbis, qui quum ea vidiſſet & deſcripſiſſet, proximo anno è vivis exceſſit, apponemus. Leo quum conciliandæ pacis ergo inter Henricum Imperatorem & Andream Hungariæ regem in Germaniam veniſſet, Natalem Domini anno cIↃ LIII. unà cum Imperatore Wormatiæ egit. Et *quum de Normannorum violentiis & injuriis, qui res ſancti Petri ſe invito tenebant, multa conqueſtus eſſet, ad hos inde propulſandos Imperator ei auxilia delegavit.* Leonem itaque *ſequuti ſunt plurimi Teutonicorum, partim juſſu dominorum, partim quæſtu adducti, multi etiam ſcelerati & protervi, diverſisq; ob noxias patriâ pulſi. Quos ille omnes tum conſuetâ miſericordiâ nimiâ compaſſione, tum etiam quia opera eorum ad imminens videbatur bellum indigere, clementer & gratanter ſuſcipiebat.* Quum Romam rediiſſet, *habita poſt paſcha ſynodo, contra Normannos, ut propoſuerat, exercitum movit: quumq; illi pacem petentes, ſubjectionem ſervitiumq; ipſi promitterent, & quæ priùs injuſtè ſibi uſurpantes invaſerant, ejus beneficio gratiaq; retinere velle ſe dicerent; idq; papa abnegans vi & injuria raptas res ſancti Petri repoſceret, eosq; perperam pervaſo cedere loco juberet: illi quia numero longè præſtabant, quaſi rem impoſſibilem ſibi propoſitam refutantes, ſe potiùs bello obviam ituros, armisq; acquiſitam patriam armis defenſuros, vel morte occubituros denûntiant. Sicq; XIV. Kal. Iul. valida pugna confligentes, prima acie à Teutonicis penè victi ſunt, ſed ſuccenturiatis copiis ex inſidiis noſtros circumvenientes, Italis citius terga vertentibus, Teutonicis maxima ex parte ſed non inultè occumbentibus, occulto DEI judicio (ſive quia tantum ſacerdotem ſpiritalis potiùs, quàm pro caducis rebus carnalis pugna decebat; ſive quòd nefarios homines quàm multos ad ſe ob impunitatem ſcelerum, vel quæſtum avarum confluentes, contra itidem ſceleſtos impugnandos ſecum ducebat; ſive divina juſtitia alias, quas ipſa novit, ob cauſſas noſtros plectente) quamvis nimis cruentam hoſtes adepti ſunt victoriam: ipſeq; Dominus papa in quodam ab eis caſtello obſeſſus, quum expugnata jam jamq; munitione, neceſſitate coactus, communionem eis priùs interdictam reddidiſſet, acceptus ab eis. Beneventum cum honore tamen reductus eſt, ibiq; tempore aliquanto detentus, nec redire permiſſus.* Hæc Hermannus Contractus, fato ſuo vicinus, *omnes tunc temporis viros ſapientia & virtutibus præcellens,* ut in Supplemento ſcribit Bertoldus presbyter Conſtantienſis.

Quid alter etiam ævi hujus vir eximius de facto Leonis ſenſerit, Petrus Damiani videlicet, adjiciamus. *Quum frequenter,* ait Baronius,

ru…s, audiret epiſcopos aliquot in Gallijs atq; Germanijs galeatos ac lori- Ann. 1053.
catos ad bella procedere, facinus execratus ſcripſit epiſtolam ad Firminum e- num. 10.
piſcopum, qua deplorans mundi hujus mala, præcipuè verò diſcordias oboriri
inter Imperatores atque pontifices, ſic vult munera eorum eſſe diſtincta, ut
nec Imperatores attingant quæ ſunt ſacerdotum, nec ſacerdotes quæ ſunt Im-
peratorum, ut bella tractare & alia id genus. Sed præſtat ipſum aucto-
rem loquentem audire. *Quum inter cætera*, inquit, *mala, quæ no-
ſtris temporibus emergunt, ipſas quoq; eccleſias violenti homines inſolenter
opprimunt, ac prædia vel qualibet bona ſacri juris invadant; nonnullos mo-
vet, utrum eccleſiarum rectores expetere vindictam debeant, ut pro malis ma-
la, more ſecularium reddant. Nam pleriq;, mox ut eis infertur vis injuriæ,
ad indicenda protinus bella proſiliunt, armatorum cuneos inſtruunt, ſicq; ho-
ſtes ſuos, acriùs fortè quàm læſi fuerant, ulciſcuntur. Quod mihi planè vide-
tur abſurdum. — Vita planè, quam Salvator noſter geſſit in carne, non mi-
nùs, quam prædicatio evangelij, nobis eſt propoſita tenendæ linea diſciplinæ.
Sicut ergo ipſe cuncta mundi furentis obſtacula non per diſtricti examinis ul-
tionem, ſed per invictam ſuperavit inconcuſſæ patientiæ majeſtatem; ita do-
cet mundi rabiem potiùs æquanimiter ferri, quàm vel arma corripere, vel
lædenti læſionibus reſpondere: præſertim quum inter regnum & ſacerdo-
tium propria cujusque diſtinguantur officia; ut & rex armis utatur ſecu-
li, & ſacerdos accingatur gladio ſpiritali, qui eſt verbum DEI. De ſeculi
nempe principe Paulus dicit, Non ſine cauſſa gladium portat, DEI enim mini- Rom. 13:4.
ſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Ozias rex, qui ſacerdotale uſur- 2. Chr. 26.
pat officium, lepra perfunditur; & ſi ſacerdos arma corripit, quod utiq; laico-
rum eſt, quid meretur? — Ad hæc ſi quis objiciat, Leonem bellicis uſibus ſe
frequenter implicuiſſe pontificem; nihilominus verum eſſe dico, quod ſentio:
quoniam nec Petrus ob hoc Apoſtolicum obtinet principatum, quia negavit;
nec David idcirco prophetiæ meretur oraculum, quia thorum alieni viri in-
vaſit; quum mala vel bona non pro meritis conſiderentur habentium, ſed ex
propriis debeant qualitatibus judicari. Numquid hoc legitur vel egiſſe vel li-
teris docuiſſe Gregorius, qui tot rapinas ac violentias à Longobardorum feri-
tate eſt perpeſſus? Num Ambroſius bellum Arianis, ſe ſuamq; eccleſiam cru-
deliter infeſtantibus intulit? Numquid in arma ſanctorum quiſpiam tradi-
tur inſurrexiſſe pontificum? Cauſſas igitur eccleſiaſtici cujuscunq; negotij,
leges dirimant fori, vel ſacerdotalis edicta Concilij: ne quod gerendum eſt in
tribunalibus judicum, vel ex ſententia debet prodire pontificum, in noſtrum
vertatur opprobrium congreſſione bellorum.*

Hoc

Hoc judicium & cenſura Petri Damiani; *cui Catholica dogmata,*
An. 1053. num. 14. ait Baronius, *penitus adverſantur, quibus hæreſis errore notantur omnes,*
qui ab eccleſia Romana, cathedra Petri, è duobus alterum gladium auferunt,
An. 1049. num. 12. *nec niſi ſpiritualem concedunt.* Sic bonus ille Petrus, qui aliàs Baronio
magnum ſidus eccleſiæ, & *cujus* juxta eumdem Baronium *ſermo a Roma-*
An. 1057. num. 14. *nis pontificibus probè auditus ſusceptusq; & uti divinum oraculum obſervan-*
dus eſt propoſitus, cujus item *tanta æſtimatio in eccleſia DEI erat, et quæ i-*
An. 1063. num. 3. *pſe facienda moneret, tamquam oracula divina pij quiq; perciperent*; nunc
idem ille Petrus, quia pontifici regiam poteſtatem & jus gerendi
belli non concedit, hæreſeos notâ inuſtus abit. Additur etiam hoc:
An. 1053. num. 17. *Errore lapſus convincitur Petrus* (*excuſare eum nec debemus nec poſſumus*:
nempe qui pontifici omnia non tribuit, excuſari nec debet, nec po-
teſt) *quem communi Catholicæ totius eccleſiæ conventu conſtat eſſe damna-*
tum. Eja verò! Ergo quòd pontifici jus gerendi belli competat, UBI-
QUE, SEMPER ET AB OMNIBUS creditum fuiſſe demonſtr[illegible]
Quid enim aliud dicit aut docet Petrus Damiani, quàm quod duo-
bus ſeculis ante ipſum ad Michaëlem Imperatorem ſcripſerat
Diſt. 96. can. 6. Nicolaus primus, Decretóque inſeruit Gratianus: *Quum ad verum*
ventum eſt eundem regem ac pontificem, ultra ſibi nec Imperator jura ponti-
ficatus arripuit, nec pontifex nomen imperatorium uſurpavit. Quoniam
idem mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus proprijs &
dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis utriusque diſcrevit, propria volens me-
dicinali humilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in inferna
demergi, ut & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent,
& pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum imperialibus legi-
bus uterentur; quatenus ſpiritalis actio carnalibus diſtaret incurſibus, & qui
militans DEO minimè ſe negociis ſecularibus implicaret. Videtur ta-
men invidiam facti lenire velle Baronius. *Leo ipſe, de quo agimus,*
num. 15. inquit, *licet ſit comitatus exercitum, ſeorſim tamen in loco munito, in*
quo poſteà obſeſſus eſt, manſit. Id verò pro lubitu fingit. Comitatus au-
tem eſt? quomodo? an ut qui delicias belli inſpicere cuperet, an ut
qui cum ſummo imperio eſſet? Armatus fortè manus ipſe non con-
ſervit: ſed nec hoc reges, qui bella gerunt, quin nec belli duces ſem-
per faciunt. Interfuiſſe & præfuiſſe bello, ut ſupremum principem,
certum eſt. *Contra Normannos exercitum movit*, ait Contractus, ut ex
ipſo paullò ante audivimus. Lambertus: *Leo papa profectus contra Nor-*
mannos contulit cum eis prope Beneventum ſigna. Marianus: *Leo papa*
cur-

exercitum ducens per Apuliam contra Normannos, infinita utrobiq; cade per-[illegible] victoria redit. Leo Oſtienſis: *Apuliam cum Normannis Leo pa-* lib.2,c.88.
pa [illegible] aturus ingreditur. Cunradus Urſpergenſis: *Poſt hæc Apoſtolicus [illegible] redijt, multis cum diverſarum provinciarum militibus, imperiali præcip[illegible] e & amicorum ſubventione comitantibus; & poſt paſcha exerci-tum [illegible] ens in Apuliam contra Normannos, illius terra quondam advenas, ſed tunc p[illegible] ionum Apoſtolicarum invaſores & Romani imperij hoſtes pugna-vit, & infinita utrobiq; cade peracta papa cum paucis fugiens, abſque victoria regreditur.*

A[illegible]dit Lambertus, *Cunctos dies, quibus ſupervixit tantæ calamita-ti, in luxu & mœrore egit.* Supervixit autem annum non integrum: q[illegible]ippe pugnavit infeliciter anno cIↃ LIII, IV. Kal. Julias; obijt anno [illegible]ente, XVI. Kalend. Majas, ut eſt apud Hermannum Contra-[illegible] Leonis obitu chronicon ſuum finit, ipſe etiam inde poſt [illegible] dies defunctus. Vacavit ſedes menſes undecim & dies vi-[illegible] or a Benedicto illo priſtino invaſore, ſi Bennoni credi-mus, denuò vexata. Interea Hildebrandus à Romanis ad Impera-torem [illegible] iſſus eſt, a quo Gebhardum, Eichſtadenſem epiſcopum, cui Victori ſecundo nomen fuit, impetravit.

Redijt autem Victor poſt annum in Germaniam, ab Impera-tor[illegible] at[illegible]s: & Imperator ipſe morbo correptus, præſente ponti-[illegible] vivendi fin[illegible]m fecit, an. cIↃ LVI, III. Nonas Octobris, ut legere [illegible] a[illegible]d Marianum. Qui ſub idem tempus varias provincias obitu [illegible]o um principum, caritate annonæ, fame alijsq; calamitatibus ad-flict[illegible]s [illegible]iſſe commemorat. Hîc quærit Baronius, *Quidnam Henricus* An. 1056,
I[illegible]rator peccaverit ut in eum DEI vindicta ſævierit? Reſpondet: *Inter-* num.2.
c[illegible] causſa illa, quod electionem ſibi Romanorum pontificum arro-[illegible] porum judicia ſibi ſumſiſſet. Nam & paullò antè Gebhardum [illegible] epiſcopum reum majeſtatis detruſit in carcerem. Ita hic et-[illegible] Imperator obſequio & cultu pontificis & ſacerdotum Baronio [illegible] cit, etiamſi eo ſe u[illegible]q; demiſerit, ut *numquam inſignia rega-* num.7.
[illegible] pr[illegible] it [illegible] ponere, niſi clam per confeſſionis ac pœnitentiæ, verbe-[illegible] ſatisfactione[illegible], licentiam a quolibet ſacerdotum ſuppliciter me-[illegible] quemadmodum è vita Annonis archiepiſcopi Colonienſis [illegible] deſcripta ipſe memorat Baronius, ſubjiciens ex eodem [illegible] rei e[illegible]plum huju[illegible]modi. *Tempore quodam magna* num.8.
[illegible] qu[illegible] duces, comites & cujuscu[illegible]

dignitatis & ordinis viri regiam undiq; properarent ad curiam, quum & ipſum mos & honor impoſitus trabeatum exigeret procedere, non inſc[illegible] ſanctitatis & vitæ probatiſſimi inter præſules Annonis, ut ſua conſuetud[illegible] ſervaret inſtitutum, ſupplex & pœnitens eum cepit adire. Mox ſacer antiſtes auctoritate plenus tali in negocio imperialem parvipendens magnificentiam, ſicut parcere ſolitus erat inopi & pauperi, ſic opportunitatem adeptus miſericors ſine miſericordia ſævire cepit in principem. Nam vehementiſſimis eum invadens correctionibus quidquid animo pro juſtitia concitato ſe obtulit, liberè & conſtanter effabatur; illumq; DVRISSIMIS PLAGIS ADFLICTVM non aliter ea die coronatum incedere conſenſit, quàm priùs manibus ſuis triginta tres argenti libras in pauperes expendiſſet. Hæc, ait Baronius, *ipſe* Reginardus *de Henrico Imperatore, acquieſcente pœnam verberum accipere imperio ſacerdotum.* Quid ſibi non arroget, quid non perpetret ſacrificus ſive presbyter à confeſſionibus, agni nomen & arietis cornua gerens, cui Imperatoris ad eum modum tractandi conceſſa fuerit poteſtas?

Interim, ſi Baronium auſcultamus, quia epiſcopum rebellem caſtigavit Henricus Imperator, & flagitioſis pontificibus remotis meliores, ipſis quoque Romanis id flagitantibus, ſufficere conatus eſt, ſacerdotalis ordinis & pontificis majeſtatem non ſatis com[illegible]ter habuit, & propterea in eum Dei vindicta ſævijt. Sic Theodoſius
Ann. 450 junior Imperator, qui, teſte Baronio, *eximio ſemper refulgens religionis*
*num.*11. *exemplo & vitæ moribus integerrimis pollens, ſuperiores omnes Chriſtianos principes videri poterat ſuperaſſe;* quia tamen aliquando *celebrandæ ſyno-*
*Ann.*449. *do œcumenicæ, qui illi in omnibus præſit, epiſcopum deligit, quod quidem Ro-*
*num.*27. *mani eſſe pontificis*, nec ullius alterius, ſciſcit Baronius; ideo *Deo vindice, ubi talem ſibi Theodoſius pontificiam auctoritatem arripuit, imperio privatur, anno ſequente ex hac vita ſublatus.* Contrà verò de rebus Hiſpa-
*An.*447. niæ Arianis, pontifici neſcio quid gratificantibus, ſcribit: *[illegible] for-*
*num.*18. *taſſe accidit, ut Deus eiſdem regibus dederit & ſtabiire regnum, & ad [illegible] ſecula propagare. Nullus enim umquam abſq; ampl[illegible] remuneratione perſolutum inveniet, quicquid aliquando impenſum eſt honoris & reverentiæ*
An. 504. *Apoſtolicæ ſedi.* Et de Theodorico, Gothorum in Italiâ rege, [illegible]
*num.*1. *videnter manu tangere quiſque poterit, quæ & tu ipſe probè com[illegible] can[illegible]ta bene ceſſiſſe Theodorico, dum licet Arianus, nihil voluit [illegible] jurium Romani pontificis.* Rurſus Otho magnus, Imperator, omnium ſcriptorum & univerſi orbis teſtimonio, ſum[illegible] [illegible]

quia

[illegible] ſceleratiſſimum pontificem ipſiſſimumque diaboli mancipium [illegible] XII, quemadmodum ſuprà expoſitum eſt, removerat; id[illegible] Abrahamum Bzovium, ſimium Baronij, *decimo anno pòſt vio[illegible] eccleſiaſticæ libertatis pœnas dedit, ſubitaneo morbo in Saxonia inter[illegible]*, quin in poſteris quoq; ſuis Dei vindictam expertus. Ecce ad divinam gratiam & remunerationem impetrandam & ad vindictam evita[illegible] non prodeſt principibus DEI timor, ſi cuicui pontifici [illegible] ratione ſe opponant; nec obeſt infidelitas & impietas in ipſum mundi Servatorem, modò cuivis pontifici omnia deferant & concedant. Reliquis itaque, quas Papiſtæ in eccleſiam invexere [illegible] hanc quoq; annumeremus, Quòd crimen ſit majus & a[illegible] præſentiori vindictæ obnoxium, quemcumq; Romanum [illegible] quovis modo offendere, quàm articulos fidei & ipſam Filij [illegible] abnegare. in R.pont. Cap.2.

Victor ſecundus anno tertio pontificatus ſui moritur, cui [illegible] Fredericus, ille videlicet, quem unà cum alijs duobus legatis Conſtantinopolin miſſum fuiſſe ſuprà diximus, Stephani [illegible] nomen (decimi notám ei convenire vult Baronius) ſibi ſumſit, [illegible], ut eſt apud Leonem Oſtienſem, *clerum urbis populumq;* *[illegible] conjugiis clericorum & ſacerdotum, conſanguineorumq; [illegible] tollendus inſtitit.* Idem Petrum Damiani epiſcopum cardinalem creavit, & Florentiam profecturus *congregatis intra eccleſiam* [illegible] verba Leonis *epiſcopis & clero populoq; Romano, ſub diſtricta [illegible] conſtituit, ut ſi, antequam Hildebrandus Romanæ tunc eccle[illegible] ab imperatrice* Hagne, Henrici tertij viduâ & Henrici [illegible], qui minorennis adhuc erat, matre, *ad quam pro quibusdam rei[illegible] communi conſilio mittebatur, rediret, ſe mori contingeret; nul[illegible] papam eligere auderet, ſed uſq; ad illius reditum ſedes Apoſtolica [illegible] vacaret, ejus demum ordinanda conſilio.* Eò uſque jam tum Hildebrandus rem perduxerat, ut ipſius conſilio conſtituendi pontificis negocium, Imperatori ſubtractum, committeretur. His [illegible] modum actis Florentiam profectus pontifex moritur, [illegible] pontificatus ſui ſeptimo, die octavo, anno Domini CIↃ LIX, [illegible] April. l.6, c.98. Cap.101.

[illegible] Gregorius Lateranenſis & Tuſculanenſis comes (proferimus [illegible] quoque verba Leonis) *comperto pontificis Romani obitu, ſociato ſibi [illegible] & Romanis poteſtatibus aliquot, noctu cum armatorum* Cap. 102.

turbis ecclesiam unà pervadunt, & Iohannem Velitrensem episcopum, Mincium posteà cognominatum, papam constituunt, Benedicti decimi [illegible]
lib.3,c.12. *sito nomine.* Id quum Hildebrandus ab imperatrice reversus [illegible]*risset, Florentiæ substitit, suisq; literis Romanorum primates* [illegible]*, ubi eorum percepit adsensum, annitente Godefrido duce, Gerardum* [illegible] *episcopum mox in Romanum pontificem elegit, atque unà cum ipso & duce Romam mense Ianuario venit. Ubi præfatus electus à Romano clero & populo in sede Apostolica locatus* Nicolai secundi *sortitus est nomen. Qui prædictum Romanæ sedis invasorem,* qui videlicet ab Aprili usque in sequentis anni Januarium eam tenuerat, *cum suis fautoribus omnibus excommunicans, tandem interventu quorumdam admissum ad communionem apud ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ major à Romanis dicitur, sacerdotali officio privatum manere constituit.* Lambertus tamen Schafnaburgensis Nicolaum ſcito Henrici quarti Imperatoris pontificem factum esse
An. 1059. ſcribit, his verbis: *Romani principes satisfactionem ad regem* [illegible]*, se scilicet fidem quam patri dixissent, filio quoad possent servaturos, eoq;* [illegible]*mo vacanti Romanæ ecclesiæ pontificem usq; ad id tempus non subroga*[illegible]*, ejus magis super hoc exspectare sententiam, orantq; sedulo, ut, quem ipse velit, transmittat: nihil ejus ordinationi obstare, si quis non per legitimæ* [illegible] *ostium, sed aliunde ascendisset in ovile ovium. Rex habita cum primoribus deliberatione, Gerardum Florentinum episcopum (in quem & Romanorum & Teutonicorum studia consenserant) pontificem designat, Romamq; per* [illegible]*fridum marchionem transmittit. Ita Benedicto, qui sine jussu regis & principum sacerdotium usurpaverat, reprobato, Gerardus, qui & Nicolaus, pontificatum obtinuit.*

Nicolaus ſecundus non ſedit niſi annos duos & menſes ſex. Interea clero vagis libidinibus immerſo nihilominus ille cælibatum rigorosè urſit, & ſancto legitimoque conjugio turpi[illegible] [illegible]æ [illegible]abi medicinam adferri nullo modo permiſit. Clerum libidini[illegible]ſum fuiſſe doceo ex epiſtolâ Petri Damiani ad Nicolaum ipſum, quâ non meros è grege presbyteros, ſed ſummos antiſtites & epiſcopos nefarijs amoribus & libidinibus indulgere, idque impunè, imò ſine metu pœnæ, conqueritur. Verba ſunt: *Nuper habe*[illegible] *nonnullus episcopus ex vestræ majestatis au*[illegible]*te* [illegible]*, sanctis eorum femori*[illegible]*us volui*[illegible] *appo*[illegible]*ere* [illegible] *talibus* [illegible]*rum, ut ita loquar, continentiæ fibulas ad*[illegible]*re. Sed* [illegible] *citur, aliud quidem quo*[illegible]*umq; vestræ* [illegible]

[illegible]

[illegible] indicemus; hujus autem capituli nudam ſaltem promiſſionem, [illegible] labiis, difficilius extorquemus. Primo quia faſtigium ca-[illegible] ſe poſſe deſperant: deinde quia ſynodali ſe plectendos eſſe [illegible] luxuriæ vitium non formidant. Noſtris quidem tempori-[illegible] modo Romanæ eccleſiæ conſuetudo ſervatur, ut de cæteris [illegible] ecclesiaſtica diſciplina ſtudiis, examen (prout dignum eſt) moveat; de [illegible] libidine, propter inſultationem ſecularium, diſpenſativè con-[illegible] certe ſatis correptione dignum eſt, ne unde vulgus omne con-[illegible] potiſſimum a magiſtris eccleſiæ in judiciis taceatur. Si enim [illegible] occultum, fuerat fortaſſis utcumque ferendum. Sed (ah ſce-[illegible] pudore poſtpoſito peſtis hæc in tantam prorumpit audaciam, ut per [illegible] volitent loca ſcortantium, nomina concubinarum, ſocerorum [illegible] ſimul & ſocruum, fratrum denique, & quorumlibet propinquo-rum. [illegible] his aſſertionibus deeſſe videatur, teſtimonio ſunt diſcurſio [illegible] miſſio munerum, cachinnantium ſecreta & loca & colloquia. [illegible] vero omnis dubietas tollitur; uteri tumentes, & pueri vagientes. [illegible] pudore neſcio quomodo ſupprimatur in ſynodo, quod publicè vociſe-[illegible] ndo: ut non modò peccantes (ut dignum eſt) non notentur infa-[illegible] hi quoque, qui ultores eſſe debuerant, videantur in culpâ. Non hic [illegible] pugionis ſacerdotis operuit, qui nimirum coëuntem cum Madia-[illegible] coram omni multitudine, in locis genitalibus, arrepto pu-[illegible] t. Porro autem nos contra divina mandata perſonarum ac-ceptores, [illegible] ius quidem ſacerdotibus luxuriæ inquinamenta perſequi-[illegible] opus autem, quod nimis abſurdum eſt, per ſilentii tolerantiam ve-neramur. Inde pontifici exemplum Heli licentiam peccandi filijs ſuis [illegible]s, ob oculos ponit, & in ſacerdotes luxuriantes & [illegible]ac [illegible]ter invectus, *Quoniam ego*, inquit, *ſummum eccleſiæ uni-[illegible] tem vel leviter ſugillare non audeo; ipſum, qui peccat, breviter [illegible] ô ſacerdos, qui ſacrum dare, hoc eſt, ſacrificium Deo debes offer-re, [illegible] maligno ſpiritui non vereris victimam immolare? For-[illegible] is Chriſti abſcinderis, meretricis corpus efficeris, Apoſtolo [illegible] Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur; & item, Tol-[illegible] Chriſti & faciam membra meretricis? — Enimverò quum Do-[illegible] Nolite ſanctum dare canibus; quod de te judicium erit, qui cor-[illegible] ſanctum eſt per conſecrationis acceſſum, non canibus ſed [illegible] omnes eccleſiaſticos ordines [illegible] te uno habeas me-[illegible]es, omnes proculdubio fœdas, dum te proſtibuli permi-*

 xtione

xtione commaculas. Polluis itaq; in te oſtiarium, lectorem, exorciſtam, omnesq; deinceps ſacros ordines, pro quibus omnibus in diſtricto Dei judicio redditurus es rationem. Ad impoſitionem manus tuæ deſcendit Spiritus ſanctus; & tu eam adhibes genitalibus meretricum. Linguæ tuæ obſequitur Deus, & tu non vereris obtemperare dæmonibus. Porrò qui in eccleſiaſtica cerneris dignitate conſpicuus, non te erubeſcis immergere fornicibus ſcortatorum. Et qui prædicator conſtitutus es caſtitatis, non te pudet ſervum eſſe libidinis. Veniet, veniet profectò dies, imò nox, quando libido iſta tua convertetur in picem, qua ſe perpetuus ignis in tuis viſceribus inexſtinguibiliter nutriat, & medullas tuas ſimul & oſſa indefectiva conflagratione depaſcat. Tandem Nicolaum pontificem ad coërcendum & caſtigandum exſtimulans, Noli, inquit, *connivendo & diſſimulando graſſanti luxuriæ frena laxare. Serpit enim hic morbus, ut cancer; & viroſa propago ad infinita porrigitur, niſi evangelica falce, quod malè pullulat, amputetur. Abſit igitur ut ſanctum [illegible] veſtrum ſegnis Heli torpor emolliat, ſed potiùs ad ſceleris ultionem ing[illegible] Phinees zelus accendat.*

Alterum, nempe clero, etiamſi vagis libidinibus paſſim infamaretur, conjugium nihilominus, quod unicum malo remedium eſſe potuiſſet, interdictum & ademtum fuiſſe patet ex ejusdem Petri Damiani ad Hildebrandum tunc archidiaconum, poſt papam epiſtolâ, quâ narrat & exponit, quomodo legatus à Nicolao pontifice ad Mediolanenſes unà cum Anſelmo Lucenſe epiſcopo miſſus, ut Simoniacorum & Nicolaitarum, quos ita vocabant, hæreſes ejurarent, effecerit. *Erat*, inquit, *inter clerum & populum propter duas hæreſes, Simoniacam videlicet & Nicolaitarum ſectam turbulenta ſeditio. Nicolaitæ autem dicuntur clerici, qui contra caſtitatis eccleſiaſticæ regulam fœminis admiſcentur. Qui planè tunc fornicatores ſunt, quum fœdi commercij copulas ineunt; tunc Nicolaitæ jure vocantur, quum hanc letiferam peſtem velut ex auctoritate defendunt.* Quamvis autem murmur in populo exoriretur, *non debere Ambroſianam eccleſiam Romanis legibus ſubjacere, nullamq; judicandi vel diſponendi vim Romano pontifici [illegible] ſede competere:* Petrus tamen dulci alloquio & fucatis verbis, ut ſe ſubjiciant perſuadet; imò à Guidone archiepiſcopo reſcriptum elicit, in quo inter cætera continentur etiam iſta: *Nicolaitarum quoque hæreſin nihilominus*, quàm Simoniacam ſcilicet, (in quam nunc nos non inquirimus,) *condemnamus, & non modò presbyteros ſed & diaconos & ſubdiaconos ab uxorem vel concubinarum fœdo conſortio nu[illegible]*

[illegible] in quantum poſſibilitas nobis fuerit, arcendos eſſe promittimus. Quin [illegible] exegit, *quòd ipſe archiepiſcopus, donec advivet, in quantum [illegible] duas, Nicolaitarum videlicet & Simoniacam hæreſes omni ſtudio [illegible] ſincerè ac fideliter exſtirpare contenderet: ita ut nec presbyte[illegible], nec [illegible]o, nec ſubdiacono fœminam cum gradu ſimul habere permitte[illegible] [illegible] etiam eccleſiaſticis ſacramentis venalitatis omne commer[illegible] prohiberet. Idipſum jusjurandum contra Simoniacos & Ni[illegible] maxima pars populi non modò civilis, ſed & ſuburbani, jam dede[illegible]rat. [illegible] geſtis,* inquit, *viſum eſt nobis, ut omnes illi clerici, accepta pœnite[illegible]a, [illegible]er Miſſarum ſolennia reconciliarentur, ornamenta de manu e[illegible] [illegible]pientes; hoc tamen priùs, quod infrà ſcriptum eſt, legentes. Ego [illegible] dictus diaconus de capella Mediolanenſis archiepiſcopi hac ſcriptura, qua[illegible] manu mea ſcripſi, profiteor me eam fidem tenere, quam ſacroſancta [illegible] con[illegible]ia Evangelica & Apoſtolica auctoritate firmarunt, & quam be[illegible] pontifices Romani promulgata prædicatione luciḋiſſimæ veritatis, [illegible]unt. Anathematizo quoq; generaliter omnes hæreſes, extollentes ſe [illegible] ſanctam Catholicam & Apoſtolicam eccleſiam: ſpecialiter verò ac [illegible] Simoniacam hæreſim, quæ in ipſam eccleſiam conatur introdu[illegible] [illegible]orum ordinum, ſive officiorum maledictam venalitatem; deinde Ni[illegible] æquè abominabilem hæreſim, quæ impudenter latrat, ſacri alta[illegible] [illegible]os de[illegible]re vel poſſe licenter uti conjugibus, quomdo & laicos. Unde [illegible] duæ hæreſes, ſcilicet Simoniacorum & Nicolaitarum gra[illegible] [illegible] Dei vexant & impugnant; Simoniacos omnes & Nicolaitas cu[illegible]tum auctoribus ſectatoribusq; ſuis æterno anathemate dignos eſſe [illegible]o, jurans per ſanctam homouſion Trinitatem.* Hæc omnia & a[illegible]lura in illâ, quam diximus, Petri Damiani ad Hildebrandum epi[illegible]guntur.

Apparet autem evidenter, maximo ſive errore ſive ſtupore cō[illegible] ſtupris confuſa, & clericos matrimonijs ſuis uſos clericis f[illegible]us æquiparatos, atque adeo inter hos & illos nihil di[illegible] [illegible] fuiſſe: Petrum etiam credidiſſe, quod Nico[illegible] [illegible]reſis fuerit, *ſacri altaris miniſtros debere vel poſſe uti conjugi*[illegible] [illegible]*um poſſint laici.* Id, niſi fallimur, viro bono & ſimpli[illegible] [illegible] linguæ ignaro perſuaſit Humbertus Sylvæ candidæ e[illegible]piſcopus, qui, ut viſum eſt ſuperiùs, quum græcæ linguæ cognitio[illegible] [illegible] perperam arrogaſſet, ex Epiphanio malè intellecto eam [illegible] Nicolaitis adjunxit. Perſuaſit igitur idipſum ſine dubio

viro

viro nimis credulo, quemadmodum alia quoque; verbi gratiâ, prope Puteolos animas humanas teterrimarum aviculiarum ſpecie è lacu ſulfureo circa ſabbati veſperam emergere, die dominico *hinc inde per montem, velut ſolutas à vinculis, liberè ſpaciari, alas extendere, plumas roſtro pectere, & conceſſo ad tempus refrigerio frui: nec umquam viſas cibum capere, nec ullo aucupis ingenio capi poſſe. Diluceſcente autem matutina ſecundæ feriæ hora, ecce magnus*, inquit, *inſtar vulturis corvus poſt præfatas aviculas incipit concavo gutture crocitare; & illæ protinus ſeſe aquis immergentes abſcondunt, nec ultrà inde ſe humanis oculis offerunt, donec adveſperaſcente jam ſabbati die, de ſulfurei ſtagni voragine rurſus emergant.* Quàm hoc certum eſt, tam quoque verum ſententiam Humberto & Petro memoratam Nicolaitis ab Epiphanio tribui. Cæterùm etiamſi Epiphanium vel alios è græcis adire & legere Petrus nequiverit, potuiſſet tamen latinos, ſi non Tertullianum, ſaltim Auguſtinum conſulere, & quæ Nicolaitarum doctrina & turpitudo fuiſſet, certioribus teſtibus, quàm Humberto, diſcere.

ep. ad Domin. loricatum.

Sic etiam Nicolaus ipſe ſecundus in ſynodo, quam in Lateranenſi baſilicâ celebrabat, ut libidines cleri coerceret, conjugium non permittebat, quin magis interdicebat, & remedij vicem in hunc modum ſciſcebat: *Nullus miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem.* Item Nicolaus Tuſculanos aliosque vicinorum oppidorum comites, quos non ſatis obſequentes haberet, accerſitis copijs Normannorum, quibus ante paucos annos bellum intulerat anteceſſor Leo nonus, adoritur, & imperata facere cogit. Quod *divinum plane conſilium* Baronius prædicat. Quis enim dubitet Apoſtolos divino actos ſpiritu ſimiliter feciſſe, gentem aliam adverſus aliam, & quidem Chriſtianas, exciviſſe, & in bella, cædes mutuamq; perniciem impuliſſe?

Diſt. 32. Cap. 5.

An. 1059. num. 74.

Idipſum de non audiendis concubinariorum miſſis decretum in ſynodo itidem quadam Lateranenſi repetijt & epiſtolæ ad omnes epiſcopos inſeruit ſucceſſor Anſelmus Lucenſis, dictus Alexander ſecundus, auctoritate Hildebrandi (ut eſt apud Leonem Oſtienſem) poſt tres ab obitu Nicolai menſes pontifex creatus, cui tamen nonnulli Cadaloum Parmenſem epiſcopum, ſub nomine Honorij ſecundi, oppoſuerunt. Verba ſunt in epiſtolâ quam diximus, à Gratiano etiam adductâ. *Præter hæc*, quæ de Simoniacis ſtatuta ſunt,

lib. 3. c. 20.

diſt. 32, c. 6

pæ-

præcipiendo mandamus, ut nullus miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam habere indubitanter, vel ſubintroductam mulierem. Vnde etiam ſancta ſynodus Conſtantiniana ſive Lateranenſis *hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: Quicumque ſacerdos, diaconus, ſubdiaconus poſt conſtitutum beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri ſanctiſſimi papæ Leonis* noni *ac Nicolai* ſecundi *de caſtitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei & auctoritate beatorum apoſtolorum Petri & Pauli præcipimus, & omnino interdicimus, ut miſſas non cantet, nec evangelium aut epiſtolam ad miſſam legat, neque in presbyterio ad divina officia cum his qui præfatæ conſtitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab eccleſiâ ſuſcipiat.* Exiſtimarunt libidinem incontinentium presbyterorum citra remedium matrimonii compeſci poſſe, ſi populus miſſas eorum audire prohiberetur. Cæterùm conſilium eventu caruiſſe & rem eò tandem deductam fuiſſe, ut miſſas aut nullas audire, aut à concubinariis audire, ſacerdotes vel nullos habere vel incontinentes tolerare oportuerit, Johannes Gerſon teſtatur, & nos ipſiſſima viri verba alibi produximus. *pag.66.*

Similem medicinam, quin aliquo etiam modo acriorem, Mediolanenſi eccleſiæ, (ad quam ſub Nicolao ſecundo legatum Petrum Damiani, quantumvis laboraverit, nondum tamen rem confeciſſe vel planè ſtabiliviſſe apparet,) alii ſub hoc Alexandro ſecundo legati, Johannes Sylvæ candidæ epiſcopus & Johannes presbyter, uterque cardinalis, adhibuerunt. Sanxerunt videlicet, quæ ex Baronio, decreta eorum eccleſiæ Mediolanenſi præſcripta recitante, adſcribimus. *Presbyter, diaconus aut ſubdiaconus feminam ad fornicandum palàm retinens*, (de conjugatis ſine dubio loquuntur) *donec in culpâ manſerit, nec officium faciat, nec eccleſiæ beneficium habeat. Qui verò non retinet,* qui conjugio ſeſe abdicat, *& eventu* (caſu) *ex humanâ conditione* (imbecillitate) *ceciderit*, id eſt, ſcortatus fuerit; *poſtquam manifeſtum veraciter fuerit, ſuſpendatur ab officio tantum, donec per pœnitentiam ſatisfecerit.* Graviore, ut patet, pœnâ conjugatos afficiunt, quàm ſcortatores. Sed pergant: *Statuimus inſuper neminem prædictorum graduum clericum ex ſuſpicione damnari, ita ut nec officio careat nec beneficio, niſi ipſe fortè confeſſus, vel per idoneos teſtes veraciter ſit convictus.* Scortatores raró crimen ipſi confitentur; nec per idoneos teſtes convinci ſemper poſſunt: immunes itaque ſæpenu- *An.1067. num.5.*

mero à pœnâ: conjuges, utpote manifeſti, ſemper obnoxii. *Ne autem lædendi eos aliqua occaſio pro relictis fœminis eorum fiat, ſtatuimus ut cum illis in unâ domo non maneant nec manducent, nec bibant, nec ſine tribus vel duobus idoneis teſtibus ſimul loquantur: & hæ ſervantes nullam pro eis calumniam patiantur, ipſi verò juxta eccleſias, ſi fieri poteſt, habitare cogantur. Qualiter verò quisque eorum pro ordinum inæqualitate, vel culpæ varietate officium ac beneficium perdat, ideo ſcribimus, quia cuncta eccleſiaſtica officia in ſtatus ſui dignitate conſiſtere volumus, & nullum clericorum pro cujusquam peccati culpâ, vel officii ſui aliquâ in Deum offensâ, in judicio laicorum amodo eſſe permittimus, ſed modis omnibus in perpetuum prohibemus. Si quis autem cujusque ordinis, præſcriptorum graduum clericos in poteſtate ſuâ,* ditione vel territorio ſuo *habet, quum primum ſciverit in veritate, aliquem ex eis vel fœminam, ſicut dictum eſt, retinere, vel in fornicationis crimen caſu cecidiſſe; ſtatim per ſe vel per ſuum nuntium hoc ſtudeat indicare Archiepiſcopo, & hujus eccleſiæ Ordinariis, quibus cura iſta commiſſa fuerit. Si ipſe, aut ipſi, illi admodum ſcilicet in culpâ obdurato vel accidentaliter lapſo interdixerint, ut dignum eſt, officium, ipſe laicus poſtmodum interdicat obdurato tantùm officium. Si verò Archiepiſcopus, vel ſui Ordinarii, poſtquam audierint, hoc neglexerint, ipſe laicus, quicumque ſit, ex tunc in ſuâ poteſtate,* ſive in territorio ſuo, *nec officium facere, nec beneficium alicui ex illis permittat tenere, donec culpam deſerat, & digne Domino per pœnitentiam ſatisfaciat. Præcipimus, ut illud beneficium, quod cuiquam clericorum aufertur, nullus laicus in ſuum uſum, vel lucrum accipiat, nec alicui ſuorum tribuat, ſed ad ipſius eccleſiæ, vel miniſtrantium illi opus & utilitatem ſervetur aut expendatur, donec vel ipſe, ſi dignus fuerit, reconcilietur, vel alter loco ejus conſtituatur.*

Quantopere pontifex & pontificis nomine legati adverſus ſacrorum miniſtros cùm conjugatos tum ſcortatores exarſerint, adeo ut etiam in eos laicis poteſtatem conceſſerint, unde aliàs abhorrere & rem nefandam dicere ſolent; ex iſtis perſpicuum eſt: id quoque, iniquiores conjugatis fuiſſe, quàm ſcortatoribus. Hos vocant *accidentaliter lapſos*; illos verò *obduratos*, qualis ſcilicet tempore Stephani noni presbyter ille Romanus, cujus in epiſtolâ ad Cunibertum Taurinenſem meminit Petrus Damiani, *qui nec fœminam uxorem* ſuam *ullo modo quieſcebat abjicere, nec unquam poterat hæc ſtatuta niſi vana prorſus & frivola judicare.* In obduratos itaque, quos vocant, ſive conjugatos plus juris laicis concedunt, quàm in ſcortatores.

Cæte-

Cæterùm qui conjugatos tantopere exoſos habuere, in cauſsâ fuerunt, ut ſacra à fornicatoribus & flagitioſis, ſeveritate legum & edictorum, quæ tamen paullatim exolevit, nequicquam obſtante, paſſim tractarentur.

Gomorrhæus à Petro Damiani ſcriptus, cujus antè facta mentio, flagitia clericorum ætatis hujus detexit. Quæ quum ad poſteros divulgari nollet Alexander ſecundus, librum invito & indignante auctore, ſuppreſſit. Cauſſam reddit Baronius, quòd *abſque verborum obſcœnitate obſcœnitates tantæ* non fuerint tractatæ: quod tamen falſum eſſe arguit Leonis noni teſtimonium, qui *honeſto ſtylo* editum fuiſſe agnoſcit. Sed ipſa Baronii, ut ſuprà polliciti ſumus, verba hîc apponemus. Ut ad Petri librum, *inquit*, Gomorrhæum inſcriptum redeamus, etſi viſus ſit à Leone Papa laudari: tamen quòd abſq; verborum obſcœnitate obſcœnitates illæ tantæ pertractari haud adeò potuerint, quin legentium aures caſtas offenderent, ut revera offendunt; Alexander Papa ſecundus callidâ arte illum ab eo ſurripuit, ſuoque incluſit ſcrinio. Sed queſtus eſt de his tunc Petrus literis ſcriptis ad duos Cardinales, nempe Hildebrandum & Stephanum. Quæ habentur in codice baſilicæ ſancti Petri, incipiuntque, *Querelam omnipotenti Deo, & vobis, qui eſtis membra ejus, depono de domino noſtro Papa, qui cor meum tam acerbo mœrore conturbat, & grandævi jam ſenis animam ad amaritudinem provocat. Tulit enim librum noſtrum, quem videlicet de paupertatulâ inopis ingenioli cum magno labore decerpſeram, & velut unicũ filium ulnis uterinæ dulcedinis amplectabar. Et hunc qualiter tulerit, operæ pretium eſt agnoſcatis. Sciebat enim hoc ſe à me aliter impetrare non poſſe: domno abbati ſancti Salvatoris me præſente tradidit, præcipiens ut tranſcriberet. Nocte verò, me neſciente, tulit, ſuiſq; ſcriniis infarcivit. Et revera eſt munditiæ ſacerdotalis indicium, imò Papalis hoc puritatis eſt argumentum.* Ex quibus ſanè verbis, licet quisnam liber ille fuerit, minimè exprimat; Gomorrhæum librum illum ſignificare voluiſſe nõ dubitamus, cujus turpitudine offenſus Papa, voluerit eum ita ſurripiendo, nec reddendo delere. Pergit autem de eodem Pontifice dicere: *Ex his tamen expoſtulatur, arridet, caputq; meum tamquam oleo, jocoſa urbanitatis ſuavitate demulcet. &c.* At de his hactenus.

pag. 392.

An. 1049. num. 15.

In ipſum autem Alexandrum Petrus epiſtolâ quadam ſatis acriter invehitur, & ſibi cognita innuit, quæ divulgata infamiam Alexandro ſint adlatura. *Hoccine,* inquit, *mihi, Venerabilis pater, meritum*

ritum reddidiſti, quòd cauſſæ tuæ perorator in ſanctorum pontificum conciliis toties exſtiti; quòd in legationis tuæ curis atque negotiis frequenter in ſecularium laicorumq́, conventu quaſi quidam cauſidicus declamavi? Hæccine, tuquam, mihi munera redhibentur, quod in hoſtes tuos, Cadaloum antipapam & adſeclas, *violenter invectus, eos mordaciſſimè ſoquendo & ſcribendo deſtruxi, teq́, per multimodæ ſcriptionis articulos extuli, tuamq́, memoriam & egregiæ laudis quantum in me fuit, etiam apud poſteros propagavi? Quid itaque fecerim, quidvé pertulerim examinis veſtri cenſura diſcutiat; ne coactus dignâ querelâ compellar effluere, quod adhuc ſilentio ſupprimens vix poſſum ulteriùs occultare. Hoc enim nec dum Roma me referentem vel ſcribentem cognovit, necdum aliis per me res iſta, quæ ſanctitatis veſtræ famam laceraret, innotuit. Agat ergo qui læſit, ſicut dignum eſt, pœnitentiam, ut is qui læſus eſt, non compellatur dignam exaggerare querelam.*

Grandi auctoritate ſub aliquot pontificibus Hildebrandum hactenus fuiſſe in comperto eſt; eamque indies non imminutam ſed auctam potiùs eſſe Petri Damiani nos docent verſiculi, quos ſub Alexandro & de Alexandro Hildebrandoque factos eſſe agnoſcit Baronius; nempe

An. 1061. *Papam rite colo, ſed te proſtratus adoro:*
num. 34. *Tu facis hunc dominum, te facit ipſe deum,*

id eſt, tu quidem Alexandrum papam conſtituiſti, ipſe verò à tuo nutu & arbitrio, tamquam dei, pendet. Item,

Vivere vis Romæ, clarâ depromito voce:
Plus domino papæ, quàm domno pareo papæ,

id eſt, fateri te oportebit magis parendum eſſe Hildebrando, qui eſt dominus papæ, quàm ipſi papæ. Aliis verſibus eum *cuncta domare, & multos eum tremere* indicat. In epiſtolâ, cujus inſcriptio *Patri & filio, Papæ & Archidiacono*, de Hildebrando in hunc modum loquitur: *Sanctum ſatanam meum humiliter obſecro, ut non adverſum me tantopere ſæviat; nec ejus veneranda ſuperbia tam longis me verberibus atterat.*

Bennoni quidem, quippe Hildebrandi adverſario, fides ſimpliciter haberi fortè nequit: ſed nec ſimpliciter derogari. Scribit enim res ſui temporis, & hominibus ſui temporis, à quibus ſe, ſi omnia adfectui indulgens fingeret, è veſtigio mendacii convictum iri, non poterat ignorare. Addit præterea circumſtantias ſatis accu-

accuratè, ut ſic quoque narrationis fides firmetur. Ille igitur Alexandrum ſub imperio Hildebrandi admodum duro vixiſſe, quin aliquando colaphis cæſum eſſe, nec de reditibus Romanæ eccleſiæ plus, quàm parcâ manu Hildebrandus admetiretur, percepiſſe ſcribit. Quare non abs re Hildebrandum dominum Papæ à Petro Damiani appellatum fuiſſe intelligimus. Tandem *Alexandro ſub miſerabili jugo Hildebrandi* (verba ſunt Bennonis) *quodam veſpere defuncto, eadem horâ Hildebrandus à ſuis militibus ſine adſenſu cleri & populi eſt inthronizatus, timens ne alius per moram eligeretur. In cujus electione nullus cardinalium ſubſcripſit. Ad quem quum veniret abbas Caſſinenſis*, Deſiderius videlicet, qui poſt obitum Hildebrandi pontificatum & nomen Victoris tertii obtinuit, *ait ipſe Hildebrandus; Frater, nimium tardaſti. Reſpondit abbas: Et tu Hildebrande nimium feſtinaſti, qui nondum ſepulto domino tuo papa ſedem Apoſtolicam contra canones uſurpaſti.* Vitâ functus eſt Alexander ſecundus anno CIↃ LXXIII, X. Kal. Majas, poſtquam ſediſſet annos undecim, menſes ſex, & dies viginti duos. Eodem die pontificem factum eſſe Hildebrandum, dictum Gregorium ſeptimum, non poteſt Baronius negare: quin juxta ipſum *errare penitus convincuntur, qui poſt triduum ab obitu Alexandri Gregorium electum adſerunt, quum certum ſit electum fuiſſe dictâ die vigeſimâ ſecundâ menſis Aprilis.* An. 1073. num. 25. Teſtimonium liberæ electionis, quod jactat Baronius, Hildebrando, quâ fuit cùm vafritie tum potentiâ, poſt rem peractam ſive dolo conficere ſive metu extorquere, proclive. Quis enim cardinalium aut clericorum ei, qui hactenus dominus papæ fuiſſet & omnia in poteſtate haberet, reſiſtere vel aliquid negare auderet?

Hic ille eſt Hildebrandus ſive Gregorius ſeptimus, qui ſub prætextu ſanctiſſimæ religionis, Apoſtolicæ auctoritatis & ſub nomine mitiſſimi & humilimi Petri pontificiæ ambitioni, ſuperbiæ & tyrannidi faſtigium impoſuit; qui ſuo ſuæque ſedis arbitrio regna & imperia, regumque & imperatorum ſceptra & coronas ſubjecit; qui ſubditos à juratâ principibus fide abſolvit; qui nationes ſibi vectigales eſſe voluit; qui totius mundi dominatum affectavit; qui denique *ſeſe oppoſuit & extulit ſupra quicquid dicitur Deus aut numen, adeo, ut in templo Dei*, ſive in eccleſiâ, quæ eſt domus Dei, *ſederet, præ ſe ferens, ſe eſſe Deum.* 2. Theſſ. 4. Ad hæc evincenda non opus eſt aliis argumentis, quàm ipſius cùm doctrinâ, tum factis. Doctrina continetur Dictatibus,

l.2.ep.55. quos vocant, Papæ, qui in regeſto epiſtolarum ipſius Hildebrandi
*An.*1076. leguntur, & inde repetiti Annalibus à Baronio inſerti ſunt. Non-
*num.*31. nullos ex iis hîc recenſebimus.

Quòd Romana eccleſia à ſolo Domino ſit fundata.

Quòd ſolus Romanus pontifex jure dicatur Vniverſalis.

Quòd ille ſolus poſſit deponere epiſcopos, vel reconciliare.

Quòd cùm excommunicatis ab illo, inter cætera, nec in eadem domo debemus manere.

Quòd ſolus poſſit uti Imperialibus inſigniis.

Quòd ſolius Papæ pedes omnes Principes deoſculentur.

Quòd illius ſolius nomen in eccleſiis recitetur.

Quòd unicum eſt nomen in mundo, Papa videlicet.

Quòd illi liceat Imperatores deponere.

Quòd nulla ſynodus, absq; præcepto ejus, debet generalis vocari.

Quòd nullum capitulum, nullusq; liber canonicus habeatur, absq; illius auctoritate.

Quòd ſententia illius à nullo debeat retractari, & ipſe omnium ſolus retractare poſſit.

Quòd à nemine ipſe judicari debeat.

Quòd Romana eccleſia numquam erravit, nec in perpetuum, Scripturâ teſtante, errabit.

Quòd Romanus pontifex, ſi canonicè fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur ſanctus.

Quòd Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ eccleſiæ.

Quòd à fidelitate iniquorum (regum puta & principum) *ſubjectos poteſt abſolvere.*

Doctrinæ reſponderunt facta. Philippo Galliæ regi in hunc
lib.2.ep.18. modum minatur: *In Romanâ ſynodo à corpore & communione ſanctæ eccleſiæ ipſum, & quicumque ſibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, ſine dubio ſequeſtrabimus.* Quod comminatus fuit Philippo, id adverſus Henricum quartum Imperatorem in rem contulit. Primùm legatos mittit, qui Henrico Goſlariæ tunc agenti (annus autem erat cIↃ LXXVI.) diem conſtituant, & Romam ad cauſſam dicendam evocent. Referemus illa verbis Lamberti Scafnaburgenſis,
*An.*1074. monachi Hersfeldenſis, *ſcriptoris horum temporum*, Baronii ipſius
*num.*13. & judicio, *accuratiſſimi & candidi, quem neque privatus affectus ſuæ gentis*
1076.*n.*35. *ſuiq; principis valuit à veritate dimovere.* Ita enim de Lamberto cenſet
Baro-

Baronius, ut fides ejus Pontificiis ſuſpecta eſſe non poſſit. Verba igitur hominis in his & aliis explicandis adhibebimus. *Aderant, inquit, Hildebrandi papæ legati, denunciantes regi, ut ſecundâ feriâ ſecundæ hebdomadæ in Quadrageſimâ ad ſynodum Romæ occurreret, de criminibus, quæ objicerentur, cauſſam dicturus: alioquin ſciret ſe abſque omni procraſtinatione eodem die de corpore ſanctæ eccleſiæ Apoſtolico anathemate abſcindendum eſſe. Quæ legatio regem vehementer permovit: ſtatimq́ue abjectis cum gravi contumeliâ legatis, omnes qui in regno ſuo eſſent, epiſcopos & abbates VVormatiæ dominicâ Septuageſimæ convenire præcepit, tractare cum eis volens ad deponendum Romanum pontificem.* Et ſanè *epiſcopi & abbates ampliſſimo numero* Wormatiæ congreſſi eò uſque proceſſere, ut Hildebrandum pontificatu indignum judicarent, legatosq́ue & literas *Romam deſtinarent, quibus ei denunciabatur, ut pontificatu, quem contra eccleſiaſticas leges uſurpaſſet, ſeſe abdicet, ſciatq́ue poſt eam diem quicquid agat, jubeat, decernat, irritum haberi. Legati, ut juſſum fuerat, ſummo conatu iter accelerantes, pridie quàm ſynodus* ab Hildebrando *indicta celebraretur, Romam ingreſſi literas tradunt: tunc cæteram legationem, ſicut in mandatis habebant, verbo non minùs contumelioſo quàm ſcripto exſequuntur. Papa nihil permotus atrocitate nuncii, poſterâ die, quum clerus & populus ad ſynodum frequens confluxiſſet, in auribus omnium literas recitari fecit & ſic cunctis, qui convenerant, epiſcopis id fieri decernentibus, regem excommunicavit.*

Id gratum erat & percommodè accidit non modò Saxonibus, veteribus iisq́ue atrociſſimis Henrici hoſtibus, ſed etiam Rudolfo Suevorum, Welfo Bojoariorum, Bertoldo Carentinorum ducibus, & epiſcopis nonnullis, qui novam conſpirationem & defectionem meditabantur. *Facta eſt*, ait Lambertus, *conſpiratio non modica, & magis ac magis indies roborabatur; eâ re maximè omnibus auſum & fiduciam præbente, quòd excommunicatum eſſe regem à Romano pontifice frequentes ab Italiâ nuncii quotidie deferebant.* Excommunicationi enim ſuæ eam vim ineſſe volebat Hildebrandus, ut excommunicatum non modò ſacris arceret, ſed & imperio, ſubditis à juratâ fidelitate ſolutis, dejiceret. Ita enim ipſe diſertis verbis. Nempe excommunicationem, quâ Henricum perculerat, orbi Chriſtiano innoteſcere voluit per literas, *omnibus, qui ſe cupiunt annumerari inter oves, quas Chriſtus B. Petro commiſit*, inſcriptas, & in hanc clauſulam exeuntes: *Qualiter aut pro quibus cauſis beatus Petrus anathematis vin-* lib.3.ep.6.

culo regem alligaverit, è chartulâ, quæ huic incluſa eſt, plenè poteſtis cognoſcere. Hæc videlicet ſolennis Hildebrandi formula, ſuam cauſſam Petri dicere; & quicquid ipſe fecerit, Petro tribuere, prorſus, quaſi non ab Hildebrando ſed à ſanctiſſimo Apoſtolo Petro profectum & factum eſſet. Chartulæ titulus hic eſt: *Depoſitio regis Henrici, filii imperatoris Henrici, & abſolutio omnium, qui ſibi præſtiterant juramentum.* Tenor ejusmodi: *Beate Petre, Apoſtolorum princeps, inclina, quæſumus, pias aures tuas nobis.— Hac itaque fiduciâ fretus, pro eccleſiæ tuæ honore & defenſione ex parte omnipotentis Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti per tuam poteſtatem & auctoritatem Henrico regi, filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam eccleſiam inauditâ ſuperbiâ inſurrexit, totius regni Teutonicorum & Italiæ gubernacula contradico, & omnes Chriſtianos à vinculo juramenti, quod ſibi fecere & facient, abſolvo, & ut nullus ei ſicut regi ſerviat interdico.* Rurſus in literis, quæ inſcriptæ ſunt
lib.4.ep.13. *omnibus dilectis in Chriſto fratribus & coëpiſcopis, ducibus, comitibus, univerſis quoque fidem Chriſtianam defendentibus, in regno Teutonico habitantibus,* in hunc modum ſcribit: *Si literas, quibus Henricus dictus rex in ſanctâ ſynodo judicio Sancti ſpiritus,* ejus videlicet, quo adflatus fuit Hildebrandus, *excommunicatus eſt, diligenter perpenditis; quid de eo fieri debeat, indubitanter cognoſcetis. Ex illis enim intelligitur, cur ſit anathematis vinculo illigatus, & à regiâ dignitate depoſitus, & quòd omnis populus quondam ſibi ſubjectus à vinculo juramenti eidem promiſſi ſit abſolutus.— Quod ſi exigentibus multorum peccatis (quod non optamus) ex corde non fuerit ad Deum converſus,* id eſt, Hildebrando ſeſe in omnibus non ſubjecerit; *talis ad regni gubernacula, Deo favente, inveniatur, qui ea, quæ prædiximus, & cætera, quæ videntur Chriſtianæ religioni & totius imperii ſaluti neceſſaria, ſe certâ & indubitatâ promiſſione obſervaturum promittat.*

Hujusmodi ſtimulis incitati veteres Henrici hoſtes rebellioni acriore ſtudio incumbunt; amici verò paullatim vel dilabuntur, vel ad partes tranſeunt, ſuperſtitione, quam Hildebrandus ejusque emiſſarii animis hominum inſtillabant, & metu, ne ſocietate Henrici pollucrentur vel æternæ ſalutis jacturam facerent, irretiti. *Fuit horum ſuaſor* (Baronii verba audimus) *Udo archiepiſcopus Treverenſis, qui Romam veniens Gregorium ut verè ſummum eccleſiæ hierarcham veneratus, rediens in Germaniam, concionator exſtitit veritatis, atque plurimis auctor, ut à rege deficerent.* Si veritatis concionator fuit hic
An.1076. num.39.

Udo,

Udo, falſitatis præcones fuiſſe oportet eos, qui aliquando, quum
Nero (at quantum portentum!) rerum potiretur, ſcripſerunt: *O-* *Rom.13,1.*
mnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto; Item, *Subjecti* *1.Pet.2,13.*
eſtote cuivis humanæ ordinationi propter Dominum, ſive regi, ut ſupereminenti, ſive præſidibus, ut qui per eum mittantur. Cæterùm præ nimio ſtudio regum coronas pontificis arbitrio ſubdendi, ſui oblitus Baronius eadem paginâ ex Chronico Citizenſi Pauli Langii & annalibus
Magdeburgenſibus à Langio citatis *Udonem Trevirenſem archipræſu-* *An.1076.*
lem inter fautores Henrici recenſet, & *repentinâ morte obiiſſe* comme- *num.37.*
morat.

Interim Triburiam, quæ prope Rhenum inter Moguntiam & Oppenheimum, ſed in alterâ ripâ, villa fuit, conventum ad XVII. Kl. Novembris perduelles indixerant. *Conveniunt* (verba nunc recitabo Lamberti) *ſtatutâ die ampliſſimo numero, obſtinatis mentibus ad ſubmovendum à negociis regni regem Henricum, & alium, in quem communis electio conſenſiſſet, creandum. Aderant unà legati Apoſtolicæ ſedis Sigehardus patriarcha Aquilejenſis & Altmannus Pataviensis epiſcopus & laici nonnulli miſſi à Romano pontifice, ut palàm omnibus per Gallias conteſtarentur, juſtis de cauſſis excommunicatum eſſe Henricum, & ad eligendum alium regem Apoſtolici conſenſus & auctoritatis ſuffragium pellicerentur.* Henricus Oppenheimi conſederat, & quum à numeroſiſſimis hoſtibus ſeptus, ab amicis autem plerisque deſertus ad ſummas anguſtias redactus eſſet, conditiones, quas duriſſimas perduelles ferebant, acceptare coactus eſt. Inter eas una erat, ut ſi annum integrum excommunicatus viveret, nec interea abſolutionem à pontifice impetraret, omni ſpe recuperandæ dignitatis & imperii excideret. Ita Henrico pontificis conveniendi neceſſitas impoſita; quem tamen maluit in Italiâ adire, quàm venientem in Germaniam exſpectare. *Paucis igitur ante Natalem Domini diebus*, exeunte videlicet anno cIↃ LVI, & ineunte cIↃ LVII, *Spirenſi urbe diſcedens cum uxore & filio parvulo iter aggreſſus eſt, nec quisquam ex omnibus Teutonicis vir ingenuus comitatus eſt regno excedentem, præter unum, & ipſum nec genere nec opibus conſpicuum. Quumq́; impenſis tam longi itineris egeret, multúq́; ſupplicaret, quibus incolumi repub. ſæpenumero profuerat, pauci admodum erant, qui vel veterum beneficiorum memoriâ, vel præſenti humanarum rerum ſpectaculo permoti, neceſſitatem ejus aliquatenus relevarent.*

Incidit iter ejus, quod appropinquante conſtituto abſolutionis termino accelerare cogebatur, in aſperrimam hyemem, per quam factum, ut non niſi maximo labore & periculo Alpes ſuperaret. Interea Hildebrandus Auguſtam Vindelicorum, à principibus Germaniæ invitatus, iter inſtituerat, *Româq; egreſſus & ipſe, quantum poterat, profectionem accelerabat, ducatum ei præbente Mathildâ, derelictâ ducis Lotaringorum Gozelonis, filia Bonifacii Marchionis & Beatricis comitiſſæ*, eademque Henrici, indigna nunc patientis, conſobrinâ. Quum in Italiam deſcendiſſet Henricus, Canuſium Longobardiæ oppidum unà cum Mathildâ venerat Hildebrandus. Eam itaque utpote cognatam Henricus *ad colloquium evocavit, precibusq; ac promiſſionibus oneratam ad papam transmiſit, & cum eâ ſocrum ſuam filiumq; ejus, Azonem etiam marchionem, & abbatem Cluniacenſem, & alios nonnullos ex primis Italiæ principibus, quorum auctoritatem magni apud eum momenti eſſe non ambigebat, obſecrans, ut excommunicatione abſolveretur, nec principibus Teutonicis, qui ad accuſandum eum ſtimulo invidiæ magis quàm zelo juſtitiæ exarſiſſent, temere fides haberetur. Quorum papa legatione auditâ, ait incongruum valde eſſe, & ab eccleſiaſticis legibus omnino alienum, ut abſentibus accuſatoribus* (ſed reus, ſi tamen reus, abſens, nec auditus, condemnatus fuerat) *cauſſa accuſati ventilaretur: quin imò ſi innocentiæ ſuæ confideret, omni timoris ſcrupulo liberatus, ſtatuto die in Auguſtam, quò cæteri principes convenire ſtatuiſſent, fiducialiter occurreret; ſe illic diſcuſſis utrarumq; partium allegationibus, nec odio nec gratiâ ab jure ad injuriam devolvendum, ſed juxta leges eccleſiaſticas, quàm rectiſſimam poſſit, de ſingulis ſententiam laturum eſſe.* Ita negocii merè politici & mundani, controverſiæ videlicet quæ Saxonibus aliisque imperii civibus & proceribus cum rege & imperatore ſuo intercederet, arbitrum & judicem ſeſe conſtituit Hildebrandus. Inſtant autem & urgent legati ſive deprecatores, ut, quandoquidem immineat dies anniverſarius excommunicationis, *anathemate abſolvatur, & communionis eccleſiaſticæ gratiam recipiat, reſponſurus ex integro quacumque die, quocumque loco papa præcipiat, tamquam nihil hac conventione actum ſit, omnibus, quæ accuſatores ejus objeciſſent, criminibus & juxta ſententiam ejus regnum vel obtenturus ſi objecta purgaſſet, vel æquo animo, ſi cauſſa cecidiſſet, amiſſurus.*

Diu papa reſtitit. Tandem quâ comitate ſupremum orbis Chriſtiani principem exceperit & tractaverit, operæ precium eſt audire.

Supe-

Superatus, auctore Lamberto, *importunitate perurgentium & gravitate ſententiarum, Si veraciter, inquit, eum facti pœnitet, coronam & cætera regni inſignia in argumentum vera & ex animo actæ pœnitudinis noſtræ poteſtati dedat, & ſe poſt tam contumax admiſſum, regio nomine & honore deinceps indignum profiteatur. Durum nimis hoc viſum eſt legatis. Quumq; vehementer inſiſterent, ut ſententiam temperaret, nec calamum conquaſſatum judicii auſteritate penitus contereret; vix & ægrè tandem exoratus annuit, ut cominus veniret, & ſi veram pro admiſſis pœnitudinem gereret, culpam, quam ſedi apoſtolicæ contumeliam irrogando contraxerat, ſedis apoſtolicæ decretis nunc obediendo expiaret. Venit ille, ut juſſum fuerat & quum caſtellum illud triplici muro ſeptum eſſet, intra ſecundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu ſuo, depoſito cultu regio, nihil præferens regium, nihil oſtentans pompaticum, nudis pedibus, jejunus mane usq; ad veſperam perſtabat, Romani pontificis ſententiam præſtolando. Hoc ſecundo, hoc tertio die fecit. Quarto demum die in conſpectum ejus admiſſus, poſt multas hinc inde dictas ſententias, his poſtremò conditionibus excommunicatione abſolutus eſt: ut die & loco, quemcumque papa deſignaſſet, evocatis ad generale concilium Teutonicis principibus præſto eſſet, & accuſationibus quæ intenderentur, reſponderet, ipſo Papa, ſi ita expedire videretur, cognitore cauſſarum aſſidente; & ad ejus ſententiam vel retineret regnum, ſi objecta purgaſſet, vel æquo animo amitteret, ſi probatis criminibus regio deinceps honore indignus juxta eccleſiaſticas leges decerneretur, nullam ſive retento ſive amiſſo regno hujus injuriæ vindictam à quopiam hominum in perpetuum exacturus. Vsq; ad eam autem diem, quâ cauſſa ejus legitimè diſcuſſa terminaretur, nulla regii cultus ornamenta, nulla regiæ dignitatis inſignia ſibi adhiberet, nihil circa rerum publicarum adminiſtrationem juxta conſuetudinem ſuo jure ageret, nihil quod ratum fore oporteat decerneret.*

Iſta Lambertus, cujus fides in dubium vocari minimè poteſt. Quin ſi maximè poſſet, aliis nihilominus teſtimoniis res geſta abundè confirmaretur. Domnizo poëtaſter coætaneus, quem his de rebus ſcribens ſæpiſſimè teſtem advocat Baronius, in vitâ Mathildis:

Ante dies ſeptem, quàm finem Ianus haberet,
Ante ſuam faciem conceſſit Papa venire
Regem cum plantis nudis à frigore captis,
In cruce ſe jactans papæ, ſæpiſſime clamans,
Parce beate pater.

 Quod

Quod autem omnium certiſſimum eſt, rem pari atrocitate narrat lib.4.ep.12. Hildebrandus ipſe epiſtolâ *omnibus Archiepiſcopis, Ducibus, Comitibus, cæteriſq; Principibus regni Teutonicorum Chriſtianam fidem defendentibus*, id eſt, ſi rectè interpreteris, legitimo ſuo regi ex arbitrio & libitu papæ, rebellantibus, inſcriptâ. *Quoniam*, inquit, *pro amore juſtitiæ communem nobiſcum in agone Chriſtianæ militiæ cauſſam & periculum ſuſcepiſtis; qualiter rex humiliatus ad pœnitentiam, abſolutionis veniam impetraverit, & quomodo tota cauſſa poſt introitum ejus in Italiam hucuſque deducta ſit, veſtræ dilectioni ſincerâ caritate indicare curavimus. Sicut conſtitutum fuit cum legatis, qui ad nos de veſtris partibus miſſi ſunt, in Longobardiam venimus. — Interim verò regem adventare certò cognovimus, qui etiam priusquàm intraſſet Italiam, ſupplices ad nos legatos præmittens, per omnia ſe ſatisfacturum Deo & ſancto Petro ac nobis obtulit, & ad emendationem vitæ ſuæ, omnem ſe ſervaturum obedientiam, repromiſit; dummodò apud nos abſolutionis & Apoſtolicæ benedictionis gratiam impetrare mereretur. Quod quum diu multis conſultationibus differentes acriter eum de ſuis exceſſibus per omnes, qui intercurrebant, nuncios redargueremus; tandem per ſemetipſum, nihil hoſtile aut temerarium oſtentans, ad oppidum Canuſii, in quo morati ſumus, cum paucis advenit, ibiq; per triduum ante portam caſtri, depoſito omni regali cultu miſerabiliter, utpote diſcalceatus & laneis indutus perſiſtens, non priùs cum multo fletu Apoſtolicæ miſerationis auxilium & conſolationem implorare deſtitit, quàm omnes qui ibi aderant, & ad quos rumor ille pervenit, ad tantam pietatem & compaſſionis miſericordiam movit, ut pro eo multis precibus & lacrymis intercedentes, omnes quidem inſolitam mentis noſtræ duritiam mirarentur; nonnulli verò in nobis non Apoſtolicæ ſeveritatis gravitatem, ſed quaſi tyrannicæ feritatis crudelitatem eſſe clamarent. Denique inſtantiâ compunctionis ejus, & tantâ omnium, qui ibi aderant, ſupplicatione devicti, tandem eum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam & ſinum ſanctæ matris eccleſiæ recepimus.* Recepto tamen dignitatem & imperium, ut pridem fuerat, integrum eſſe minimè permiſit. Quis autem animum inducat, epiſcopo eccleſiæ & paſtori animarum aliud curæ eſſe, quàm ut hominem lapſum ſive peccatorem Deo reconciliet, & communioni fidelium reſtituat? Quis credat hoc peracto eum non quieturum, quin triumphaturum, ratum officii partes ab ſeſe rectè expletas eſſe? At Hildebrandus in negocio merè mundano inter imperatorem & imperii proceres judex ſedere vult; vult ſuo arbi-

trio ſummum regem, ejuſq; dignitatem, coronam & ſceptrum ſub-
jici, ut ſi juſſerit, regnet, ſin, imperio excidat & ad conditionem pri-
vati redeat.

Totâ verò de re ita ſcripſit Otho Friſingenſis, juxta Bellarmi- *lib.6.c.35.*
num *inſignis nobilitate, pietate & doctrinâ*; juxta Baronium *ſanctus* *lib. de ſcri-*
epiſcopus & ſcriptor eruditiſſimus: Lego & relego Romanorum regum & im- *ptor.*
peratorum geſta, & nuſquam invenio quemquam eorum ante hunc Henri- *Anno 963.*
cum *à Romano pontifice excommunicatum vel regno privatum.* Ex quo *nu.29; &*
verò id tentatum & perpetratum eſt, Romana eccleſia, inquit, *quæ* *1073.n.26.*
antea parva fuit & humilis, in quantum montem excreverit, ab omnibus *cap.36.*
jam videri poteſt. Quanta autem mala, quot bella bellorumq; diſcrimina
inde ſubſequuta ſint, quoties miſera Roma obſeſſa, capta, vaſtata, quòd pa-
pa ſuper papam, Guibertus ſive Clemens tertius ſuper Hildebran-
dum, *ſicut rex ſuper regem*, Rudolphus, Hermannus, Egbertus ſuper
Henricum, *poſitus fuerit, tadet memorare. Denique tot mala, tot ſchi-*
ſmata, tot animarum quàm corporum pericula hujus tempeſtatis turbo
involvit, ut ſolus ex perſequutionis immanitate ac temporis diuturnitate ad
humanæ miſeriæ calamitatem ſufficeret comprobandam. Unde à quodam
eccleſiaſtico ſcriptore denſiſſimis Ægypti tenebris comparatur. Rurſus: *Re-* *Prolog. in*
gnorum mutationes & ad ultimum imminutiones, quis fructus ſequatur, *lib.7.*
quia non ſine gravi ſcandalo dicere poſſumus, Deo, apud quem nihil inutiliter
effluere poteſt, relinquamus. Non deſunt tamen qui dicant, Deum ad
hoc regnum imminui voluiſſe, ut eccleſiam exaltaret. Regni quippe viribus
ac beneficentiâ regum exaltatam & ditatam nemo ambigit eccleſiam: con-
ſtatq; non priùs eam tantum regnum humiliare potuiſſe, quàm ipſo ob amo-
rem ſacerdotii eviſcerato ac viribus exhauſto, non ejus tantùm, id eſt, ſpiri-
tali, ſed ſuo proprio, materiali ſcilicet gladio percuſſum deſtrueretur. Quod
judicare vel diſcutere ſupra noſtras vires eſt. Iſta Otho Friſingenſis
epiſcopus.

Auctor vitæ Henrici quarti hæc habet: Hildebrandus *abſol-*
vit omnes à juramento, qui fidem regi juraverant, ut contra eum impel-
leret abſolutio, quos fidei tenuit obligatio. Quod factum multis diſplicuit,
(ſi cui diſplicere licet, quod Apoſtolicus fecit) & adſerebant, tam inefficaci-
ter quàm illicitè factum, quod factum eſt. Sed non auſim, inquit, *adſer-*
tiones eorum ponere, ne videar cum eis Apoſtolici factum refellere. Propter
hujus auctoris & vitæ Hildebrandi, à Bennone conſcriptæ cura-
tam editionem in Reinerum Reineccium, hujus academiæ JULIÆ

quondam hiſtoricum celeberrimum, rabioſo calamo invehitur Baronius. Vocat *damnatum auctorem, impoſturarum confartorem*; item, *ſi edidit*, inquit, *bonâ fide, ſi in malo animo potuit eſſe bona fides*. Hæc Baronius; qui qualis ſit animi & qualis fidei Annalium ejus moles quàm ſunt grandes, tam certò demonſtrant; nos etiam in hoc Tractatu ex occaſione oſtendimus, & longè luculentiùs alibi, ſi Deus annuat, oſtendemus. Si verò eorum ſcriptorum editionem cuiquam mortalium imputare voluiſſet, imputaſſet potiùs Ortuino Gratio, qui totis XLVI. annis ante Reineccium in *Faſciculo rerum expetendarum & fugiendarum* eadem Coloniæ edidit, & unà cum pluribus aliis illo Faſciculo comprehenſis, Johanne Helmanno, legum Licentiato, artium profeſſori & Colonienſi patritio inſcripſit. Virus itaque calumniæ, quod in virum integerrimum, & vitæ, quò ad fuit, innocentiſſimæ, eumdemque de univerſo hiſtorico ſtudio præclarè meritum, maledico & petulante ore evomuit, reſorbeat. Has vindicias piis manibus optimi viri, & à Baronio vapulare indigni, debuimus.

*An.*1076. *num.*8. *An.*1530.

Sigebertus Gemblacenſis vir iis temporibus eruditus & judicio pollens ſcribit: *Hæc ſola novitas, ne dicam hæreſis, nec dum in mundo emerſerat*; quaſi dicat, Quum multæ nunc novitates vigeant, pleræque tamen, inter quas fuerit ipſa de conjugio presbyteris prorſus interdicendo, ante noſtram ætatem exortæ ſunt; hæc ſola, quæ adhuc videri poterat deeſſe, noſtris temporibus acceſſit, *ut ſacerdotes illius, qui dixit regi, apoſtata, & qui regnare facit hypocritam propter peccata populi, doceant populum, quòd malis regibus nullam debeant ſubjectionem, & licet ei ſacramentum fidelitatis fecerint, nullam tamen debeant fidelitatem, nec perjuri dicantur, qui contra regem ſenſerint; imò qui regi paruerit pro excommunicato habeatur; qui contra regem fecerit, à noxâ injuſtitiæ & perjurii abſolvatur*. Egregia profectò ſententia, qualem à monacho, cujus generis homines ex indole inſtituti papæ & ſacerdotum ordini aliàs addictiſſimi eſſe ſolent, profectam mireris. Idem *validis Patrum argumentis epiſtolæ Hildebrandi papæ ad Hermannum Metenſem epiſcopum in poteſtatis regiæ calumniam ſcriptæ ſe reſpondiſſe* teſtatur. Sed id, quicquid fuit ſcripti, ſine dubio egregii, ab iis, qui regiam poteſtatem imminutum & pontificiam ſine more modoque auctum ivere, ſuppreſſum eſt.

*An.*1088. *Iobi* 34. *v.* 18. & 30. *l. de ſcript. eccl. c. ult.*

Hæreſeos Hildebrandinam doctrinam timidè arguit Sigeber-

bertus. Quare autem argui non debeat, nulla eſt cauſſa, quum Sacræ ſcripturæ & veterum eccleſiæ doctorum ſinceritati prorſus adverſetur. Priſci enim religionis noſtræ antiſtites, etiamſi ad excommunicationem irrogandam delictorum atrocitas aliquando eos adigeret, in nullius tamen opes, fortunam, dignitatem aut corpus quicquam juris ſibi ſumebant; multo minùs de regnis ſtatuebant, ut excommunicatos imperiis ſpoliarent, aut excommunicatorum ſubditos à fide & obedientiâ præſtandâ prohiberent. Excommunicabat Ambroſius, ut notum eſt, Theodoſium magnum, quòd Theſſalonicæ præcipiti & calido conſilio crudele quid in inſontes juxtà & ſontes ſtatuiſſet: imperatorio tamen faſtigio non devolvebat, regnis & provinciis non exuebat, neque ſubditos à juratâ fide ſolutos eſſe jubebat. Sed hæc accuratiùs diſputare ab hoc loco & inſtituto eſt alienum. Hoc ſaltim dico, quum Hildebrandina doctrina Sacræ ſcripturæ & totius eccleſiæ veteris doctrinæ praxique repugnet, orbis Chriſtiani tranquillitatem turbet, mundum bellis & rebellionibus impleat, imperatorum & regum majeſtatem peſſumdet, ſalutem periculo exponat & capita gladiis perduellium objiciat; longè juſtiùs hæreſin appellari, quàm multas à Philaſtrio vel aliis hæreſeon deſcriptoribus recenſitas.

Sunt autem præcipua hujus hæreſeos capita, Quòd pontifex ἀνυπεύθυνος ſit & in docendo ἀναμάρτητος; quòd poteſtati ejus ſubſint regna & imperia orbis Chriſtiani, imò univerſi; quòd imperatores & reges excommunicare, & excommunicando imperiis & regnis privare poſſit; quod populos à juratâ fide abſolvere; quòd ita excommunicato & privato rebellare ſubditis liceat; imò quòd parére & fidem ſervare crimen ſit, bonum autem factum obedientiam & fidem nullam præſtare. Abſolutæ & ſummæ hujus poteſtatis argumentum eſſe voluit Celeſtinus tertius abſurdum, portentoſum & inſanæ ſuperbiæ ritum, quem in coronando Henrico ſexto ejusque conjuge ipſum uſurpaſſe ex Anglicanis Rogerii annalibus refert Baronius. *Sedebat dominus papa in cathedrâ pontificali, tenens* Anno 1191.
coronam auream imperialem inter pedes ſuos, & Imperator inclinato capite num. 10.
recepit coronam, & Imperatrix ſimiliter de pedibus domini papæ. Dominus autem papa percuſſit cum pede ſuo coronam Imperatoris, & dejecit eam in terram, ſignificans, quòd ipſe poteſtatem ejiciendi eum ab imperio habet, ſi ille demeruerit. Sed cardinales ſtatim arripientes coronam, impoſuerunt

eam

eam capiti Imperatoris. Ad hæc Baronius, *Vt fixum,* inquit, *menti Imperatoris hæreret, nempe dare, cuſtodire, conſervare & auferre, ſi cauſſa exigeret, imperium, eſſe in voluntate Romani pontificis; ejusmodi voluit ipſum commonuiſſe exemplo.*

Sanè pòſt-ſequutis temporibus hæreſin eam ſtrenuè propagarunt plerique pontifices, inter cæteros præcipuè Innocentius tertius & Bonifacius octavus: diſputationibus autem & ſcriptis adſeruerunt Raimundus de pennâ forti, monachus Dominicanus; Auguſtinus Triumphus Anconitanus, monachus Auguſtinianus; Jacobus de Terano, canonicus Aprutinus; Henricus Oſtienſis, Petrus Bertrandus & Johannes de Turrecremata cardinales; & ferè totus grex Canoniſtarum, fecem Decretalium tamquam nectar & ambroſiam ligurientium. Patrum & noſtrâ memoriâ in eam defendendam magno conatu incubuerunt Alanus Copus, Jacobus Simanca, Nicolaus Sanderus, Alexander Carerius, Franciſcus & Thomas Bozii, Doctor Marta Neapolitanus, Caſpar Scioppius, plerique Jeſuitæ, & inter cæteros Martinus Becanus, qui in Controverſiâ ſuâ Anglicanâ eò etiam usq; progreſſus eſt, ut pontifici in principes jus vitæ & necis haut obſcurè tribuerit. Cui ſententiæ ſi accedat doctrina Johannis Marianæ Jeſuitæ, tradita libris de inſtitutione regis, quos Stephanus Hojeda viſitator Societatis edi permiſit, *approbatos priùs,* ut ipſe loquitur, *à viris doctis & gravibus ex eodem ordine,* ut proinde magis publica Societatis, quàm unius viri doctrina videri poſſit; ſi hæc, inquam, doctrina accedat, nullius regis aut principis vita, qui in malâ pontificis gratiâ fuerit, aut ab eo excommunicatus ſit in tuto umquam erit.

Cæterùm ſi de noſtris temporibus loquamur, Cardinales duo Baronius & Bellarminus inſtar omnium eſſe poterunt. Ille in vaſtis & laborioſis Annalium voluminibus nihil majore curâ & induſtriâ videtur egiſſe, nec antiquitatem aliâ magis fini excuſſiſſe, quàm ut hæreſin Hildebrandînam adſtrueret, & quocumque poſſet fulcro ſtatuminaret. Sed & Paulo quinto recens pontificatum adepto ipſum Hildebrandum, ut perfecti pontificis ideam, proponit; quin ſub initia adminiſtrationis ſuæ excommunicatione in Venetos vibratâ Paulum cepiſſe παιδοτριβεῖν adeo gaudet, ut ad lætitiam animi ſui exprimendam verba ab Apoſtolo mutuetur. *Ego,* inquit, *ut ingenuè fatear, exulto ſpiritu; dicam cum Apoſtolo, ſuperabundo gaudio videns in hac ultimâ meâ ſenectute in ſede Petri ſedere Gregorium* ſeptimum,

ſive

ſive Alexandrum tertium, illum ſcilicet erga Henricum Imperatorem ſeſe gerentem, ut audivimus; illum, quem ferunt, quum Venetijs Imperatori Friderico Aenobarbo reconciliaretur, *collo ipſius proſtrati pedem impoſuiſſe, cepiſſeq; interim Davidicum illud canere, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: Friderico autem ingentes adhuc ſpiritus alenti, dicentique, Non tibi, ſed Petro; irato ſimilem impreſſa fortiùs planta reſpondiſſe, Et mihi & Petro.* Verba, quæ recitavimus, Sabellici ſunt. Addit Johannes Nauclerus id factum fuiſſe *ante Ianuas templi divi Marci, ibidem univerſo populo adſtante.* Ibi à pontifice *juſſum Imperatorem ſe humi proſternere & veniam denuo poſtulare*, collumque ejus impacto pede, addito ad contumeliam pſalmi verſu, calcatum eſſe.

Rerum Venetar. dec. 1. lib. 7. Vol. 2, Generat. 40.

Bellarminus eamdem Hildebrandinam hæreſin libro *de poteſtate pontificis in temporalibus* adverſus Gulielmum Barclajum perſcripto maximi animi vehementiâ, ſummâq; annixus opum vi, tamquam pro aris & focis dimicans, tuetur. Qui liber quidem primùm Venetijs ab Illuſtriſſimo ſenatu; deinde, quum in Gallias delatus eſſet, ab Ampliſſimis ſupremæ curiæ Pariſieñs patribus damnatus & proſcriptus eſt. Decreti Pariſienſis formula inferiùs in Appendice ſubdetur. Cenſet ampliſſimus ordo eum librum continere *falſum & deteſtandum dogma, quod ſupremam à Deo conſtitutam poteſtatem evertat, & ſubditos ad ſeditiones adverſus principes ciendas, ad obedientiam denegandam & ad inſidias dignitati & capiti eorum moliendas incitet, denique publicam quietem & tranquillitatem turbet.* Pari modo quum abhinc ſexennio Antonius Sanctarellus Jeſuita Tractatum Hildebrandinâ hæreſi infectum Romæ edidiſſet, librum in Galliam delatum mox cenſura Facultatis Theologicæ & Univerſitatis Pariſienſis excepit, quâ illa ipſa Hildebrandina doctrina pronunciatur *nova, falſa, erronea, verbo Dei contraria.* Sed cùm cenſura Facultatis, tum decretum Univerſitatis, quæ fortè nondum in multorum noſtratium manus pervenerunt, ad finem integrè ſubjicientur.

Ridiculum verò eſt audire, ſi quid tamen in re exſecrabili ridiculum eſſe poteſt, quum doctrinam hanc novam, falſam, erroneam, verboque Dei contrariam adſertores ejus catholicam appellant, & ſubinde ingeminant, *Ita docent Catholici; Catholici ita ſentiunt; ita Catholici exponunt; nihil certius apud Catholicos.* Hac unâ voce ſive pro hac ipsâ, ſive pro alijs ſuis novitatibus depugnantes ſe ſatis muniri, & orbem Chriſtianum, quaſi in eo præter ipſos nemo, quid ca-

Hhh tho-

tholicum ſit, noſſet, perterrefacturos confidunt. Sed ad populum phaleras, ad pueros ejuſmodi μορμολύκειον. Dictatus & actus Hildebrandinos neq; probant neque defendunt catholici. ſed novitatum, hæreſeon & ſchiſmatum auctores, regum & principum perduelles, paciſque & tranquillitatis publicæ hoſtes. Neque iſta doctrina catholicum eſt dogma, ſed hæreſis Hildebrandina; ſive, ſi a recentioribus hyperaſpiſtis, qui principes noſtrâ ætate pro eâ adſtruendâ laborarunt, quàm ab ipſo auctore denominationem petere malis, Baroniana vel Bellarminiana. Apparet autem falli, qui hactenus exiſtimarunt Jeſuitas ſuâ ſive induſtriâ ſive vafricie, dum unà cum literis, quas adoleſcentiam docent, novas de omnipotentiâ pontificiâ opiniones teneris animis inſtillant, & quàm pontifici gratam, tam reip. Chriſtianæ pernicioſam operam navant, paullatim efficere, ut Theologi Gallicani priſtinam ſuam & priſcam quemadmodum de pontifice œcumenicis concilijs ſubjiciendo, ita quoque de regnis & rebus temporalibus pontifici non ſubdendis ſententiam abjiciant & novam Hildebrandinam amplectantur. Tenaces enim eſſe veteris doctrinæ & novam abominari Cenſura, quam diximus & integram in fine apponemus, ſatis evincit. Et hac de hæreſi, cujus auctor meritò habetur Hildebrandus.

Eſt alia quoque, cujus ille non quidem auctor, ſed innovator & reſtaurator debet cenſeri. Tempus enim nunc eſt, ut è diverticulo in viam ſive ad noſtrum de conjugio clericorum negocium redeamus. Quod dum facimus, ab unâ Hildebrandinâ hæreſi ad aliam tranſimus; ab eâ, ajo, quam adinvenit, ad illam, quam inſtauravit. Quænam fuerint capita hæreſeos Euſtathianæ à Gangrenſi ſynodo
pag. 206. damnatæ, quà noſtrum negocium concernit, ſuo loco ſuprà demonſtravimus, ne hîc opus eſt prolixè repetere. Nempe, ut ibi patuit, conjugium vituperarunt & fœditatis ſive turpitudinis arguerunt, propter quam indigni eſſent conjugati, qui ſacra tractarent. Eâ cauſsâ ſacrorum miniſtris conjugia interdixerunt, & ſolorum cœlibum λειτουργίαν admittentes à conjugatis eam celebrari noluerunt. Hæc totidem Euſtathianæ hæreſeos capita Hildebrandus ſua fecit, ut lac lacti ſimilius non ſit, quàm hac in parte Hildebrandus Euſtathio. Rem probatam damus ex horum temporum hiſtoricis, & quidem monachis, & proinde, ut genius eſt ſectæ, cùm cœlibatui tum papæ faventibus. Hactenus presbyteris Germaniæ jus conjugii

inco-

incolume permanſerat; ſed quomodo Hildebrandus ademerit, & quàm ægrè paſſi ſint id ſibi adimi, illi, quos diximus, hiſtorici ſuis ipſorum verbis exponant.

Primùm audiendus Lambertus Schafnaburgenſis, qui quæ ob oculos habuit, literarum monumentis ad memoriam poſteritatis transmiſit. Sic igitur ille in anno CIↃ LXXIV: *Hildebrandus papa cum epiſcopis Italiæ conveniens jam frequentibus ſynodis decreverat, ut ſecundum inſtituta antiquorum canonum presbyteri uxores non habeant, habentes aut dimittant, aut deponantur; nec quiſquam omnino ad ſacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam vitamq́; cœlibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad epiſcopos Galliarum,* Galliæ puta Belgicæ, quæ hodie partem Germaniæ facit, *transmittebat, præcipiens, ut ipſi quoq; in ſuis eccleſiis ſimiliter facerent, atque à contubernio ſacerdotum omnes omnino fœminas perpetuo anathemate reſecarent. Adverſus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum; hominem planè hæreticum, & veſani dogmatis eſſe clamitans, qui oblitus ſermonis Domini quo ait, Non omnes capiunt hoc verbum qui poteſt capere, capiat; & Apoſtoli, Qui ſe non continet, nubat, melius eſt enim nubere quàm uri: violentâ exactione homines vivere cogeret ritu angelorum, & dum conſuetum curſum naturæ negaret, fornicationi & immunditiei frena laxaret. Quòd ſi pergeret ſententiam confirmare, malle ſe ſacerdotium quàm conjugium deſerere, & tunc viſurum eum cui homines ſorderent, unde gubernandis per eccleſiam Dei plebibus angelos comparaturus eſſet. Nihilominus ille inſtabat, & aſſiduis legationibus epiſcopos omnes ſocordiæ ac deſidiæ arguebat, & niſi ocyus injunctum ſibi negotium exſequerentur, Apoſtolica ſe cenſura in eos animadverſurum comminabatur. Archiepiſcopus Moguntinus ſciens non parvo conſtare operam hanc, ut tanto tempore inolitam conſuetudinem revelleret, atq; ad rudimenta naſcentis eccleſiæ* (ſcilicet) *ſeneſcentem jam mundum reformaret, moderatiùs agebat cum eis, & primò eis in dimidium annum inducias & deliberandi copiam dedit, hortans eos, ut quod neceſſariò faciendum ſit, ſponte faciant, & tam ſibi quàm Romano pontifici neceſſitatem adimant aliquid in eos, quod ſecus ſit, decernendi. Ad ultimum congregata ſynodo in Erfordia menſe Octobri preſſiùs jam imminebat, ut relegata omni tergiverſatione in præſentiarum aut conjugium abjurarent, aut ſacri altaris miniſterio ſe abdicarent. Multas econtra illi rationes afferebant, quibus inſtantis perurgentisq́; improbitatem eludere ſententiamq́; caſſare niterentur. Quumq́; adverſus Apoſtolicæ ſedis auctoritatem,*

tem, quaſe ille ad hanc exactionem præter voluntatem propriam compulſum obtendebat, nihil argumenta, nihil ſupplicationes preceſq́; proficerent; egreßi tamquam ad conſultandum, conſilium ineunt, ut in ſynodum non redeant, ſed injußi omnes in domos ſuas diſcedant. Nonnulli etiam confuſis vocibus clamitabant, melius ſibi videri, ut in ſynodum regreßi ipſum epiſcopum, priusquam exſecrabilem adverſum eos ſententiam promulgaret, cathedra epiſcopali deturbarent, & merita morte multato inſigne monumentum ad poſteros transmitterent, ne quis deinceps ſucceſſorum ejus talem ſacerdotali nomini calumniam ſtruere tentaret. Quum ad epiſcopum relatum eſſet, hoc eos machinari, commonitus à ſuis, ut tumultum qui oriebatur, matura moderatione præverteret, miſit ad eos foras, rogavitq́; ut ſedato pectore in ſynodum regrederentur, ſe, quum primùm opportunitas arriſiſſet, Romam miſſurum, & dominum Apoſtolicum, ſi qua poſſet ratione, ab hac ſententiæ auſteritate deducturum. Rurſus in anno ſequente: *Archiepiſcopus Moguntinus ſynodum anno cIↃ LXXV, menſe Octobri Moguntiæ congregavit, ubi inter alios epiſcopos qui convenerant, aderat Curienſis epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis literas & mandata deferens, quibus ei ſub interminatione gradus & ordinis ſui præcipiebat, ſicut antea quoq; multis legationibus præceperat, ut presbyteros omnes, qui intra ſuam diœceſin eſſent conjugati, cogeret aut in præſentiarum conjugibus renunciare, aut ſe in perpetuum ſacri altaris miniſterio abdicare. Quod dum facere vellet, exſurgentes qui undiq; aßidebant clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus & totius corporis geſtu in eum debacchabantur, ut ſe vita comite ſynodo exceſſurum deſperaret. Sic tandem rei difficultate ſuperatus, ſtatuit ſibi deinceps tali quæſtione omnino ſuperſedendum, & Romano pontifici relinquendum, ut cauſſam, quam ipſe toties inutiliter propo-*
Volum. 2. *ſuiſſet, ille per ſemetipſum, quando & quomodo vellet, peroraret.* Hæc omnia
gener. 36. Lambertus; quæ in ſuis Chronicis deſcripſit Johannes Nauclerus. De Lamberto autem obſervari poteſt, non monachum modò fuiſſe, ſed etiam Hirsfeldæ in diœceſi Moguntinâ, ubi iſta contigerunt, vixiſſe. Ipſe verò Hildebrandus an extra libidinis ſuſpicionem fuerit, nunc quoque audiamus. Mathildam ſanè comitem itinerum habuiſſe paullò antè intelleximus. *Hæc*, ut idem Lambertus narrat, *vivente marito ſuo, quandam viduitatis ſpeciem longißimis ab eo ſpaciis excluſa prætendebat, quum nec ipſa maritum in Lotharingiam extra natale ſolum ſequi vellet, & ille ducatus quem in Lotharingia adminiſtrabat, negotiis implicitus, vix poſt tertium vel quartum annum ſemel marcham Italicam inviſeret: poſt cujus mortem Romani pontificis lateri penè comes individua adhæra-*

hærebat, eumq́; miro colebat affectu. Quumq́; magna pars Italiæ ejus pareret imperio, & omnibus, quæ prima mortales ducunt, ſupra cæteros terræ illius principes abundaret, ubicumq́; opera ejus papa indiguiſſet, ocyus aderat, & tãquam patri vel domino ſedulum exhibebat officium. Vnde nec evadere potuit inceſti amoris ſuſpicionem, paſſim jactantibus regis fautoribus, & præcipuè clericis, quibus illicita & contra ſcita canonum contracta conjugia prohibebat, quòd die ac nocte impudenter papa in ejus volutaretur amplexibus. & illa furtivis papæ amoribus præoccupata, poſt amiſſum conjugem ultrà ſecundas contrahere nuptias detractaret. Et Waltramus Naumburgenſis de Hildebrando loquutus, *propter frequens*, ait, *cum Mathilda & familiare colloquium generavit plurimis ſæva ſuſpicionis ſcandalum.* Addit tamen in excuſationem papæ Lambertus, *ſed apud omnes ſanum aliquid ſapientes luce clariùs conſtabat, falſa eſſe quæ dicebantur.* Interim ea fuit utriuſque quotidiana familiaritas & vitæ ſocietas, ut ſuſpicioni juſtam cauſſam præbuerint. Quis autem arcanorum cubiculi aut conſcius aut arbiter fuit? Id nemo, quantumcumque faveat Hildebrando, inficias ire poteſt, fœminam extraneam, qualis Hildebrando Mathilda fuit, *pontificis lateri comitem individuam hærere*, quemadmodum Hildebrandi lateri Mathildam hæſiſſe Lambertus teſtatur, cum canonibus pridem ſancitis directâ fronte pugnare. Hildebrandus itaque dum adverſus conjugatos ſeveritatem canonum ſequioribus ſeculis promulgatorum præfractè & propemodum rabiosè urget; ipſe nihilominus in eosdem canones ſecurè peccat, & omnibus illis familiarem unius Mathildæ converſationem anteponit.

Apol. pro Henr. 4, l. 2, c. 36.

Marianus Scotus, qui etiam ipſe eodem tempore, & quidem Moguntiæ degebat, in anno cIↄ LXXIX: *Hildebrandus interdixit presbyteris, diaconibus omnibusq́; clericis uxores habere.* In anno autem ſequente: *Plures clerici ſub ſententia interdicti apoſtolici libentiùs eſſe voluerunt, quàm fœminis & uxoribus carere. Sed ut per alios caſtigarentur, decrevit papa ſynodica legatione etiam hoc anno, ut nullus Chriſtianus audiret miſſam conjugati presbyteri.*

Sigebertus Gemblacenſis, etſi aliquanto junior, tamen iiſdem quoque vixit temporibus. Nam ut in libro de eccleſiaſticis ſcriptoribus ipſe commemorat, *ſcripſit ad ipſum Henricum* Imperatorem *apologiam contra eos, qui calumniantur miſſas conjugatorum ſacerdotum.* In Chronographiâ verò ſuâ in hunc modum ſcribit: *Anno MLXXIV, Gregorius papa celebrata ſynodo Simoniacos anathematizavit,*

Cap. ult.

uxoratos ſacerdotes à divino officio removit, & laicis miſſam eorum audire interdixit, novo exemplo & (ut multis viſum eſt) inconſiderato præjudicio contra ſanctorum patrum ſententiam, qui ſcripſerunt, quòd ſacramenta, quæ in eccleſia fiunt, baptiſmus ſcilicet, chriſma, corpus & ſanguis Chriſti, Spiritu ſancto latenter operante eorumdem ſacramentorum effectum, ſeu per bonos ſeu per malos intra Dei eccleſiam diſpenſentur. Inde quia Spiritus ſanctus myſticè illa vivificat, nec meritis bonorum diſpenſatorum amplificantur, nec peccatis malorum attenuantur.——Porrò continentiam paucis tenentibus, aliquibus eam modò cauſſa quæſtus ac jactantiæ ſimulantibus, multis incontinentiam perjurio aut multipliciori adulterio cumulantibus, ad hoc hac opportunitate laicis inſurgentibus contra ſacros ordines, & ſe ab omni eccleſiaſtica ſubjectione excutientibus, laici ſacra myſteria temerant, & de his diſputant, infantes baptiZant, ſordido humore aurium pro ſacro oleo & chriſmate utentes, in extremo vitæ viaticum dominicum & uſitatum eccleſiæ obſequium ſepulturæ à presbyteris conjugatis accipere parvipendunt, decimas presbyteris deputatas igni cremant, &, ut in uno cætera perpendas, laici Corpus Domini à presbyteris conjugatis conſecratum ſæpè pedibus conculcaverunt, & ſanguinem Domini voluntariè effuderunt, & multa alia cõtra jus & fas geſta in eccleſia ſunt, & hac occaſione multi pſeudomagiſtri exſurgentes in eccleſia, profanis novitatibus plebem ab eccleſiaſtica diſciplina avertunt. Hæc totidem verbis repetunt Vincentius *Speculi hiſtorici libro XXVI, capite XLV;* & Antoninus *Summæ hiſtoricæ titulo XVI, capite primo, ſectione XXI.*

Quod autem adverſus Hildebrandum Sigebertus calamum ſtringere auſus, eo nomine à Trithemio, in libro de ſcriptoribus reprehenditur. Bellarminus quoque in ejuſdem argumenti libello *apologiam contra eos, qui miſſas conjugatorum calumniãtur,* indignam fuiſſe ait, *quæ lucem adſpiceret. Neq; enim,* inquit, *Gregorius ſeptimus, in cujus odium liber ille ſcriptus erat, reprehenderat miſſas conjugatorum presbyterorum, ſed miſſas concubinariorum presbyterorum.* Id autem falſum eſt, & pugnat cum diſertis verbis hiſtoricorum. Niſi fortè pontificis arbitrium & voluntatem tantum poſſe credant, ut presbyterorum conjugia, quia ipſe nolit, conjugia non ſint, ſed mox in concubinatus & fornicationes vertantur. Quali ratione & poteſtate ſcortationes iterum in caſtitatem facilè commutaverit, quâ de re alibi actum eſt. (pag. 101.) At pergat Bellarminus: *Neq; vetuerat Gregorius miſſas ejuſmodi concubinariorum audiri, quòd exiſtimaret illas non eſſe veras miſſas;*

hoc

hoc equidèm verum eſſe arbitror, & falli Sigebertum, ſi contrariæ opinionis, ut tamen apparet, ipſe fuit. Non vetuit, ait, *quòd exiſtimaret illas non eſſe veras miſſas, ſed quòd judicaret concubinarios indignos eſſe, qui miſſam celebrarent, & qui à fidelibus populus frequentarentur.* Si per concubinarios intelligit conjugatos, ut facit abſque dubio; tunc hæc ipſiſſima Euſtathianorum eſt hæreſis. Neq, enim ullum eſt indicium, quòd ſenſerint Euſtathiani ſacramenta à conjugatis adminiſtrata non eſſe vera ſacramenta: ſed conjugatos judicarunt indignos eſſe, qui attrectarent vel adminiſtrarent, planè quemadmodum ſententiam Hildebrandi exponit Bellarminus. Hinc Gangrenſis ſynodus in Præfatione: *Presbyteros conjugatos deſpiciunt, & ſacramenta ab illis confecta non attingunt.* Quibus Patres canonem quartum in hæc verba opponunt: *Si quis ſeparatur à presbytero conjugato, quaſi non oporteat eo miniſtrante de oblatione percipere, anathema ſit.* Non exiſtimabant, inquam, eucharistiam à conjugatis adminiſtratam rem malam vel crimen eſſe: Interim tamen ſibi ſine dubio perſuadebant, conjugatos, ſi qui adminiſtrarent, perperam agere & crimen committere, quòd ſacra, quibus propter conjugij ſui fœditatem indigni eſſent, attingerent. Eò itaque magis, ne hujus criminis participes redderentur, illorum ſacra vitabant. Quemadmodum igitur Euſtathiani conjugium turpitudinis arguebant; & propterea presbyteros conjugatos contemnebant, indignos qui ſacra tractarent, cenſebant, & quum eorum miniſterio ſacra quodammodo contaminari crederent, à liturgiâ ab ipſis adminiſtratâ abſtinebant: ita quoque in omnibus & per omnia Hildebrandus, ejusque adſeclæ. Interim quum ſacra à conjugatis adminiſtrata vera ſacra eſſe noſſet & concederet, & nihilominus à populo attendi & frequentari prohiberet, dirus ille contemtus & horribiles profanationes, quibus à populo ſacramenta adfecta fuiſſe audivimus, temerario Hildebrandi interdicto meritò imputantur.

His etiam, quid de Hildebrando ſcribat & judicet recentior auctor, Johannes videlicet Aventinus, qui etiamſi pontificiæ religioni addictus ſemper fuerit, à Baronio tamen hæreticus appellatur, adjiciamus. Sic igitur Aventinus: *Hildebrandus, qui & Gregorius ſeptimus, primus imperium pontificium condidit; quod ſucceſſores per CCCCL continenter annos invito mundo, invitis imperatoribus adeo auxere, ut.* *Ann. 772, num. 22. Annal. Bojor. l. 5.*

re, ut inferos ſuperos in ſervitutem redegerint, & ſub jugum miſerint. Item: *Sacerdotibus connubia interdicit, vetat populum ſacrificijs eorum intereſſe, aut illos pro ſacerdotibus ducere. Gratiſſima hæc fuere ſcortatoribus, quibus pro una uxore ſexcentas mulierculas inire licet. Sed iſthæc omnia pleriq; epiſcopis, aliis eruditis, ſimplicibus, apertis atq; bonis, præter conjuratos, qui ſuæ cauſſæ ſerviebant, novum dogma, peſtifera hæreſis, quæ umquam Chriſtianum conturbaſſet regnum, viſa eſt.* Denique: *Plerique omnes boni, aperti, juſti, ingenui, ſimplices tum: imperium antiChriſti cepiſſe, quòd ea, quæ Chriſtus ſervator noſter tot annos antè nobis cantavit, eveniſſe eo tempore cernebant, memoriæ literarum prodidere.* Illa omnia & plura Aventinus.

l. 4. de invent. c. 4. Polydorus Virgilius obſervat, *alijs ſuper alijs promulgatis legibus, non ante pontificatum Gregorij ſeptimi conjugium adimi occidentalibus ſacerdotibus potuiſſe.* Succeſſores nihilominus Gregorij in eamdem quoque ſententiam decreta promulgant, ut nonnullos, etiam poſt Gregorium, conjugii ſui tenaces fuiſſe appareat. Ita Urbanus ſecundus, qui poſt Victorem tertium Gregorio ſucceſſit: *Diſt. 32. c. 10.* *Eos qui poſt ſubdiaconatum uxoribus vacare volunt, ab omni ſacro ordine removemus, officioq; atq; beneficio eccleſiæ carere decernimus. Quòd ſi ab epiſcopo commoniti non ſe correxerint, principibus indulgemus licentiam, ut eorum fœminas mancipent ſervituti. Si verò epiſcopi conſenſerint eorum pravitatibus, ipſi officij interdictione mulctentur.* Calixtus ſecundus: *Diſt. 27. can. 8.* *Presbyteris, diaconis, ſubdiaconis & monachis concubinas habere ſeu matrimonia contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab hujuſmodi perſonis disjungi, & perſonas ad pœnitentiam redigi debere, juxta ſacrorum canonum definitiones judicamus.* Innocentius ſecundus: *Diſt. 28. can. 2.* *Decernimus, ut ij, qui in ordine ſubdiaçonatus & ſuprà uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atq; eccleſiaſtico beneficio careant. Quum enim ipſi templum, vaſa Domini & ſacrarium Spiritus ſancti debeant eſſe & dici, indignum eſt eos cubilibus & immunditijs deſervire.* Alexander tertius quid ſtatuerit, Decretalibus, titulo *De cohabitatione clericorum & mulierum*, & *De clericis conjugatis* videri poteſt. Præter alia, *Clericos*, ait, *in ſacris ordinibus conſtitutos qui publicè tenent concubinas, ad eas abjurandas volumus à tua fraternitate compelli, ne in eandem fornicationem inſtinctu diabolicæ fraudis redeuntes, perjurij reatum incurrant. Verum ipſos per ſuſpenſionis & interdicti ſententiam debes arctiùs cogere, ut mulieres ipſas à ſe ita removeant, quod de illis ſiniſtra ſuſpicio non poſſit haberi. Et ſi qui eorum ad ipſas redire,*

vel

vel alias accipere fortè præſumpſerint; in aliquos eorum debes perpetuam excommunicationis ſententiam proferre, ut alij eorum exemplo perterriti, à ſimilibus arceantur. Item: *Si qui clericorum infra ſubdiaconatum acceperint uxores, ipſos ad relinquenda beneficia eccleſiaſtica, & retinendas uxores diſtrictione eccleſiaſticâ compellatis. Sed ſi in ſubdiaconatu & alijs ſuperioribus ordinibus uxores accepiſſe noſcuntur; eos uxores dimittere, & pœnitentiam agere de commiſſo, per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiam compellere procuretis.*

Ex illo in pejus ruere & retrò ſublapſa referri pudicitia & continentia cleri. Paullatim enim canones de interdicto extranearum commercio obſoleſcere & in deſuetudinem abire pontifices permiſerunt: legem autem de conjugio non concedendo unicè & pertinaciter urſerunt, donec tandem, quod cuperent, non in Germaniâ modò, ſed in regnis quoque ſeptemtrionalibus, Angliâ, Poloniâ, Sueciâ, Daniâ, quorum hiſtoriam hîc nunc non vacat attexere, obtinerent. Evidens autem eſt, tanto fervore quin furore legem conjuges vetantem eos urſiſſe, non quòd vera & ſincera continentia ijs cordi eſſet; nam alioquin canones extranearum conſuetudinem prohibentes non paſſi fuiſſent exſoleſcere: ſed quòd conjugium cleri ſuis rationibus & dominatui, quem adfectarent, parum commodum judicarent. Gloſſa ad cap. Maximianus, diſt. XXXI. *Communiter dicitur, quòd pro ſimplici fornicatione quis deponi non debet, quum pauci ſine illo vitio inveniantur.*

Hinc igitur omnibus poſt ſequutis ætatibus bonorum & piorum ſuper infami & horribili cleri turpitudine atq; libidine querelæ, indignationes, deteſtationes. Sanctus vir Bernhardus, qui proximo poſt Hildebrandum ſeculo, duodecimo videlicet poſt Chriſtum natum, vixit, ſermone ſive libro de converſione ad clericos: *Curritur paſſim ad ſacros ordines, & reverenda ipſis quoq; ſpiritibus angelicis miniſteria homines apprehendunt ſine reverentia, ſine conſideratione. Neque enim ſignum regni occupare cœleſtis, aut illius timent imperij geſtare coronam, in quibus avaritia regnat, ambitio imperat, dominatur ſuperbia, ſed & iniquitas, & luxuria etiam principatur: in quibus & peſſima fortè appareat intra parietes abominatio, ſi (juxta Ezechielis prophetiam) parietem fodiamus, ut in domo Dei videamus horrendum. Siquidem poſt fornicationes, poſt adulteria, poſt inceſtus, nec ipſæ quidem apud aliquos ignominiæ paſſiones, & turpitudinis opera deſunt: utinam non fierent quæ uſq; adeò nō conveniunt,* Cap. 20.

ut nec Apoſtolum hac ſcribere, nec nos dicere oporteret, ut nec dicentibus crederetur, quòd humanum aliquando occupaverit animum tam abominanda cupido. Numquid non olim civitates illæ ſpurcitiæ hujus matres divino prædamnatæ judicio, & incendio ſunt deletæ? Numquid non gehennalis flamma moram non ſuſtinens, execrabilem illam prævenit tollere nationem, quòd ipſius ſpecialiter eſſent peccata manifeſta præcedentia ad judicium? Numquid non & ipſam utpote conſciam tantæ confuſionis tellurem abſumſit ignis, ſulfur, & ſpiritus procellarum? Numquid non in lacum horribilem ſolum omne redactum eſt? Amputata ſunt hydræ capita quinque, ſed heu innumera ſurrexerunt. Quis reædificavit urbes flagitij, quis turpitudinis mœnia dilatavit, quis extendit propagines virulentas? Væ, væ, inimicus hominum ſulfurei illius incendij reliquias infelices circumquaque diſperſit, exſecrabili illo cinere eccleſiæ corpus aſperſit, & ipſorum quoque miniſtrorum ejus nonnullos ſanie fœtidiſſimâ ſpurciſſimaq; reſperſit. Heu genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, quis inter tua illa primordia tam divina, & ſpiritualibus affluentem charisſmatibus Chriſtianæ religionis ortum, credere poſſet poſſe talia in te aliquando reperiri? Vtinam magis turrim incoaturi, ſedentes computarent; ne fortè ſumtus non habeant ad perficiendum. Vtinam qui continere non valent, perfectionem temerariè profiteri, aut cœlibatui dare nomina vererentur. Sumtuoſa ſiquidem turris eſt, & verbum grande, quod non omnes capere poſſunt. Eſſet autem ſine dubio melius nubere quàm uri, & ſalvari in humili gradu fidelis populi, quàm in cleri ſublimitate & deteriùs vivere, & diſtrictius judicari. Multi enim, non quidem omnes, ſed tamen multi; certum eſt, nec latere queunt præ multitudine, nec præ impudentiâ quærunt; multi utique libertatem in quâ vocati ſunt, in occaſionem carnis dediſſe videntur, abſtinentes remedio nuptiali, & in omne deinceps flagitium effluentes.

Quid eodem ſeculo Rupertus Tuitienſis ſcripſerit, & quomodo ſui temporis clericos veteribus Nicolaitis comparaverit, alibi dictum eſt, nec hîc opus repetere. *pag.* 142.

Decimotertio ſeculo vixit Gulielmus Durandus, epiſcopus Mimatenſis, qui præter Speculum juris, unde Speculator dicitur, & Rationale divinorum officiorum, Tractatum ſcripſit de modo generalis concilij celebrandi; in quo tractatu in hunc modum verba facit. Quum in Nicæno concilio & multis alijs concilijs familiaritas cum fœminis extraneis ſit interdicta, *nec id tamen ſervetur, & exhi-*

parte 2. *rub.* 10.

exhinc multa ſcandala ſequantur, & contra clerum murmuret populus, videtur utile pro conſervatione ſtatus eccleſiæ & honoris, quod mandaretur ſervari. —— Et inſuper quòd proſtibula publica non teneantur prope eccleſias & in Romanâ curia prope palatium domini Papæ, & nec alibi prope domos prælatorum, & ne mareſcallus domini Papæ & conſimiles aliquid recipiant a meretricibus & lenonibus earumdem. Ecce canones de abdicando conſortio extranearum prorſus exſtinctos; & publica proſtibula prope palatium domini Papæ. Quum quæ quoquo modo ad pontificem ſpectant, Apoſtolica appellare conſueverint, ut Sedem, Cameram, Curiam apoſtolicam, Nuntios apoſtolicos, Bullas apoſtolicas, mirum quòd iſta proſtibula apoſtolica non dicant. Item: *Quum pene in omnibus Concilijs & à plerisque Romanis pontificibus super cohibenda & punienda clericorum incontinentia, & eorum honeſtate ſervanda multa hactenus emanaverint conſtituta; & nullatenus ipſorum reformari quiverit correctio morum: —— videretur penſandum, an expediret & poſſet provideri, quòd in eccleſia occidentali, quantum ad votum continentiæ ſervaretur conſuetudo eccleſiæ orientalis, quantum ad promovendos, potiſſime, quum tempore Apoſtolorum conſuetudo eccleſiæ orientalis ſervaretur.* rubr. 46.

Alvarus Pelagius Sylvenſis in Portugalliâ epiſcopus in decimumquartum ſeculum incidit, & opus ſuum de Planctu eccleſiæ Avinioni in curiâ Johannis XXII. perſcripſit. Ut pontificis, cardinalium, epiſcoporum; ita quoque presbyterorum crimina plangit. Quartum facit, *quòd nimis incontinenter vivunt.* Et utinam, ait, *continentiam numquam promiſiſſent, maximè Hiſpani & Regnicolæ, in quibus provincijs in pauco majori numero ſunt filij laicorum, quàm clericorum. Et, quòd ſceleratius eſt, per plurimos annos de latere concubinæ qualibet die ſurgunt non præmiſſa confeſſione, vel hypocritali cum propoſito redeundi, & procedunt ad altare ad terrificam hoſtiam conſecrandam, panem pollutum, quantum in eis eſt, Domino cordibus & labijs ſceleſtis offerentes.* VI. *Libentiùs dant peculatori & meretrici, quàm pauperi:* XIV. *Sæpè cum parochianis mulierib. quæ ad confeſſionem admittunt. ſceleſtiſſimè fornicantur.* XXXII. *Quum ſint notorij fornicatores, & per conſequens ſuſpenſi quantum ad ſe & quantum ad alios, & ſimoniaci etſi occulti, vel alias ſuſpenſi & irregulares; nihilominùs celebrant omni die.* XLIIX. *Faciunt ſibi ſerviri in altari & in eccleſiâ per ſuos [illegible] illegitimos.* XLIX. *De bonis eccleſiæ paſcunt concubinam continuè & filios, & de pecunia eccleſiæ emunt eis poſſeſſiones.* LIII. *Multi presbyteri &* l. 2. art. 27

alij conſtituti in ſacris, maximè in Hiſpania, Aſturia & Gallicia & alibi, & publicè & aliquoties per publicum inſtrumentum promittunt & jurant quibusdam, maximè nobilibus mulieribus, numquam eas dimittere; & dant eis arras de bonis eccleſiæ & poſſeſſionibus eccleſiæ, & publicè eas ducunt cum conſanguineis & amicis & ſolenni convivio, ac ſi eſſent uxores legitimæ.

Robertus Holkot natione Anglus, profeſſione Dominicanus, eodem ſeculo lectiones in Sapientiam ſcripſit. Earum cxxc[illegible] in hunc modum loquitur: *Sacerdotes moderni ſunt angeli incubi per luxuriam.* Etymol. l. 8. cap. ult. *Incubi vel incubones ſecundum Iſidorum à Romanis dicuntur Fauni. Sunt etiam, ut creditur, dæmones corpora aſſumentes vel ſibi jungentes; & ſic mulieribus ſe immiſcentes. Et dæmones incubi dicuntur nonnumquam generare gigantes: ita ſacerdotes per vehementiam voluptatis gignunt communiter pingues, groſſos & corpulentos. Hi poſſunt dici ſacerdotes Priapi vel Baalphegor.*

Decimoquincto ſeculo concubinatus & vagæ libidines cleri magis magisque invaluerunt, & crimen propemodum eſſe deſierunt, quin pro ludo jocoque haberi cœperunt. Quomodo Johannes Gerſon agnoverit, *concubinatum presbyterorum ita generale & radicatum eſſe malum, ut aboleri nequeat, & aut nullos ſacerdotes habendos,* pag. 52. *aut incontinentes tolerandos eſſe*; in ſuperioribus expoſitum fuit. Nicolaus de Clemangis archidiaconus Bajocenſis hac ipsâ ætate *De corrupto eccleſiæ ſtatu* librum emiſit, qui inter opera quoque Gerſonis ſub titulo, cap. 15. § 2. *De vitijs miniſtrorum eccleſiæ*, invenitur. *Illud obſecro*, inquit, *quale eſt, quod in plerisque diœceſibus rectores parochiarum ex certo & conducto cum ſuis prælatis precio, paſſim & publicè concubinas tenent?* c. 16. §. 3. Item: *Crapulati & inebriati pugnant, clamant, tumultuantur, nomen DEI & ſanctorum ſuorum pollutiſſimis labijs exſecrantur. Sicque tandem compoſiti ex meretricum ſuarum complexibus ad divinum altare veniunt.* Petrus ab Alliaco, Cardinalis Cameracenſis, Tractatu de Reformatione eccleſiæ: *Adhibenda eſſet correctio circa mores eccleſiaſticorum, qui jam nimis (proh dolor) ſunt corrupti ira, gula, luxuria, pompa, prodigalitate, otio, & alijs generibus, quod cedit in grave laicorum ſcandalum. Et maximè obviandum eſſet illi ſcandaloſiſſimæ conſuetudini ſeu potius corruptelæ, qua plures hodie non verentur tenere etiam publicè concubinas.*

Nicolai Tudeſci Panormitani judicium & verba ſuperiùs relata ſunt. Similiter ſententia Aeneæ Sylvij, ſive Pij ſecundi. pag. 8[illegible]

Alfonſi Toſtati vaſta volumina claudit opuſculum contra clericos concubinarios; in quo leguntur iſta: *Hodie clerus efficitur contemtibilis propter flagitioſas ſacerdotum vitas indignè viventium, quum nemo ſit qui eis medicinalem correctionem apponat. Sed ſub quadam libertate peccandi & conſuetudine deteſtanda tendunt ad barathrum, quos malè viventes aut publicis fornicationibus involutos firmiter teneo eſſe inimicos Chriſti, & ſancti ſpiritus contemtores.* Concl. ult.

Baptiſta Platina in vitâ pontificis Marcellini: *Quid futurum noſtra ætate arbitramur, qua vitia noſtra eò crevere, ut vix apud Deum miſericordiæ locum nobis reliquerint? Quanta ſit avaritia ſacerdotum, & eorum maximè qui rerum potiuntur, quanta libido undiq; conquiſita, quanta ambitio & pompa, quanta ſuperbia & deſidia, quanta ignoratio tum ſui ipſius, tum doctrinæ Chriſtianæ, quàm parva religio, & ſimulata potius, quàm vera, quàm corrupti mores, vel in profanis etiam hominibus (quos ſeculares vocant) deteſtandi, non attinet dicere, quum ipſi ita apertè & palam peccent, ac ſi inde laudem quærerent.*

Dixi antea, fornicationes & concubinatum cleri paullatim in ludum & jocum abiiſſe. Idipſum evidenter probat libellus, qui non ita pridem in manus meas venit, editus Heidelbergæ in confinio ſeculorum decimiquincti & decimiſexti, chartâ & typo, pro ratione temporis, non invenuſto. Titulus eſt,

De fide concubinarum in ſacerdotes.

Quæſtio acceſſoria cauſſa joci & urbanitatis in Quodlibeto Heidelbergenſi determinata à M. Paulo Oleario Heidelbergenſi: in fine ſcilicet ſolennis Quodlibetaris diſputationis laxandi animi jocique ſuſcitandi cauſâ, ut eſt in adjunctâ Cratonis Udenhemij epiſtolâ.

Aſininæ aures an concubinario ſacerdoti ſint imponendæ?

Sacerdos qui vexatur à ſua concubina, quam permittit in domo ſua in omnibus rebus & negociis dominari & gubernare, annon meritò aures aſininæ capiti ſuo retrò ſint imponendæ?

Sacerdotis vocabulo quomodo in his noſtris facetiis utendum.

Pro primo nota, quod non loquor de hoc vocabulo Sacerdos, quod eſt nomen vel terminus communis generis & tertiæ declinationis. ſed de reipſa per hunc terminum ſignificata, & de viro ſacris initiato, ſive ſit ruralis plebanus, præmiſſarius aut capellanus, ſive urbanus, canonicus aut vicarius.

Concubinæ definitio.

Pro ſecundo concubinam ſic definio. Concubina eſt vas omnium vitiorum, mulier ſine pudore, beſtia ſine honore, appetens primos recubitus in menſa, primam ſedem in eccleſia, primatum in balneo & in chorea, ſemper pigra, ſemper plena, rixoſa, criminoſa, ſcabioſa, omnibus odioſa, ſoli Cerbero cara, in fallaciis tam in dictione quàm extra dictionem optime inſtituta.

Concubinariorum conditiones eſſe multiplices.

Tertiò animadverto diverſas eſſe conditiones ſacerdotum concubinariorum. Quidam enim habent corda materna; quidam non habent. Non habentis ejuſmodi narrat hiſtoriam: *Fuit quidam Canonicus Herbipolenſis, cujus concubina balneum intrans audivit cæteras Canonicorum famulas ex cognominibus & familiis dominorum ſuorum appellari, verbi gratia, quum exituræ eſſent balneas, clamabat lotrix pedum,* Langent myner Frowen von Schwartzenberg ein Tůch. *Et iterum,* Langent myner Frowen von Finſterloch ein Tůch. *Et rurſus,* Langent myner Frowen von Weyringen ein Tůch. *Canonici verò illius, qui de Grunbach erat, concubina nominabatur ſolo nomine ſuo Dorothea, neq; adjectũ fuit,* mein Frow von Grůnbach. *Venit domum, flet, lacrymatur, plangit, ſpretam ſe dicit, ſe e à domino ſuo nequaquam diligi conqueritur. Is cauſam inveſtigat. Reſpondet illa: Ecce jam in balneo omnes meæ profeſſionis mulieres à dominorum ſuorum cognominibus meruerunt appellari, his auribus enim audivi, ſola ſicut ſcabellum pedum veſtrorum Dorothea vocata ſum. Reſpondit canonicus, quia cor matris non habuit: O beſtia. Interrupit illa è veſtigio:* O frylich bin ich die beſt/wollent jhrs anderſt glouben. *Proſequitur Canonicus: Ecce bona Dorothea, mater mea adhuc ſuperſtes eſt, quæ vulgò* die Grůnbächin *appellatur, ſi tu in hoc cognomine cum ea concurreres fieret confuſum chaos, aut enim tu pro matre, aut mater pro concubina mea apud ignotos poſſet adjudicari. Verùm ne te omnino defraudem, reſtant adhuc alia duo cognomina. Sum enim archidiaconus, inde vocor* ein Landtrichter: *ſum & archipresbyter, inde vocor* ein Ertzprieſter. *Optionem habeas eligendi quod vis è duobus, ut aut appelleris à primo,* Ein Landthůr; *aut à ſecundo,* ein Ertzhůr.

Hæc

Hæc talia in celeberrimâ Univerſitate publicè propoſita, facetiis agitata & typis evulgata, ſatis, ut opinor, probant, quod diximus, nempe profligatâ veterum canonum de extraneis fœminis non admittendis ſeveritate, fornicationes & concubinatum cleri in ludum jocumq; abiiſſe. Quidnî enim? quum epiſcopi concubinatum non ſaltim tolerarent, ſed etiam quodammodo exigerent, uti teſtatur iſte ipſe libellus, &, quod plus eſt, principes proceresq; Germaniæ Gravaminibus, anno ſuperioris ſeculi vigeſimo ſecundo, Norimbergæ propoſitis. Inter ea enim xci eſt, *quòd epiſcopi & officiales eorum, ſacerdotes etiam continentes concubinatus cenſum perſolvere cogant, afferentes, epiſcopum pecuniæ indigum eſſe, qua ſoluta licere ſacerdotibus, ut vel cœlibes permaneant, vel concubinas alant.*

Quid circa eadem tempora ſcripſerit Baptiſta Mantuanus, notum eſt. Alius item poëta Italus, Marcellus videlicet Palingenius, Zodiaci ſui libro ſexto:

—— myſtæ vafriq; cuculli,
Quos caſtos decet eſſe, palàm cum pellicibus, vel
Furtim cum pueris, matronis virginibusq;
Nocte dieq; ſubant.

Auctor libri, qui Onus eccleſiæ inſcribitur nempe Johannes, epiſcopus Chiemenſis, Salisburgenſis archiepiſcopi ſuffraganeus: *Nihil ita provocat Deum ad iram & homines ad peccandum, ſicut laſcivia prælatorum, in quibus hodie verificatur illud propheticum; Vide quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in tenebris, unusquisque in abſcondito cubilis ſui: dicunt enim, Non videt Dominus nos. — In Alemania, me hercle, pauci ſunt Curati, qui non fœtore concubinatus marceſcunt.* Rurſus: *Sacerdotes frequenter fornicationibus coinquinantur, maximè Curati ſordeſcunt in concubinatu adeo manifeſto, quòd nulla tergiverſatione celari poſſit.* Cap. 22. §. 6. Ezech. 8. Cap. 23. §. 8.

Antoninus Cornelius Lynnichanus oratione habitâ coram frequenti clero Coloniæ in ſynodo, V. Eid. Mart. anno cIↃ IↃ xxvII. *Tu quoque ſacerdos es, quiq; totus divinis rebus es conſecratus, cogita quàm indignum ſit facinus, eo ore ſumere adorandum illud corpus, quo putidam ſcorti carnem contigiſti; iisdem manibus abominandas ſordes contrectare, quibus miniſtrantibus, angelis ineffabile illud myſterium peragis. Item, quàm non conveniat idem corpus eundem cum Deo ſpiritum fieri, & unum corpus fieri cum meretrice. Pudet me multa de his dicere, quæ tamen multos minime pudet facere. Vellem mentirer, vellem mendacii arguerer.*

Hæc

Hæc, ut vereor, veriora ſunt quàm ut redargui poßint. His & alijs datur ſcandalum populo, præbetur offendiculum vulgo, cui hac tempeſtate vilet & contemtui eſt ordo quilibet ſacer. Vilis plebs te ſacerdotem nunc cachinnis atq; ludibriis inceſſit, & odit, qui calumniandi anſam ultro præbueris. Dicit namque: Tot hic aut ille ſcorta domi ſuæ ex patrimonio Crucifixi nutrit, quo non ſordida ſcorta, ſed pauperes Chriſti forent ſuſtentandi.

Per cœlibatum & continentiam cleri Romani fieri, ut Romà meretricibus & lupanaribus carere nequeat, jampridem eſt oſtenſum. De ijsdem Johannes Mariana Jeſuita libro de Spectaculis, *pag. 65. Cap. 18.* *Scimus*, inquit, *Romæ meretrices ſæpè nullis certis ſedibus tota urbe vagari, tametſi ea licentia aliquando reſtricta ſit*, nempe temporibus Pij quinti, *certa aliqua regione urbis ad habitandum illis deſignata.* Et paulò antè: *Romæ paßim & impunè fit in ipſis pontificum oculis, ubi caput & forma eſt ſanctitatis, eóq; majori ſpe quæſtus confluunt majori numero mulieres perditæ.*

Quò res igitur in Romanâ eccleſiâ per lentos gradus tandem devenerit, ex iſtis manifeſtius eſt, quàm ut ullâ ampliore declaratione egeat. Manifeſtum etiam eſt, graviſſimas fuiſſe cauſſas viris egregijs, Georgio Caſſandro & Georgio Wicelio, ut ab Imperatoribus Ferdinando primo & Maximiliano ſecundo, quorum memoria in æternâ ſit gloriâ, de modo componendorum religionis diſſidiorum conſulti & ſententiam promere juſſi, uterque conjugium clero permittendum eſſe reſponderint. Literas, quibus ſanctum, quem diximus, laborem injungebat, ad utrumque ſupremo vitæ ſuæ anno dederat Ferdinandus. Quo beatè defuncto, cœptum *Vide Appendicem.* negocium urſit & utriuſque ſententiam elicuit filius & ſucceſſor Maximilianus. Georgium VVicelium Poſſevinus in ſuo Apparatu perperam Georgium Vallium vocat. Eſt ille Caſſandro, in utram partem incubuerit, haut paulò vehementior. Caſſander autem, cujus Coloniæ in templo Franciſcanorum monumentum eximio elogio condecoratum viſitur, cùm in ſcribendo accuratior, tum in partibus inceſſendis moderatior. Quidquid poteſt, benignè exponit & in bonum ſenſum trahit. Dicit itaque primis, qui legem cœlibatus invexerint, haut leves cauſſas fuiſſe. Quod etiam nos facilè concedimus, & cauſſas, quibus ſe moveri paterentur, non defuiſſe; &, quidquid egerint, bonâ intentione egiſſe. Quò res aliquando evaſura, & quòd effectum intentioni penitus contrarium tandem habi-

habitura eſſet, prævidere non potuerunt. Quod ſi potuiſſent, nõ dubitamus, quin ſuas ipſorũ ſanctiones ingenuè improbaturi fuiſſent.

Nec doctrinam dæmoniorum aut hæreſes iis improperamus, qui neque conjugium criminantur, neque clericos aliósve mortales ſcortatores & ſodomitas eſſe malunt, quàm maritos. Hodierni verò Romani, quum quidvis potiùs quàm conjugium ſacro ordini indulgeant, & omnibus ætatibus, ex quo lex cœlibatus obtinuit, univerſalem quamdam cleri corruptionem vagasque & horrendas libidines teſtantibus & deteſtantibus, ipſi nihilominus eas in ſuâ eccleſiâ ſuoq; clero malint tolerare, quàm conjugium admittere; leges etiam veteres, quibus olim per remotionem extranearum muliercularum vagis libidinibus obviam ibatur, prorſus exſoleſcere paſſi ſint; quin exſaturandæ libidini ſui cleri in arce ſanctitatis & religionis ſuæ proſtibula & lupanaria foveant; nec à contumeliâ conjugii abſtineant, verbi gratiâ, quum ſcribit Baronius, *Conjugii turpitudine, rete diaboli tenebantur adſtricti clerici conjugati:* quum, inquam, hæc omnia ita ſe ſe habere ſuperiora evincant, & rerum evidentia clamet; caſſam dicere non poſſunt, per quos ſtat, quò minùs iſta aliter ſeſe habeant, quin ab hac parte, doctrinæ dæmoniorum & hæreſeos Nicolaitarum atque Gnoſticorum poſtulari debeant. *An.* 1074. *num.* 34.

Quum autem conjugium rem verè caſtam eſſe nemo niſi diabolico furore correptus, negare vel auſit vel poſſit; fateri adverſarios ſuis ingratiis oportebit, reformatarum eccleſiarum clerum in verâ caſtitate vivere. Et ſi ſcopus eſt ac finis, ut clerus caſtus ſit & caſtè vivat; ſcopum & finem noſtri obtinuerunt. Quò autem caſtitas cleri pontificii reciderit, experientia & tot teſtimonia pridem adducta ſatis ſuperque teſtantur.

De excellentiâ itaque ſtatus, quem amplexi ſunt, ne mutitant quidem. Statum virginitatis verique & ſinceri cœlibatus excellentem eſſe non diffitemur: quin ſtatu conjugii excellentiorem eſſe ex doctrinâ veterum Patrum admittimus. Eorum itaq; dignitati, qui verè cœlibes ſunt, nihil detractum volumus. Cæterùm ex vulgatâ pontificiorum jam antè ex ipſorum ore deſcriptâ diſciplinâ conjugio ſeſe abdicare, & interim concubinam alere vel ad fornices itare; eâ, inquam, mercede cœlibatum profiteri nemo, quantumvis libidinoſus & carni deditus, recuſabit. Quin iſtiusmodi cœlibatum, quippe curis & moleſtiis vacuum, conjugio innumeris ſollicitudinibus

libro 65. obnoxio citra controverſiam preferet. Memorat Dio Caſſius, quantum negocii fuerit Auguſto cum pleriſq; Romanis equitibus, ut eos ad contrahenda legitima matrimonia, à quibus pars longè maxima abhorrebat, impelleret. Oratione, quâ ipſos adloquutus fuit, hæc inter cætera habentur: *Expeditam iſtam ac liberam vitam, extra matrimonium & ſine ſobole, prætuliſſe vos dicitis; quum interim latronibus ac immaniſſimis belluis nihilo præſtetis. Neq; enim adeo ſolitudo vivendi vos capit, ut abſq; mulieribus degatis, ac non quilibet veſtrûm menſæ ac lecti ſociam habeat: ſed licentiam libidini ac laſciviæ veſtræ exercendæ quæritis.*

Tract. 8. Idem de Manichæis ſcribit Gaudentius Brixienſis; *quibus*, inquit, *ego ob immunditiam ſuam puto non utiq; rem nuptialem diſplicere, ſed legem, quæ non multas fœminas uni viro, neq; unam fœminam multis viris, ſed etiam unam fœminam uni viro conjungit. Nolunt enim vivere ipſi exſecrabiles Manichæi juxta Apoſtoli Pauli doctrinam; ut unusquisq; ſuam uxorem habeat, & unaquæq; ſuum virum.*

Idem de Priſcillianiſtis, qui tradux Manichæorum, teſtatur Leo
ep. 93. c. 7. magnus. *Conjugalem*, inquit, *copulam deteſtantur, quia non eſt illic libertas turpitudinis ubi & pudor matrimonii ſervatur, & ſpes ſobolis.*

Idem ſibi capiant ſive ab homine gentili Auguſto, ſive ab eccleſiæ doctoribus, quicumque vagas libidines, quàm honeſtum conjugium, malunt. Cogitent etiam, qualem aliquando Deo rationem ſint reddituri, quicumque, quum intelligant abominabiles ſui cleri turpitudines niſi permiſſo conjugio aboleri non poſſe, malunt tamen illas quantaſcumq; tolerare, quàm hoc concedere; malunt Dei leges fœdè conculcari, quàm ſuas ipſorum aliquâ relaxatione mitigari. Orandus autem eſt Deus, ut corda emolliat, ne diutiùs priſcæ ſinceritati novas corruptelas anteponant, & manifeſtis erroribus adverſus evidentem veritatem patrocinentur.

APPENDIX

Quâ continetur

I. B. UDALRICI AUGUSTANI, pro conjugio clericorum epiſtola;

II. GEORGII CASSANDRI

ET

III. GEORGII WICELII de cœlibatu & conjugio clericorum ſententia;

IV. SUPREMÆ CURIÆ PARIſienſis in librum Bellarmini Sententia;

V. FACULTATIS THEOLOGIcæ & Vniverſitatis Pariſienſis in librum Antonii Sanctarelli Ieſuitæ Cenſura & Decretum.

B. UDALRICI EPISCOPI AUGUSTANI

PRO CONJUGIO CLERICORUM

AD NICOLAUM PRIMUM ROM. PONTIFICEM

EPISTOLA.

Nicolao Domino & Patri pervigili, S. Romanæ eccleſiæ proviſori, Vdalricus ſolo nomine epiſcopus, amorem ut filius, timorem ut ſervus.

QVum tua, ô Pater & Domine, decreta ſuper clericorum continentiâ nuper mihi transmiſſa à diſcretione invenirem aliena, timor quidam turbavit me cum triſtitiâ. Timor quidem propter hoc, quod dicitur, paſtoris ſententiam, ſive juſtam, ſive injuſtam, timendam eſſe. Timebam enim infirmis Scripturæ auditoribus, qui vel juſtæ vix obediunt ſententiæ, ut injuſtam conculcantes liberè, onerosâ, imò importabili paſtoris prævaricatione præcepti ſe obligarent. Triſtitia verò vel compaſſio, dum dubitabam, quâ ratione membra cavere poſſent, capite ſuo tam gravi morbo laborante. Quid enim gravius, quid totius eccleſiæ compaſſione dignius, quàm te, ſummæ ſedis pontificem, ad quem totius eccleſiæ ſpectat examen, à ſanctâ diſcre-

tione

tione vel minimùm exorbitare? non parum quippe ab hac deviaſti, dum clericos, quos ad continentiam conſiliis monere debebas, ad hanc imperioſâ quadam violentiâ cogi volebas. Numquid enim meritò communi omnium ſapientum judicio hæc eſt violentia, quum contra Evangelicam inſtitutionem, ac ſancti Spiritus dictationem, ad privata aliquis decreta cogitur exſequenda? Quum ergo plurima veteris ac novi teſtamenti ſuppetant exempla, ſanctam, ut noſti, diſcretionem docentia, tuæ rogo ne grave ſit paternitati, vel pauca ex pluribus huic paginæ interſeri. Dominus quidem in veteri lege ſacerdoti conjugium conſtituit, quod illi poſtmodum interdixiſſe non legitur. Sed in Evangelio loquitur: *Sunt eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum cœlorum, ſed non omnes hoc verbum capiunt: qui poteſt capere, capiat.* Quapropter Apoſtolus ait: *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do.* Quod etiam, juxta prædictum Domini, conſilium non omnes capere poſſe conſiderans, ſed multos ejusdem conſilii aſſentatores, hominibus, non Deo, pro falſâ ſpecie continentiæ placere volentes, graviora prævidens committere, fratrum ſcilicet uxores ſubagitare, maſculorum ac pecudum amplexus non abhorrere, ne morbi hujus aſperſione adusque peſtilentiam convaleſcente nimiùm ſtatus labefactetur eccleſiæ totius, *Propter fornicationem*, dixit, *unusquisq; ſuam uxorem habeat.* Quod ſpecialiter ad laicos pertinere iidem mentiuntur hypocritæ; qui licet in quovis ſanctiſſimo ordine conſtituti, alienis revera uxoribus non dubitant abuti, Et quod flendo cernimus, omnes in ſupradictis ſæviunt ſceleribus. Hi nimirum non Scripturam rectè intellexerunt, cujus mammillam quia durius preſſere, ſanguinem pro lacte biberunt. Nam illud Apoſtolicum, *Unusquisq; ſuam habeat uxorem*, nullum excipit verè, niſi profeſſorem continentiæ, vel eum qui de continuandâ in Domino virginitate præfixit. Quod nihilominus tuam, Pater venerande, condecet ſtrenuitatem, ut omnem, qui tibi manu vel ore votum faciens continentiæ poſtea voluerit apoſtatare, aut ad votum exſequendum ex debito conſtringas, aut ab omni ordine canonicâ auctoritate deponas: & hoc ut viriliter implere ſufficias, me omnesque mei ordinis viros adjutores habebis non pigros. Verùm ut hujus voti neſcios omnino ſcias non eſſe cogendos, audi Apoſtolum dicentem ad Timotheum, *Oportet*, inquit, *epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum.* Quam ne quis ſententiam ad ſo-

Matt.19,12

1.Cor.7,25

1.Cor.7,2.

1.Tim.3,2.

ſiam eccleſiam verteret, ſubjunxit, *Qui autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Similiter*, inquit, *Diaconi ſint unius uxoris viri, qui filiis ſuis bene præſint, & ſuis domibus.* Hanc autem uxorem à ſacerdote benedicendam eſſe, ſancti Sylveſtri Papæ decretis ſcio te ſufficienter docuiſſe. His & hujusmodi ſanctis Scripturæ ſententiis, Regulæ clericorum ſcriptor non immeritò concordans, ait: *Clericus ſit pudicus, aut certè unius matrimonii vinculo fœderatus.* Ex quibus omnibus veraciter colligit, quòd epiſcopus & diaconus reprehenſibiles notantur, ſi in mulieribus multis dividuntur. Si verò unam ſub obtentu religionis abjiciunt, utrumque, ſcilicet epiſcopum & diaconum, ſine graduum differentiâ, Canonica damnat ſententia: *Epiſcopus aut presbyter uxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abjiciat: ſi verò rejecerit, excommunicetur; & ſi perſeveravit, dejiciatur.* Legimus præterea in ſecundo Tripartitæ eccleſiaſticæ libro hiſtoriæ, quòd quum ſynodus Nicæna hæc eadem vellet ſancire decreta, ut videlicet epiſcopi, presbyteri, diaconi, poſt conſecrationem à propriis uxoribus vel omnino abſtinerent, vel gradum deponerent; ſurgens in medio Paphnutius, ex illis martyribus, quos Maximinus imperator, oculis eorum dextris evulſis, & ſiniſtris ſuris inciſis, damnavit, contradixit, honorabiles confeſſus nuptias, ac caſtitatem eſſe dicens connubium cum propriâ uxore, perſuaſitque concilio, ne talem ponerent legem, gravem aſſerens eſſe cauſſam, quæ aut ipſis, aut eorum conjugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum expers, expoſuit, ſynodusque ejus ſententiam laudavit, & nihil ex hac parte ſancivit, ſed hoc in uniuſcujusque voluntate, non in neceſſitate dimiſit. Sunt verò aliqui, qui ſanctum Gregorium ſuæ ſectæ ſumunt adjutorium: quorum quidem temeritatem rideo, ignorantiam doleo. Ignorant enim, quòd periculoſum hujus hæreſis decretum à ſancto Gregorio factum, condigno pœnitentiæ fructu poſtmodùm ab eodem ſit purgatum. Quippe quum die quadam in vivarium ſuum propter piſces miſiſſet, & allata inde plus quàm ſex millia* infantum capita videret; intimâ mox ductus pœnitentiâ ingemuit, & factum à ſe de abſtinentiâ decretum, tantæ cædis cauſſam confeſſus, condigno illud, ut dixi, pœnitentiæ fructu purgavit, ſuoque decreto prorſus damnato, Apoſtolicum illud laudavit conſilium, *Melius eſt nubere, quàm uri*, addens ex ſuâ parte, Melius eſt nubere, quàm mortis occaſionem præbere. Hunc

Iſidor. de eccl. off. l. 2. cap. 1.

Canon. Apoſt. 5.

*ſexaginta fortè vel ſexcenta.

1. Cor. 9, 7.

forſi-

forſitan rei eventum ſi illi mecum legiſſent, non tam temerè, credo, judicarent, Dominicum ſaltem timentes præceptum: *Nolite judicare, ut non judicemini.* Inde Paulus dicit: *Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? ſuo Domino ſtat, aut cadit, ſtabit autem, potens eſt enim Dominus ſtatuere illum.* Ceſſet ergo ſanctitas tua cogere, quos tantùm deberet admonere; ne privato, quod abſit, præcepto, tam veteri quàm novo contrarius inveniaris teſtamento. Nam, ut ait ſanctus Auguſtinus ad Donatum, *Solum eſt quod in tuâ juſtitiâ pertimeſcimus, ne non pro lenitatis Chriſtianæ conſideratione, ſed pro immanitate facinorum cenſeas coërcendum, quod te per ipſum Chriſtum ne facias, obſecramus, ſic enim peccata compeſcenda ſunt, ut ſuperſint quos peccaſſe pœniteat.* Illud & Auguſtini volumus te recordari, quod ait: *Nihil nocendi fiat cupiditate, omnia conſulendi caritate; & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter.* Item de eodem: *In timore Chriſti, in nomine Chriſti exhortor, quicumque non habetis temporalia, habere non cupiatis: quicumque habetis, in eis non præſumatis. Dico autem, non ſi iſta habetis, damnamini, ſed ſi in iſtis præſumatis, ſi propter talia magni vobis videamini, ſi generis humani conditionem communem propter excellentem vanitatem obliviſcamini.* Quod nimirum poculum diſcretionis ex illo fonte Apoſtolicæ hauſeritis prędicationis: *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem: alligatus es uxori, noli quærere ſolutionem*, ubi & ſubditur: *Qui habent uxores, tanquam non habentes; & qui utuntur mundo, tamquam non utantur.* Item dicit de viduâ: *Cui vult nubat, tantùm in Domino.* Nubere autem in Domino eſt, nihil in contrahendo connubio, quod Dominus prohibeat, attentare. Jeremias quoque ait: *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Quod Hieronymus exponens, *Poteſt*, inquit, *& hoc illis virginibus convenire, quæ jactant pudicitiam ſuam, & impudenti vultu præferunt caſtitatem, quum aliud habeat conſcientia; & neſciunt illam definitionem Apoſtoli virginalem, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quid prodeſt corporis pudicitia animo conſtuprato, ſi ceteras virtutes, quas propheticus ſermo deſcribit, non habuerit?* Quas quidem, quia te aliquatenus habere videmus, & quia diſcretionem, licet in hac re neglectam, in aliis tamen vitæ conſtitutionibus eam honeſtè conſervatam non ignoramus; hujus intentionis pravitatem citò correcturum non deſperamus. Et ideo non quantâ poſſumus gravitate, iſtam licet graviſſimam negligentiam corripimus & judicamus. Quamquam enim ſecundum vocabula, quæ uſus obtinuit, ſit epiſcopatus presbyterio major: tamen Auguſtinus Hieronymo minor eſt, & à

Matth. 7, 1.
Rom. 14, 4.
epiſt. 127.
1. Cor. 7, 27
1. Cor. 7, 39
Ierem. 7, 4.
1. Cor. 7, 34

& à minori quolibet non eſt refugienda vel dedignanda correptio: præſertim quum is qui corripitur, & contra veritatem, & pro hominibus niti invenitur. *Neq; enim, ut ait* ſanctus Auguſtinus ad Bonifacium, *quorumlibet diſputationes, quamvis catholicorum & laudatorum virorum, velut ſcripturas canonicas habere debemus, ut non liceat ſalvâ honorificentiâ, quæ illis debetur, aliquid in eorum ſcriptis improbare atq; reſpuere, ſi fortè invenerimus, quòd aliter ſenſerint, quàm veritas habeat, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis.* Quid autem veritati magis contrarium poteſt inveniri quàm hoc, quum ipſa veritas de continentiâ loquens non unius hominis, ſed omnium planè, excepto numero
Matt.19,12 profeſſorum continentiæ dicat, *Qui poteſt capere, capiat*; quòd iſti unde neſcitur inſtigati dicant, Qui non poteſt capere, feriatur anathemate? Quid verò per homines fieri poteſt ſtolidius, quid divinæ maledictioni obligatius, quàm quum aliqui, vel epiſcopi videlicet, vel archidiaconi, ita præcipites ſint in libidinem, ut neque adulteria, neque inceſtus, neq; maſculorum (proh pudor) turpiſſimos amplexus ſciant abhorrere, quòd caſta clericorum conjugia ſibi dicant fœtere; & ab eis non veræ juſtitiæ compaſſione clericos ut conſervos rogent vel moneant continere, ſed ut ſervos jubeant ac cogant abſtinere? Ad cujus imperii, ne dicam conſilii, tam fatuam, tamq; turpem addunt ſuggeſtionem, ut dicant: Honeſtius eſt pluribus occultè implicari, quàm apertè in hominum vultu & conſcientiâ cum unâ ligari. Quod profectò non dicerent, ſi ex illo & in illo eſſent, qui di-
Matt.23,5. cit: *Væ vobis Phariſæis, qui omnia facitis propter homines.* Et per Pſalmi-
Pſal.52,6. ſtam: *Quia hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Dominus ſprevit eos.* Hi ſunt homines, qui priùs deberent nobis perſuadere, ut in conſpectu ejus, cui omnia nuda & aperta ſunt, erubeſcamus peccatores eſſe, quàm in conſpectu hominum ſtudeamus mundi eſſe. Licet ergo merito ſuæ pravitatis nullius conſilium mereantur pietatis; nos tamen memores humanitatis divinæ, eis conſilium auctoritatis numquam à pietate avocantis, per viſcera miniſtramus caritatis. Dicimus
Luc.6,42. nempe: *Ejice primùm, hypocrita, trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies ut ejicias feſtucam de oculo fratris tui.* Illud quoque rogamus attendere,
Ioh.8,7. quod Dominus dicit de meretrice: *Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in eam lapidem mittat*; quaſi diceret: Si lex jubet, ſi Moſes jubet, jubeo & ego, ſed competentes legis miniſtros exigo. Attenditis, qui auditis? attendite quæſo & quid eſtis: quia, ſi te ipſum, ut ait Scri-
ptura,

ptura, perſpexeris, nulli umquam detraxeris. Significatum eſt nobis etiam de quibusdam eorum, qui tantâ apud ſe intumeſcant elatione, ut gregem Domini, pro quo boni paſtores animas non dubitant miniſtrare, iſti verberibus abſq; ratione præſumant laniare, quorum ſententiam ſanctus Gregorius deplorans ait: *Quid fiet de ovibus, quando paſtores lupi fiunt? Sed quis vincitur, niſi qui ſævit? quis verò perſequutorem judicabit, niſi qui dorſum ſuum ad flagella patienter miniſtravit?* Operæ precium eſt autem, ut audiatur, quo fructu tantum eccleſia Dei ſcandalum, tantum clerus deſpectum, & ab ipſis epiſcopis, & ab eorum infidelibus patiatur. Nec enim eos infideles dicere dubitaverim, de quibus Paulus Apoſtolus dicit ad Timotheum, *Quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conſcientiam, probibentium nubere.* 1.Tim.4,2. Hic eſt autem, ſi diligenter inſpiciatur, totius eorum manipulus zizaniæ, totius proventus inſaniæ, ut dum clerici licita unius mulieris conſortia Phariſaico devicti, quod abſit, furore, relinquere coguntur, fornicatores & adulteri & aliarum pravitatum turpiſſimi miniſtri cum ipſis efficiantur, qui hanc in eccleſia Dei hæreſin, ſicut cæci duces cæcorum, machinantur; ut videlicet illud impleatur quod Pſalmus eis, utpote eorum præſcius erroris, taliter imprecatur: *Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurva.* Pſal.68,24 Quia ergo nemo, qui te, ô Apoſtolice, novit, ignorat, quod ſi tu per tui decreti ſententiam, tantam futuram eſſe peſtilentiam ſolidæ diſcretionis claritate perſpexiſſes, numquam quorumlibet tam pravis ſuggeſtionibus conſenſiſſes; debitæ tibi ſubjectionis fidelitate conſulimus, ut vel nunc ad tanti ſcandali ab eccleſiâ Dei propulſionem evigiles: &, quâ noſti, diſcretionis diſciplinâ Phariſaicam ab ovili Dei exſtirpes doctrinam, ne ſcilicet unica Domini Sunamitis, adulterinis diutiùs uſa maritis, gentem ſanctam, regale ſacerdotium, per irrecuperabile à ſuo ſponſo Chriſto videat avelli divortium: quum nemo ſine caſtimonia, quæ non tantùm in virginali flore, ſed etiam in conjugali habitat conjunctione, viſurus ſit Dominum noſtrum. Qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

LII GEOR-

GEORGII CASSANDRI
DE COELIBATU ET CONJUGIO CLERICORUM
SENTENTIA

ex Conſultatione de controverſis religionis articulis, ſcriptâ

FERDINANDI PRIMI ET MAXIMILIANI SECVNDI CÆSS. AVGG. P. F. P. P. mandato.

NOn levibus de cauſſis olim adducti fuerunt proceres eccleſiæ, ut ad præcipua eccleſiæ miniſteria, hoc eſt, verbi & ſacramentorum, non niſi caſtos & cœlibes admitterent. Quarum prima fuit, ut miniſtri eccleſiæ caſtè, pudicèque in eccleſiâ ſerviant, ut ſancta ſanctè contrectent atque diſpenſent. Altera, ut avaritiæ cauſſa præcideretur, quam rei familiaris procuratio, & liberorum cura adferre ſolet. Tertia, ut à curâ rei familiaris liberi expeditiùs & atten-
1.Cor.7,32 tiùs res divinas adminiſtrent. Paulus enim ait, maritum mundana curare, ut uxori placeat, cœlibem verò, ea quæ ſunt Domini curare, ut Domino placeat. Quapropter iniquè faciunt, qui eccleſiam accuſant, quòd hac conſtitutione nuptias prohibuerit & doctrinam dæmoniorum invexerit. Neque enim ideo eccleſia nuptias damnat, quòd ad eccleſiæ miniſterium non niſi caſtos & continentes admittat: omnibus enim libertatem incundi caſti conjugii permittit, niſi qui ultro genus vitæ, quod à conjugio alienum eſſe ſciunt, ſibi delegerint, in quo dum manent, æquum eſt, ut conditionem, quam ipſi ſponte ſuſceperunt, æquo animo ſervent. Quare olim in eccleſiâ, ſi cui poſt ſacerdotium ſuſceptum, matrimonium

inire placuiſſet, non prohibebatur ille quidem, ſed à miniſterio removebatur. Sed nec ideo eccleſia nuptias damnare dicenda eſt, quòd eos, qui ritè & ultro ad vitæ caſtitatem ſe obſtrinxerunt, ſi fidem fallant, improbat, & pœnâ dignos judicat: alioquin ſi hæ rationes valerent, Paulus quoque digamiam prohibuiſſe, quod Montano hæretico tribuitur, dicendus erit, ſi, quæ plurimorum ſententia eſt, epiſcopum non niſi monogamum, id eſt, unius uxoris virum eſſe præcipiat. Certè dubium non eſt, quin Paulus viduas poſt acceptum in eccleſiâ miniſterium nubere volentes, habere damnationem dicat, ut quæ nubendo, priorem fidem irritam fecerint. Contrà tamen fatendum eſt, graviter à poſteris eſſe peccatum, qui hanc utilem pro tempore conſtitutionem multis in laqueum verterunt, dum juvenes nondum ſibi cognitos & exploratos temerè ad miniſterium eccleſiaſticum admiſerunt, & quum hi caſtitatis onus ſibi impar eſſe ſentirent, illi potiùs impuros quosvis concubitus diſſimularunt, & quodammodo probarunt, quàm ut permittendo conſtitutionis illius humanæ gratiam iis facerent, qui eam ſine offenſione divinæ legis obſervare non poterant. Adde etiam, quòd ætas adhuc rerum imperita: & quod temporum & conditionum vitæ mutatio hanc obſervationem penè impoſſibilem fecerit. Quare nimis rigidâ & intempeſtivâ hujus conſtitutionis exactione graviſſima & abominanda in eccleſiâ ſcandala exſtitiſſe videmus. Nam cauſſæ illæ, quibus majores ad conſtitutionem hanc faciendam inductos eſſe diximus, non ſolùm hodie ceſſarunt, ſed etiam in contrarium ſunt converſæ. Nam primùm videmus hoc decreto usq; adeo caſtitatem & continentiam in Chriſto non confirmari, ut per illud ad omne libidinis & flagitii genus feneſtra aperta eſſe videatur. Item usque adeò non refrenatam in clero avaritiam, ut etiam frena magis laxata eſſe videantur. Tum res in plerisque ſacerdotibus ita comparatæ ſunt, ut conjugum piarum conſortio non modò ad functiones eccleſiaſticas obeundas non impediantur, ſed etiam ad earum procurationem adjuventur ab eis, quemadmodum de patre ſuo Gregorio & matre Nonnâ Gregorius Nazianzenus teſtatur. Sunt & contrà pleriq; cœlibes, qui usque adeo cœlibatu ſuo, ad ea quæ Dei ſunt expeditiùs curanda non incitentur, ſed etiam contrà curis hujus ſeculi ſupra reliquos homines immergantur, & obruantur. Ad ea igitur incommoda & ſcandala evitanda & tollenda, optimum qui-

1. Tim. 5, 11.

dem & præſtantiſſimum remedium eſſet, ſi priſca cleri diſciplina, quæ quo tempore hæc conſtitutio primùm inducta eſt obtinebat, reſtituatur, hoc eſt, ut nemo in ſacerdotem ordinetur, niſi qui à pueritiâ in eccleſiâ inſtitutus, & cleri numero adſcriptus, per gradus miniſteriorum ætatem ut minimùm triginta annorum attigiſſet, ac totum illud tempus caſtè continenterque traduxiſſet; aut ſi maritum aliquem in ſacerdotem cooptari contigiſſet, is eâ eſſet ætate atque morum gravitate, ut mutuo uxoris conſenſu ab ejus commercio abſtinere poſſet; deinde ut in ſacerdotio conſtitutus ab omni prorſus cohabitatione & familiaritate mulierum abſtineret, ſine quibus conditionibus impoſſibilem eſſe caſtitatis obſervationem judicabant. Notum enim eſt illud Bernardi, Cum fœminâ habitare, & fœminam non tangere, majus eſſe quàm mortuos ſuſcitare. Sed verè dictum eſt à Gerſone; *In primo rigore eccleſiaſticæ diſciplinæ multa ſevero rigore ſtatuta ſunt, quæ modò, defluentibus in pejora moribus, non modò inutilem, ſed impoſſibilem haberent exſequutionem.* Quod ſi itaq; de hac diſciplinâ reſtituendâ deſperetur, præſertim in paſtoribus eccleſiarum, quos in mediâ hominum turbâ vivere, &, ut nunc ſe res habent, rem quoq; familiarem curare neceſſe eſt; reſtat primùm ut in poſterum ordinandis hoc ſtatutum relaxetur, & more veteris eccleſiæ, & huc uſq; Orientalium eccleſiarum honeſti quoq; mariti ad eccleſiæ miniſterium admittantur, & extra temp9 miniſterii, familiaritate quoque ſuarum conjugum uti permittantur, juxta canonem ſextæ ſynodi generalis, quo decernitur, nullo modo legitimas diaconorum & presbyterorum nuptias eſſe diſſolvendas, nec ante ordinationem ad profitendam caſtitatem eſſe compellendos. Sunt igitur hujus conſtitutionis relaxandæ graves cauſſæ, primùm, quòd ea manifeſtè multorum malorum & incommodorum, præſertim quæ vagam & effrenatam libidinem ſequuntur, occaſionem præbeat. Malorum enim non propriæ modò cauſſæ, ſed occaſiones quoque nonnunquam tollendæ ſunt: quâ ratione Paulus conjuges, non diu à mutuo congreſſu ſeparari voluit, ne à ſatana tententur; & juniores viduas nubere præcepit, & liberis dare operam, ne criminandi occaſionem adverſario præbeant. Prudenter itaque obſervavit & monuit Panormitanus, Experientiâ docente contrarium prorſus effectum ſequutum ex lege illâ continentiæ, *quum hodiè non vivant ſpiritualiter, nec ſint mundi, ſed maculentur illicito coitu, cum illorum graviſſimo peccato,* ubi

De vitâ ſpirituali lect. 4. coroll. 13.

can. 13.

1. Cor. 7, 5.

1. Tim. 5, 12

c. Cum olim De cleric. conj.

ubi cum propriâ uxore eſſet caſtitas. Vnde debere eccleſiam facere ſicut bonus medicus, ut ſi medicina experientiâ docente magis obſit, quàm proſit, eam tollat. Altera ratio ſumitur ex temporum commutatione, nam quo tempore hæc ſacerdotum continentia indicebatur, longè alia ratio erat diſciplinæ cleri, ut jam expoſuimus. Tertiam cauſſam & quidem præcipuam adfert præſens eccleſiæ ſtatus, & idoneorum miniſtrorum inopia. Plerique enim homines docti & pii ad continentiæ obſervationem adſtringere ſe nolunt, quum & infirmitatis ſuæ rationem habeant & exemplis turpitudinum & ſcelerum, quæ prætextu cœlibatus paſſim in oculos & aures incurrunt, moveantur. Quo fit, ut pauciſſimi adoleſcentes pietatis indole præditi ad Theologiæ ſtudium ſe adjungant, aut à piis parentibus ad hoc ſtudium applicentur, ſed ii ferè tantùm, qui opima beneficia, vitæ luxum & ſplendorem, ac carnis licentiam, & vagam effrenemque libidinem animo præſumunt, præter nonnullos, qui imprudenter & nondum ſibi ſatis noti in laqueum inducuntur. Sed de maritis ad eccleſiæ miniſterium eligendis non tantopere quidem reluctantur, quum ea res exemplum habeat priſcæ eccleſiæ, & ab Orientalibus omnibus eccleſiis huc usque ſervetur. Gravior autem quæſtio de iis, qui poſt ſacerdotium uxores duxerunt, an eis in miniſterio permanendi, & uxoris opportuno tempore familiaritate utendi facultas permitti poſſit, quæ res omni prorſus exemplo vetuſtatis careat. Sed hæc ratio non ſatis concludit: Non eſt factum, ergo fieri non licuit. Cogunt enim novas aliquando invenire medicinas novorum experimenta morborum. Sunt autem cauſſæ non leves, cur hodie iis quoque, qui jam ordinati non libidine ſed conſcientiâ ducti uxores duxerunt, & eccleſiis utiles eſſe poſſunt, gratia hujus legis fieri debeat, & in poſterum quoque, ſi magna eccleſiæ utilitas invitet, aliquibus idem concedi poſſit, primùm, quod conjugium inire poſt ordinationem nullo divino jure, ſolo eccleſiæ ſtatuto prohibeatur & in veteribus canonibus tale conjugium non dirimitur, ſed leviore cenſurâ punitur. nam in concilio Neocæſareenſi ſacerdos uxorem ducens, deponitur ab ordine, id eſt ut exponit Gloſſa, ab officio, & non beneficio; ubi & illud additur, magis puniri ſacerdotem qui fornicetur, quàm qui publicè contrahit. Idem ſtatuitur canonibus ſexti concilii generalis. In conſtitutionibus verò Leonis irrita fit conſtitutio, quæ diaconos & ſacerdotes poſt ordinationem contrahentes, à

can. 1.

Novel. 79.

clericali habitu ad profanam vitam redigi vult: ſtatuit verò ut ab eo tantùm ordine, quem ante nuptias tenuerunt, recedant, nec habitu cleri, nec legitimo eccleſiæ miniſterio priventur. Quum igitur hæc matrimonii contractio poſt ordinationem ſolo ſtatuto prohibeatur, & exempla priſca extent, quæ teſtentur, hujusmodi ſtatuta non tam anxiè obſervata fuiſſe, quin ob eccleſiæ neceſſitatem aliquando relaxata fuerint; quis non concedat in extremâ hac eccleſiæ neceſſitate, hoc idem hodie fieri poſſe? Exempla non obſervatorum eccleſiæ ſtatutorum etiam apud veteres hujusmodi ſunt; nam primùm

hær.59. Epiphanius ait, in quibusdam locis ſuâ ætate presbyteros & diaconos liberos gignere, quamvis id fiat contra eccleſiaſticos canones, idque fieri propter inopiam miniſtrorum. Item jamdudum eccleſia cohabitationem ſacerdotum cum fæminis tolerat, quod haut ſecus atque ipſum conjugium, eccleſiæ ſtatutis prohibetur. Quin non ſolùm contra eccleſiæ ſtatuta, ſed etiam contra ſtatuta Apoſtolica in eccleſiâ aliquando aliquid, exigente id inſigni utilitate, admiſſum legimus, ut neophytos ordinatos, quod conſtat de Fabiano, Cypria-

De monogamiâ cap. 12. no, Nicolao, Nectario, Ambroſio, Severo, Taraſio. Item Tertullianus teſtatur apud pſychicos, quo nomine catholicos appellat, etiam digamos adverſus præceptum Apoſtoli eccleſiis præſidere. Nil igitur abſurdi fiet, ſi in tantâ eccleſiæ neceſſitate, hujus eccleſiaſtici ſtatuti etiamſi apoſtolicum eſſet, moderatio & relaxatio fiat. Nec audiendus eſt novus quidam in Italiâ dogmatiſtes, qui unus contra omnium veterum & recentium eccleſiaſticorum ſcriptorum ſententiam cœlibatum ordini ſacro οὐσιωδῶς, hoc eſt, ſubſtantialiter & lege divinâ adjunctum eſſe contendit, nec eſſe in poteſtate pontificis nec eccleſiæ, ut conjugii uſum ſacerdotibus permittant, non magis, quàm furandi aut latrocinandi: atq; eo modo univerſam eccleſiam tam Orientalem quàm Occidentalem violati divini juris accuſat: illam, quòd conjugium in ſacerdotibus hactenus obſervarit; hanc, quòd eam rectè facere judicarit. Cur autem etiam in ordinatis conjugium hodie admitti poſſit, hæc ratio eſt, quòd ex hujusmodi conjugio, non modò nulla offenſio populi, ſed magna etiam utilitas ſit exſpectanda. Nam eò res jam rediit, ut vix centeſimum invenias, qui ab omni commercio fæminarum abſtineat: populus verò ita affectus eſt, ut ſacerdotis fornicatoris ſeu concubinarii miniſterium vel prorſus condemnet, vel leviùs æſtimet, maritum verò ſacerdotem

tem æquiùs ferat, ut quum populo quoque jam notum ſit, honorabile eſſe in omnibus conjugium, adulteros autem & fornicatores à Deo judicandos. *Heb.13,4.* Accedit & hoc, quòd niſi hujusmodi conjugium toleretur, vix idonei eccleſiæ miniſtri in poſterum quoque inveniri poterunt. Quare ſi unquam tempus fuit antiquæ alicujus conſuetudinis immutandæ, certè hæc tempora hujus quamvis priſci moris immutationem aliquam efflagitare videntur, quum optimi quique & religioſiſſimi ſacerdotes infirmitatem ſuam agnoſcentes & perpetuæ ſcortationis fœditatem exhorreſcentes, ſi publicè non audent, certè privatim conjugium ineunt, & populus hodie, ut diximus, eo animo comparatus eſt, ut maritum quàm ſcortatorem ſacerdotem faciliùs patiatur. Quum igitur hoc tempore eò neceſſitatis res propemodum redacta ſit, ut aut conjugatus aut concubinarius ſacerdos ſit admittendus, quis non videt, etiamſi quid in hoc conjugio ſit incommodi, minoris mali ratione potiùs eſſe eligendum? Nam quod Ambroſii, Baſilii & multorum antiſtitum exempla adferuntur, qui ope divinâ adjuti extra conjugium feliciter eccleſias adminiſtrarunt; hi certè non modò à conjugio, ſed ab omni mulierum congreſſu ſibi temperarunt, quòd ſi hodiè quoque ab epiſcopis & presbyteris obſervetur, nemo hujusmodi cœlibatum in quæſtionem vocet, quin potiùs ſummis laudibus evehat. Quare omninò conſultum videtur, ut qui hujusmodi caſtum cœlibatum ultrò præſtant, laudentur & honorentur: qui hunc autem ſummum caſtitatis gradum conſcendere nequeunt, in ſecundo & proximo gradu caſti conjugii conſiſtere permittantur. Neque enim hoc eò pertinet, ut heroicus ille ad ſummum caſtitatis gradum contendendi conatus & impetus retardetur: ſed ut humilium & infirmorum imbecillitati conſulatur.

GEOR-

GEORGII WICELII
DE COELIBATU ET CONJUGIO CLERICORUM
SENTENTIA,

è libro, cui titulus,

Via Regia *ſive* Compendium de ſemitis antiquis Eccleſiæ reformandæ aut reſtituendæ potiùs, & concordiæ tandem ſarciendæ;

Qui ſcriptus fuit

FERDINANDI PRIMI ET MAXIMILIANI SECUNDI CÆSS. AUGG. P. F. P. P. mandato.

NEc hoc omne punctum de clerogamiâ largiremur libro, *Auguſtanæ puta Confeſsioni*, niſi ferè idem traderet eccleſia. Dicitur autem eccleſia tradere, quod vetuſtiſſimi vel ſcripſerunt, vel fecerunt eccleſiæ patres, doctores, ac viri in ſancto fidei Chriſtianæ negocio illuſtriſſimi: niſi, inquam, conjugium presbyterii divinitus concederetur in eccleſiâ, nec reclamarent Scripturæ ſanctę, nec veteris eccleſiæ indubitata praxis, nec publica honeſtas. Et horrendum auditu *1.Tim.4,3.* eſt, quòd Apoſtolus Paulus, dæmoniacũ ſeu diabolicum eſſe ſcribit, ſi quis doceat adverſus conjugium. Longè magis dæmoniacum ſit oportet, propter conjugium in Chriſtianos ſævitiam exercere, & innocentes interficere. Liber rectè aſſerit, quum ait: Conſtitutionem iſtam humanam, quâ prohibetur conjugium presbyteris, ac diſtrahitur contractum, pugnare cum jure naturali, cum jure divino, cum

cum evangelio, cum veterum ſynodorum conſtitutionibus, cum exemplis veteris eccleſiæ; imò cum exemplis etiam eccleſiæ Romanæ, qualis erat circa quingentos annos. Quæ exempla ſpiritu parum ſancto Hildebrandus notabiliter actus, ex eccleſiâ Romanâ ſuſtulit.

Verùm capita quædam tantùm attingemus de clerogamiâ, quum poſſemus verboſiſſimè hanc tractare materiam: de quâ tamen exſtant libri mei tres ἀνέκδοτοι hactenus, quibus, noſtrâ quidem ſententiâ, nemo cordatus obſiſtere ad minimum vel cupiat, tantum abeſt, ut quis valeat.

I. Scriptum eſt, *Sacerdos virginem ducat uxorem.* Quæ vetus lex moralis eſt, habens adhuc vigorem; non ceremonialis, hoc eſt, abrogata.

II. Novo teſtamento illuceſcente per Johannem Baptiſtam, erat hujus pater Zacharias ſacerdos Domini, habens Eliſabetham uxorem.

III. Recenſet Paulus Apoſtolus in regulâ, quam ad Timotheum præſcripſit presbyteris novi teſtamenti, ut ſint unius uxoris viri.

IV. Eandem regulam ingeminat ad Titum.

V. Ipſos Apoſtolos uxores habuiſſe proprias, divus Ignatius & Clemens Alexandrinus idoneus teſtis eſt.

VI. In primitivâ Chriſti eccleſiâ tam orientis quàm occidentis, duravit clerogamia improhibita.

VII. Et perduravit improhibita, quia Apoſtolica, uſque ad tempus prohibitionis primariæ per Siricium & Innocentium, factæ. Pòſt ſecundariæ prohibitiones ſequutæ ſunt per Concilium Carthaginenſe, per Gregorium & Calixtum ſecũdum, maximè per ſanctiſſimum Hildebrandum. Sed hanc prohibitionem, quia neq; Apoſtolica, neq; univerſalis exſtitit, Oriens non recepit. Decreta verò canonica, quæ conjugio favent, illud tantùm poſtulant, ut uxor virgo ducatur ante ordinationem ſacerdotalem.

VIII. Panormitanus ſcribit: *Matrimonium de jure divino non impedit ſuſceptionem ſacrorum ordinum.* Idem Panormitanus Juris peritus ait: *Lex cœlibatus non eſt de neceſſitate ſalutis. Et continentia in clericis ſecularibus non eſt de ſubſtantia ordinis, nec de jure divino, &c.* Adeoq; [illegible] ſit liberum, *quia contrarius effectus cœlibatum ſequitur*, id eſt, Das Verbott iſt vbel gerathen. Rurſus idem: *Etiam poſt votum ſo-*

lenne poſſe contrahere, &c. Equidem vix umquam alium uno quaſi habitu plures Canoniſtas citaſſe audivi, quàm Hieronymum Moſchorum D. conſentientes omnes in libertate conjugii ſacerdotalis concedendâ, idq; in commentariolo ſuo de clerogamiâ. Huncvirum ego Canoniſtarum facilè principem dixero.

IX. Canon Apoſtolicus habet, *ne epiſcopus aut presbyter, religionis obtentu, uxores ſuas à cura ſua expellant.* Idem fere Concilium Gangrenſe, cujus verba ſunt: *Quicunq; diſcernit à presbytero conjugato, quod non oporteat, eo miniſtrante, de oblatione percipere, anathema ſit.*

X. Canon & Concilium Ancyranum ſic concludit: *ſi diaconi in ipſa ordinatione proteſtati fuerint, ſe uxores habere velle, nec poſſe continere, hi ſi poſtea veniſſent ad nuptias ſive matrimonium, in miniſterio manebant.*

XI. Vxores presbyteros ſuas poſt acceptos ordines ſervaſſe, teſtis eſt hiſtoria trip. libro nono cap. XXXIIX.

XII. Notiſſimum eſt de Paphnutio confeſſore Chriſti, conſulente clerogamiæ apud Euſebium, & in Decretis.

XIII. Dionyſius Corinthiorum epiſcopus admonuit Pinytum ſynepiſcopum, ne onus cœlibatus tamquam neceſſarium fratribus imponeret, ſed infirmitatis multorum rationem potius haberet. Vide Euſebium.

XIV. Pius ſecundus Pontifex Romanus dictus antè Æneas Sylvius, dixit, *fuiſſe cauſſas graves, cur presbyteris ademtum eſſet cõjugium, ſed exiſtere graviores, cur redderetur.*

XV. Fatetur Petrus à Soto apologiâ adverſus Ducem VVirtebergenſem, *Matrimonium quantum eſt ex jure divino, omnibus ex æquo laicis & clericis liberum eſſe: uſum verò ejusdem non ex jure divino, ſed conſuetudine & conſenſu eccleſiæ Romanæ clericis interdictum eſſe.* Hæc ille. Ergo vicimus. Quid enim interdictum eſſe, niſi prohibitum eſſe, ut prodatur voce ſua ſorex. I. Timoth. IV. Pergit Sotus: *quare non ſit mirum, ſi vel alicubi vel aliquando aut uſurpatum, aut permiſſum fuerit.* concedens ille magiſter noſter, eccleſiam Romanam poſſe in futurum hanc conſtitutionem humanam, videlicet cœlibatus, aut mutare, aut parum laxare.

Fatetur item Martinus Pereſius epiſcopus conjugium præſtulari ac ſacerdotali muneri minimè repugnare: atq; hoc poſtea exemplis Apoſtolorum & Apoſtolicorum diſertè probat. Præterea ...

bar-

Martinus Pereſius ſic de incontinentibus loquitur: *Si ſine delectu ali[illegible]tti debent hujusmodi homines ad ſacerdotium, neceſſarium mihi vi[illegible], ut lex iſta cœlibatus pro hujusmodi hominibus* (incontinentibus) *in [illegible] relaxaretur, ut evitarentur tot ſcandala & peccata, & ne blaſphe[illegible] ſancti ſacerdotij nomen.* Item: *Et Auguſtini tempore fuiſſe ſacerdotes [illegible]tos in Africa*; cui Pereſius ſubdit, *aut rariſſimos, aut nullos.*

Summa, deprehenditur hîc & ubiq; conjugium clericale primis [illegible] temporibus paſſim exſtitiſſe quidem: ſed per Papas & ſua [illegible]lla poſtea abrogatum fuiſſe, & legem cœlibatus promulgatam ob dignitatem clericalem.

Verum Soto & Pereſio adjunctum damus Thomam Aquinatem ſuum. Is in Summâ, quæ incipit, *Commiſerationes Domini*, c. CLVI. loquitur: *Si acoluthus in ſecreta confeſſione ad diſcretum ſacerdotem veniat, [illegible] nullo modo continere poſſe dicat, non multùm peccat ſacerdos, dando ei [illegible], ut cum aliqua occultè matrimonium contrahat, & occultè ſui e[illegible] [illegible]los fallat. Minus credimus peccatum eſſe, beneficium cum occulto [illegible]o retinere, quam fornicariam contra prohibitionem habere. Si verò [illegible] ad ſacros ordines à ſuis prælatis cogatur accedere, credimus minus peccare [illegible] uxore uti, quam cum alia fornicari, ſi ex toto noluerit continere.*

XVI. Nicephorus affirmat, etiam Syneſium epiſcopũ factum proteſtatum eſſe, ſe uxorem, quam ſibi Deus, & ipſæ leges, ipſaq; ſa[illegible] Theophili manus dederat, prorſus non deſerturum, neq; cum il[illegible] [illegible]ti mœchum, clandeſtinam conſuetudinem habiturum. Alte[illegible] [illegible]im minimè pium, alterum minimè legitimum eſſe. Videatur [illegible] Nicephorus de clerogamiâ veraciter atteſtans l. XII. c. XXXIV.

XVII. Iſidorus libro officiorum de Clericis dicit: *Caſtimoniam [illegible] lati corporis perpetuò conſervare ſtudeant clerici, aut certe unius [illegible]ony vinculo fœderentur.* Hæc Iſidorus. Vociferantur quidam ex [illegible]is, nuſpiam reperiri, ſacerdotes poſt ordinem contraxiſſe [illegible]onium. Legant ergo iſti Socratem hiſt. eccl. lib. V. cap. XXI.

XIIX. Franciſcus in Rubricâ inquit, ſe credere, quòd eccle[illegible] [illegible]ceptum (cœlibatus) ſit aliquando revocatura, juxta illud Apoſtoli de virginibus præceptum non habeo, &c.

XIX. Cypriani dictum vulgatiſſimum eſt de puellis votariis, [illegible]tius eſſe [illegible]ubant, quàm in ignem delitijs ſuis cadant &c. Cui cõ[illegible] [illegible] Magnus. De virginitate ejuſmodi exponit D. Ambr. [illegible] caſtitatis, ibi libidini auctoritas datur. [illegible] caſta eſt, quæ metu c[illegible]tur. Hæc Ambr.

XX. Numerantur plus xx. exempla presbyterorum olim maritorum,& legitur in can. *Volumus* diſtinct.xxc1, ſacerdotibus prohiberi, ne cum mulieribus converſentur, excepta matre, ſorore vel uxore, quæ caſtè, ait, regenda eſt: quod verbum *caſte* gloſſator ibi ſic exponit: *Concubitus enim cum propria uxore caſtitas eſſe dicitur.*

XXI. Exſtat ſuper clerogamia epiſtola D. Ulrici, ſive alterius cujusdam viri, Deum timentis: unde apparet, presbyteros in Germaniâ uxoratos fuiſſe. Id quod novimus (vel extra hanc epiſtolam) veriſſimum eſſe ex tot hiſtorijs, etiam in Gallia, Angliâ,&c.

XXII. Conſtat de conventu citatorum conjugatorum, reclamantium epiſcopo Moguntino ante quadringentos annos, quando per tyrannidem miſeri ſacrifices adacti ſunt contra fas jusque ad cœlibatum, aut potiùs concubinatum, Deo ſcilicet placentem ſuper vitulum novellum, cornua producentem & ungulas. Videatur hiſtoria Lamberti Hirsfeldenſis.

XXIII. Accedunt leges civiles,& noviſſima authenticorum pars: ubi inter alia legitur, clericos non alios ordinandos, niſi caſte viventes, aut uxorem legitimam, ac ipſam unam ac primam habentes.

XXIV. Speculator in tractatibus de modo congregandi concilij penſandum putat, an non expediret ac provideri poſſet, quod in eccleſiâ occidentali, quantum ad votum continentiæ attinet, ſervaretur conſuetudo orientalis, quum temporibus Apoſtolorum eadem ſervaretur.

XXV. Objicitur de bonis eccleſiarum diſſipandis, quaſi non major cura requiratur circa animas ſervandas. Et eò cæcitatis capiuntur Romulidæ quidam, ut cenſeant votarios minus peccare fornicando, quàm nubendo. Hinc eſt quòd gravius plectuntur mariti, quàm concubinarij. Vides, ludibrium merum eſſe factam legem divinam,& huic longè præferri conſtitutionem humanam.

XXVI. Objicitur Babyloniſmus futurus ſi omnes ſacerdotes mariteſcát. Reſpondemus: quis cogit omnes cōtrahere aut quis cogit unum etiā contrahere? Quo impulſore contrahat matrimonialis [illegible] chori pondus, ut quidā loquuntur? In quorum grege tamen [illegible] extra reprehenſionis notam converſantur. Quid iniquum in hac libertate? Niſi velint opulentiores de ſuā ſubſtantia ac bonis honeſtè quæſitis in poſterum viſitare, nec eccleſiā gravare, quum nihil [illegible] lit, operarius [illegible] mercede ſua dignus. [illegible] ſi nolint, ſi oportet [illegible]

cu-

[illegible], & [illegible]aſtrimargiæ non ſemper ſtudeant. ſi tamen per [illegible] ſublimiorem poſthac licebit, regulares foro magis quam [illegible] adhærere. De utilib. eccleſię presbyteris, & viris ovium domi[illegible] paſtorib. loquimur, quos irreprehenſibiles vivere præcipit [illegible]om[illegible]nu[illegible], & poſtulat eccleſia. Perſius & multi opinantur, ſi [illegible] boni presbyteri magis, quàm multi maliq́;, fore rem in [illegible] ſtatu. Atqui horum paucitas temporibus Apoſtolicis non [illegible], quò minùs ſanctus Paulus clerogamiam ſanciret in eccleſiâ [illegible] excluderet impudicitiam vel à paucis talibus.

[illegible]s, licere, nõ oportere. Sed concubinatu prohibito, coget [illegible] ad honeſtum conjugium, vel ad ſanctũ cœlibatum. Quod [illegible] hæc d[illegible]oincidit, vetitum eſt, nempe ſcortationis ſcelus, aut ad[illegible], [illegible] cinædię, pæderaſtię, quorum ſcelerum eſt repleta terra. Et [illegible] debetur duplex honor, debetur cenſus, debetur immunitas ac [illegible] tales digni ſunt, qui ſoli adminiſtrent eccleſiæ ſacramenta, [illegible] honorandis aperiantur hominum prætereuntiũ capita? Ho[illegible]nusq́; reb. ſordidiſſimis aptæ atq; aſſuetæ admoventur tre[illegible]s [illegible]terijs, & adeò, ut ſempiterna ſalus populi, qui dicitur ca[illegible], ſolum pendeat ab impuriſſimis ac fœdiſſimis ſcortatorib. [illegible] ſciunt ſacramenta; hi ſolvendi ligandiq́; poteſtatem habent; [illegible] pſallunt Deo, quem adverſarium habent, & inimicum. Horum [illegible] venerabilis ſcilicet tanti fit, ut in horum ordinem certatim [illegible]oleſcentes ocio, cenſu ac honore pellecti tantùm, quum [illegible] & formidine gehennæ procul hinc fugere conveniat, pro[illegible] turpitudinẽ vitæ, in quam prudentes incidũt; præ quo[illegible]gnitate caſti presbyteri propter honeſtum conjugium [illegible]yſterio, a baptiſterio, à cathedris, à pulpitis arcentur, [illegible]muneri b. munijsq́; repelluntur omnibus, indigni habiti, qui [illegible] lucem, quum tamen coram Deo & eccleſiâ ſint ſacris mi[illegible]ndis magis idonei, propter conſcientiam bonam fi[illegible] Deum, rectamq́; & honeſtam converſationem.

O[illegible], quæ eſt iſta, precor, tam craſſa ac illaudata ſupini[illegible] a tam perverſa perverſitas, ac cæcitas cæcitatum, tan[illegible] in clero quotidie ſacrificante patienter ferre poſſe [illegible]o Chriſto, & oppreſsâ conſcientiâ, & ne ſemel quidem ad [illegible]onem ac correctionem totius ſtatus animum adjicere. [illegible] D[illegible]s, & requirat, Amen.

Cæterùm his ſubjungere viſum eſt quaſdam conſiderationes, quas paucis antè annis apud ſemet eructavit Orthodoxus quidam tempore Caroli V. Imperatoris, ſuper clerogamiâ.

NEmo neſcit melius eſſe, ſi eccleſia habeat presbyteros agamos, hoc eſt, abſque connubio: verùm contrà in confeſſo eſt melius eſſe, ſi eccleſia habeat presbyteros caſtè uxorios, quàm turpiter concubinarios. Manifeſtiſſimum equidem eſt, cubile immaculatum cleri nullâ vel veteris, vel novi teſtamenti ſcripturâ vetitum eſſe. E contrà verò reperias, iſtud in utroque teſtamento conceſſum eſſe. Quòd ſi quis hîc neget, vetus ad nos eâ in cauſsâ pertinere, negare certè non poterit, epiſtolas Pauli ad Chriſtianos ſcriptas eſſe. Eſt item irrefutabile, Clerogamiam ſeu immaculatum cleri cubile in conſtitutionibus eccleſiaſticis juris poſitivi eſſe, ita ut eccleſiæ, ſi ita communis utilitas ſuaſerit, concedere liceat, quod conceſſit ipſe Dominus eccleſiæ ad regulam duntaxat Apoſtolicam à Paulo præſcriptam. Nam hîc ego irreligioſos iſtos ac temerarios nuptiatores quoſdam de ſchiſmate, quiúe tam divinam quàm humanam legem ſuâ libidine quadam tranſcendunt, accuſandos magis quàm excuſandos eſſe arbitror.

Mores veteris eccleſiæ laudo, qui ſi ijdem eſſent hodie in clero, quis cenſeret opus eſſe remedio? Quid prohibiturus erat Siricius, Innocentius, Calixtus & Hildebrandus, ſi hanc hoc tempore eccleſiæ faciem adſpexiſſent? Quòd ſi quis ad exempla provocet, longè cognitiſſimum eſt, hiſtorias eccleſiaſticas exemplis ejuſmodi refertas eſſe. Sed ante ordinem, inquis? rectiſſimè. probaturus igitur eras cauſſam clerogamiæ, ſi quis hodie quoq; ante ordinem honeſtè ductâ virgine, recipiatur in ordinem? Scripturam Apoſtolicam, jus poſitivum, exempla eccleſiaſtica, & honeſtatem ipſam publicam quisquis ingenuè confitetur, is huic conſiderationi non reclamabit umquam. Niſi fortè primis temporibus fuerit licitum, quod noſtris illicitum judicari debeat, quando videlicet cleri nefanda turpitudo eò crevit, ut ſacra etiam ipſa deturpet, adq; abominationem adducat extremam.

Verùm ut fulcra illa hujus negotij tranſeamus, ratio omninò habenda eſt tempeſtatis hujus periculoſiſſimæ. Qua de cauſa Carolus quintus Imperator Romanus neq; impiè, neq; imprudenter induxit eum articulum, interim dum Concilium erit, idq; pace ec-

&c

& in gratiam reducendorum ſchiſmaticorum. Cui indulto Romanus pontifex meritò ſuffragaretur, ſi illi cordi maximè eſſet Germaniæ perturbatæ tranquillatio, ſiq; prius haberet, neceſſitatem quàm ſeveritatem in conſilium adhibere. Neceſſitatem allego, quæ propè [illegible] eſt obnoxia: humanam intelligi volui. Et lex prohibitionis [illegible]na planè eſt, ſi non inhumana. Factioſi vix reduci poterunt per in[illegible] illud: quid uſu veniret, hoc per pontificem ablato? Quis ſanè [illegible] redibit ad eccleſiam cum tantâ conſcientiæ famæq; ſuæ læſione? Imò tanto cum periculo caſtimoniæ? Niſi fortè tolerari ſemper debeat ab uxoribus ad meretrices diſceſſio.

Non defuturi erant eccleſiæ plurimi paſtores, non minùs pietate quàm eruditione præſtantes, ſi ageretur cum illis mitiùs hac [illegible]m parte. Ubi quæſo erunt paſtores idonei tot curandis populis, ſi ob uxorum rem neq; impiam neque inhoneſtam depelias præſentes, qui tamen ex Orthodoxis ſunt? Aliam certè cauſſam multi non obtendunt, quam hanc ipſam, videlicet ſe redire poſſe, niſi ita [illegible]tur in conjunctionem legitimam, niſiq; ipſis per eam disjunctionem aperiretur janua ad ſcortationes promiſcuas: neque enim ab[illegible] alienas mulierculas ſint recepturi, maximè ad uſum do[illegible]m, qui abjicere conjuges coacti ſunt. Pars Lutheri uſq; adeò [illegible] eſt adhuc, ut ab illis metus Eccleſiaſticis ingens immineat. Et principes, qui etiam Cæſariani videri volunt, in eâ factione per[illegible]ter obdurant. Illi certè longiùs reſilient ab hoc religionis propoſito, ſi Catholici uſq; adeò nihil de conſuetudine ſuâ non bonâ re[illegible]ebuntq; refragandi cauſſam, quandoquidem quod Cæſar [illegible], Papæ legatio reſtringit.

P[illegible]m benedictionis conceſſit quidem pontifex ſuâ in bullâ, ſ[illegible]bs non dignabitur accipere ſacramenta Dominica de ma[illegible] qui conjugem concubinâ mutavit. Ais, hoc quoq; eſſe [illegible]. Reſpondeo, vetitum quidem, ſed tamen ſemper toleratum, [illegible] cenſu & honore præ altero paſſim adauctum.

Cæterùm miſogami philogamis perpetuò ſolent in aures ingerere [illegible]ræ loca de carne crucifigendâ atq; mortificandâ, quaſi po[illegible]m eccleſiæ jam pridem collapſam, & in ipsâ iniquita[illegible] ([illegible] qui Dominus in evangelio) eâ ratione naturâ [illegible] ſacerdotum corpora exſiccari queant in totũ, [illegible] quendam transformari. Eſt mundo notiſſima Theo-

Theologorum talium crucifixio atq; mortificatio. Sunt in confeſſo ſiorum jejunationes, aquæ potiones, humi dormitiones, genij defraudationes, totiusq; vitæ incommoditates: quo medicamine ſcilicet efficitur, ut ſuis in corporibus ſtigmata portent, non qualia Paulus, Lucas, Chryſoſtomus & Franciſcus, ſed qualia dicere nolo. Profectò brevibus Gyaris dignum facinus, ac neſcio quantâ cruce, alijs onus importabile imponere, quod tute ne digitulo quidem minimo contrectes. Præſtat, eunuchos quosdam tales Terentianos non tam mentâ, quàm linguâ caſtrari.

Ca. 33. qu. 3. c. 15. Legitur de Ratholdo præſule Argentinenſi, qui matricidam ad pœnitentiam publicam adigens, ex mandato pontificio primùm prohibuit ab ingreſſu templi, unius anni ſpacio: attamen foris orare licuit. Deinde anno revoluto licuit quidem ingredi, ſed non niſi inter catechumenos conſiſtere, nec de euchariſtiâ participare: præterea totis ſeptem annis oportuit pœnitentem illum neque carnem edere, neq; vinum bibere: imò verò jejunare per tres hebdomadum dies ad veſperam uſq;. Ibi additur: *à propria tamen uxore non ſeparetur, ne in fornicationem corruat*: & hanc pœnitentiam mitigandam eſſe, ſi bene agere cœperit. Hac ex hiſtoriâ intelligis, prudens Lector, quantam ſemper rationem infirmitatis humanæ veteres noſtri habuerint, in eo etiam homine, qui tot ignominiarum, afflictionum ac incommodorum veluti flagris cædebatur, ut putare poſſis, illi nec libuiſſe umquam conjugem tangere.

Quid igitur credas honoratis, ſaginatis, laſcivis, luxui deditis clericis, qui totum vitæ ſuæ tempus deterunt in ocio, quod D. Bernhardus appellat diaboli cervical? Verùm iſtiuſmodi alijs amplificanda tempeſtiviùs reliquero. Reliquum ergo fuerit, ut hìs ac hujuſmodi alijs penitiſſimè conſideratis, prohibitionis rigor piè leniatur, & liceat ἀκωλύτως uti Sacramento matrimonij eos, qui citra præterque hoc, paſſionibus (quas Apoſtolus ita vocat) perpetuis, & ijsdem criminaliter peccaminoſis torrentur, eo etiam tempore, quo vel ſtudent literis, vel operantur ſacris. Poterat ergo quamprimùm obtineri à Romano pontifice, ut horum temporum neceſſitate conſideratâ, ſuper iſto articulo diſpenſet uſque ad futurum concilium, alioquin omnis opera fruſtra conſumitur in revocandis ſchiſmaticis, quorum pars maxima in concilio quidem ſeſe ſubjiciet. Tam alte radices egit factioſum dogma in Germanorum animis.

Epi-

Equidem confitemur, continentiam in clero veram, maximum eſſe ornamentum eccleſiæ: præterea confitemur, occidentem hujus continentiæ clericalis exempla olim habuiſſe cùm plurima, tum inſignia. Sed quia ſtatus modernus, ut appellant, veteri omninò non reſpondet, & tempora diſtinguere jubemur: mutari dura conſtitutio voti poſſet, ita ut in caſu neceſſitatis ſaltem quoquo modo conjugatis, doctrinâ, vitæq; honeſtate inſuper commendatis, ad ſacros ordines aditus pateat, quandoquidem hæc ipſa conſtitutio juris poſitivi eſt. Per hanc ſanè diſpenſationem bene proſpiceretur populis Chriſtianis, tam exemplo quàm doctrinâ, & tolleretur omnis iſta querela de turpitudine publici concubinatus, omnisq; generis impuritatis. Eâ in re nihil obſerviretur ſectis, ſed eccleſiæ, præterquàm quòd infinita præcaverentur ſcandala, quorum nullus erit ubiq; finis, quàm diu laqueo votationis hujus infelix clerus contra conſcientiam, non contra voluntatem tantùm ſuam ligabitur.

IDEM
libro, cui titulus,

TYPUS PRIORIS ECCLESIÆ.

Is an latinè editus ſit, equidem ignoro: in meas manus venit linguâ vernaculâ, in lucem emiſſus anno CIↃ IↃ XL, & Iohanni, Abbati Fuldenſi, comiti Hennebergenſi, inſcriptus. Inde nonnulla depromta hic ſubjicio.

Ob gnugſam Urſach ſey/ dem Clero die Ehe zu verbieten/ laſſe ich andere urtheilen/ 1. Tim. 4. Und laſſe alle Menſchen erkennen/ was für ein Beſſerung der Chriſtenheit hierauß kommen. Deß Apoſtels Pauli Schrifften 1 Tim 3 Tit. 1 geben groſſe Zeugniß/ wie es hierinn zur Apoſtel Zeit gehalten. So iſt auß Clementis Büchern offenbar/ daß S. Petri Haußfraw jhm nachgefolget habe/ da er in den Landen Evangelizirt Und dieſer Clemens zeuget auch von S. Pauli Ehelichen Leben/ nicht allein von deß Philippi. Euſebius lib 3. cap 30. S. Ignatius ſchreibt klärlich/ Petrus und Paulus/ und die andern Apoſtel ſeyen beweibet geweſen/ Gleich wie er auch von Propheten ſchreibt/ unter denen er Hieremiam anzimpt/ in Epiſt ad Philadelph. Nach dieſen ſind viel beyde ehelicher Epiſchoff und Prieſter in Chriſtlicher Kirchen geweſen/ als Dionyſius/ Fauſtinianus/ Sylverius/ Sergius/ Hormisda/ Talatus/ Valerius/ Tertullianus/ Leo/ Felix/ Oceanus/ Numidicus/ Nazianzeni Vatter/ Hilarius/ Spiridion/ Severus/ und der viel mehr Auch iſt kundt Paphnutij Rath/ dem das gantz Niceniſch Concilium folget/ Hiſter Tripart lib 2/ cap 14. Und Euſebius ſchreibet/ wie S Dionyſius der Epiſchoff zu Corinth die Gnoſies vnnd jhren Epiſcheff

Nun

ſchoff Pinytum gebeten habe/ daß ſie die Brůder zur Reuſchheit nicht zwingen wolten/vmb Fahr willen/lib 4/cap 23 Die Conjugaten in Clero abzuſcheiden iſt verbotten Apoſtol can 5 Deßgleichen in ſexta ſonodo. Darvon wird hie nicht controvertirt/ ob dieſe/oder dergleichen vorhin ehelich geweſen/ oder darnach worden/ ſondern hierauß iſt durch die alten Canones erkleret/ daß die Kirch Eheliche Prieſter gehabt/auch in Officio ꝛc.

EJUSDEM

VIA PACIS

INTER DISCORDIAS ECCLESIÆ,

hic & paſſim legi, probeq; conſiderari digna.

IN immenſum diſſidemus. Hoc in confeſſo eſt, Quæq; communio ſibi arrogat veritatem, & vẽdicat religionem. Reſtat, ut quærantur tantæ diſſenſionis judices. Communiones ſeu partes judices tam confeſſionis, quàm confutationis eſſe non poſſunt: nec fert altera judicium alterius. Ubi igitur invenientur arbitri, qui ſine dolo judicent, controverſiam componant, diſſidentes reconcilient? Ubi, niſi in concilio juſtorum? quę eſt Eccleſia catholica, communio ſanctorum patrum, tam Gręcorum, quàm Latinorum. Penes hos arbitrium eſto: ij pronuncient per ſcripta ſua, perhibeantque veritati teſtimonium. Et horúm ſententiæ utraq; pars ultro accedat. Non deſtruent eccleſiam, qui ædificarunt eccleſiam. Non ſeducent eccleſiam, qui pro eccleſiâ animas ſuas poſuerunt. Nam judices tales corrumpi non poterunt, & nullâ favoris ſuſpicione laborant. Omnia paucis comprehendam. Dedat cognoſcendum atq; judicandum ſeſe tã Papa, quam Lutherus communioni Patrum, qui ante mille annos eccleſiam Chriſti rexerunt, & ad horum arbitrium reformetur uterq;. Sacra ſcriptura regula primaria eſt, ad quam omnis ſtatus corrigi debeat, ſcio & fateor. Sed nos hanc non excludimus, quoties ſcripta priſcorum patrum jactamus, qui Sacram ſcripturam non habuerunt ſolùm, verùm etiam legerunt, lectam intellexerunt, intellectam prædicaverunt, prædicatam factis expreſſerunt, bono ducti ſpiritu.

SUPREMÆ CURIÆ PARISIENSIS

DE LIBRO CARD. BELLARMINI

ADVERSVS GVIL. BARCLAIVM, SENTENTIA.

VIſo in curiâ, convocatis Camerâ magnâ, Criminali & Edicti, libro, cui titulus:

Tractatus de poteſtate ſummi pontificis in temporalibus, adverſus Guilielmũ Barclajum, auctore Roberto S.R.E. Cardinali Bellarmino. Impreſſus Romæ per Bartholomæum Zannetti, an. 1610. quum à Procuratore Regis generali deſuper concluſum eſſet, & conſideratis omnibus &c.

Curia vetuit vetatq; ne quiſquam cujuſcumque ſit qualitatis aut conditionis, pœnâ læſæ majeſtatis in delinquentem conſtitutâ, accipiat, retineat, communicet, excudat, excudendum tradat, aut venundet dictum librum, qui falſam & exſecrabilem propoſitionem continet, quæ ad everſionem poteſtatum ſupremarum à Deo conſtitutarum & ordinatarum pertinet, ſubditos acuit ad rebellionem & Principum imperio ſubtrahit, ad machinandum in eorum capita ditionesq; ad turbandam deniq; tranquillitatem & quietem publicam incitat.

Jubet eos, penes quos erunt dicti libri exempla, aut qui habentes norint, confeſtim ſuis judicibus profiteri, ut poſtulantibus ſubcognitoribus Regijs in crimen anquiratur, & in ſontes, ut par eſt, animadvertatur.

Similiter prohibet ſub eâdem pœnâ, ne quiſquam Doctorũ Profeſſorúmue in ſcholis, collegijs aliisúe locis, de illo pronunciato tractet, diſputet, ſcribat, aut quocunque modo illud alios docere audeat.

Jubet eadem Curia, ut Arreſtum hoc mittatur in omnes præfecturas huic Jurisdictioni ſubjectas, ut ibi publicè legatur, in monumenta referatur, & omnibus ſuis partibus diligenter obſervetur.

Mandat Subſtitutis Procuratoris Regij, dent operam ut exſequutioni mandetur, & de adhibitâ ſuâ diligentiâ intra menſem Curiam certiorem reddant, Pronunciatum die Veneris, XXVI. Novem. Anno cIɔ Iɔ cx.

CEN-

CENSVRA SACRÆ FACVLTATIS THEOLOGIÆ PARISIENSIS, LATA IN librum, qui inſcribitur,

ANTONII SANCTARELLI ex ſocietate Jeſu, Tractatus de Hæreſi, Schiſmate, Apoſtaſiâ, ſollicitatione in Sacramento Pœnitentiæ, & de Poteſtate Summi pontificis in his delictis puniendis,

Ad Sereniſſimum Principem MAURITIUM Cardinalem à Subaudiâ.

Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti, M DC XXV.
Superiorum permiſſu.

SI quis in nos fines ſeculorum deveniſſe, ut loquitur gentium Apoſtolus, fortè dubitet, poſtrema hæc tempora tantiſper expẽdat, eaq; cum prioribus componat, is facilè deprehendet humani generis hoſtem in utraq; politia & eccleſiaſtica & civili, nihil intentatum reliquiſſe, quo minùs utramq; non tam labefactare, quàm omnino peſſumdare videretur. Eccleſiam, Chriſti ſponſam, quà ſtylo, quà ferro conficere conati ſunt impii illi, qui poſuerũt in cœlum os ſuum: Politiam illam civilem, alia via ſunt aggreſſi dementati homines. Quum enim poteſtatem ſeculi non ſine cauſſa gladium portare viderent, libris nefandis, quaſi per clanculares inſidias, è medio tollendam exiſtimarunt. Hos S. Iudas epiſtola canonica nõ alia nota nobis dignoſcendos proponit, quàm quia dominationem contemnant & majeſtatem blaſphement. Atq; utinam de ſolo cõtemtu & maledica oratione ageretur, quin malè feriati ſcriptores id genus, poteſtatis cujusdam in eccleſia temporalis prætextu, Reges, arbitrio & nutu eccleſiaſtico, leviſſimis etiam de cauſſis, ac planè ridiculis, de ſolio deturbandos alioſq; vel annuos vel etiã diarios, ſi ita libuerit, ſubſtituendos contendunt. Quod quũ in univerſæ civilis politiæ, ac potiſſimum Gallicæ monarchiæ, ſub Chriſtianiſſimo, clementiſſimo & juſtiſſimo Rege noſtro Ludovico, perniciem, everſionemq; meditatum confectumq; videret Facultas Theologica Pariſienſis, ut majorum veſtigiis inhærendo ſuum erga pientiſſimum Regem noſtrum, iſtudq; præſertim Chriſtianiſſimum regnũ animum ſtudiumq; declararet, bonorumq; omnium votis ſatisfaceret, præ cæteris nuperum librum Antonij Sanctarelli Jeſuitæ, de Hæreſi, Schiſmate, Apoſtaſiâ, &c. à quibusdam ſelectis Doctoribus examinandum cenſuit, in congregatione generali extraordinaria decima ſexta Martij immediate præcedentis habita. Sed quoniam multa in eo pertractantur, quæ ad rem, quâ de potiſſimùm,

num agitur, minimè ſpectarent, duo duntaxat capita XXX *&* XXXI. *Tractatus de Hæreſi, exutienda ſelegit.*

Itaq; anno Domini cIↄ Iↄc XXVI, *die prima Aprilis, poſt miſſam de S. Spiritu, habitis ſolenni more uſitatis Comitijs in aula collegij Sorbonæ, audita eſt relatio Magiſtrorum ab eadem Facultate ſelectorum, qui expoſuerunt in duobus illis capitibus iſtas propoſitiones contineri;* SUMMUM pontificem poſſe pœnis temporalib. punire reges & principes, eosq; deponere & ſuis regnis privare ob crimen hæreſis, eorumq; ſubditos ab illorum obedientiâ liberare; eamq; ſemper in eccleſiâ fuiſſe conſuetudinem: *& propter alias etiã cauſſas; ut,* pro delictis; ſi expedit; ſi principes ſint negligentes; propter inſufficientiam & inutilitatem ſuarũ perſonarum. *Item,* pontificem jus & poteſtatẽ habere in ſpiritualia ſimul & omnia temporalia: & in eo eſſe de jure divino utramq; poteſtatem, ſpiritualem & temporalem: Credendum eſſe, eccleſiæ ſummoq; ejus paſtori conceſſam eſſe facultatem puniendi pœnis temporalibus (PRINCIPES) tranſgreſſores legum divinarum & humanarum, præſertim ſi crimen fuerit hæreſis. *Dixerunt etiam eumdem Sanctarellum aſſerere,* apoſtolos fuiſſe ſubjectos principibus ſecularibus de facto, non de jure: *quinetiam,* ſtatim atq; conſtituta eſt pontificia majeſtas, cepiſſe omnes principes eſſe illi ſubjectos. *Deniq; retulerunt eum explicare verba Chriſti.* Quodcumq; ligaveris ſuper terram, &c. non tantùm de poteſtate ſpirituali, ſed etiam de temporali; *ipſumq; S. Paulo imponere, verba illius, detracta negatione, immutando, & multis auctoribus ab ipſo citatis. Alia etiam multa ſimilia retulerunt, quæ ſibi videbantur gravi Facultatis animadverſione & cenſura digniſſima. Re itaq; in deliberationem à D. Decano adducta, auditis omnium & ſingulorum Magiſtrorum maturis deliberationibus,* FACULTAS *improbavit & damnavit doctrinam his propoſitionibus & horum capitum corollariis contentam, tamquam novam, falſam, erroneam, verbo Dei contrariam, Pontificiæ dignitati odium conciliantem ſchiſmati occaſionem præbentem, ſupremæ Regum auctoritati à Deo ſolo dependenti derogantem, principum infidelium & hæreticorum converſionem impedientem, pacis publicæ perturbativam, Regnorum, Statuũ, Rerumq; publicarum everſivam, ſubditos ab obedientia & ſubjectione avocantem, & ad factiones, rebelliones, ſeditiones, & principum parricidia excitantem. Datum in Sorbona, die & anno præfatis, & recognitum die IV. Aprilis,* cIↄ Iↄc XXVI.

2. Cor. 10, 8. Poteſtatẽ dedit nobis Dominus in ædificationem, et non in deſtructionem.

De mandato D D Decani & Magiſtrorum præfatæ Facultatis ſacræ Theologiæ Pariſienſis.

PH. BOUVOT.

DECRETUM

ALMÆ VNIVERSITATIS PARISIENSIS,

Anno ſalutis cIↄ Iↄ cXXVI, die XII. Kal. Majas, in Maturinenſi, ſcribendo adfuerunt Rector Decani, Procuratores, Magiſtri,

VNIVERSITAS STVDIORVM.

QVod verba fecit RECTOR, *ſapientiſſimum ordinem Theologorum, pro ſua in rem Chriſtianam, Regem Chriſtianiſſimum ejusq; imperium fide ac pietate, boni atq; recti conſtanti amore, majorum ſolenni more* Antonij Sanctarelli Jeſuitæ, de Hæreſi, Schiſmate, Apoſtaſiâ, &c. *librum inſpexiſſe & deprehendiſſe in ejus libri capitibus* XXX *&* XXXI. *tractatus de Hæreſi, has propoſitiones*; Summum pontificem poſſe pœnis temporalibus punire reges & principes, eosq; deponere & ſuis regnis privare ob crimen hæreſis, eorumque ſubditos ab illorum obedientiâ liberare, eamq; ſemper in eccleſiâ fuiſſe conſuetudinem: *Et propter alias etiam cauſſas*, ut pro delictis; ſi expedit; ſi principes ſint negligentes; propter inſufficientiam, & inutilitatem ſuarum perſonarum. *Item*, Pontificem jus & poteſtatem habere in ſpiritualia ſimul & omnia temporalia: & in eo eſſe de jure divino utramq; poteſtatem, ſpiritualē & temporalem: Credendum eſſe, eccleſiæ ſummoq; ejus paſtori conceſſam eſſe facultatem puniendi pœnis temporalibus principes tranſgreſſores legum divinarum & humanarum, præſertim ſi crimen fuerit hæreſis. *Eundem Sanctarellum aſſerere* Apoſtolos fuiſſe ſubjectos principibus ſecularibus de facto, non de jure: quinetiam ſtatim atq; conſtituta eſt pontificia majeſtas, cepiſſe omnes principes eſſe illi ſubjectos: *deniq; eum explicare verba Chriſti, Quodcumq; ligaveris ſuper terram, &c.* non tantùm de poteſtate ſpirituali, ſed etiam de temporali *ipsūq; ſancto Paulo imponere, verba illius, detracta negatione, immutando. & multis auctoribus ab ipſo citatis: alia etiam multa ſimilia eaq; propter, die* VI. *Aprilis, publica juſta legitimaq; animadverſione, nóta, cenſura, peſtiferi ejus libri propoſitiones iſtas improbaſſe, & eam doctrinam quam continent tamquam novam, falſam, erroneam, verbo Dei contrariam, pontificiæ dignitati odium conciliantem, ſchiſmati occaſionem præbentem, ſupremæ Regum auctoritati, à Deo ſolo dependenti, derogantem, principum infidelium & hæreticorum converſionem impedientem, pacis publicæ perturbativam, Regnorum,*

Statuum,

Statuum, Rerumq; publicarum everſiram, ſubditos ab obedientiæ & ſubjectione avocantem, & ad factiones, rebelliones, ſeditiones, & Principum parricidia excitantem, damnaſſe.

De ea re ita cenſuerunt. Laudandum ampliſſimis verbis ſacrum ordinem Theologorum, qui de improba & exitiali doctrina iſta piè, religioſè, ſalubriterque ſtatuerint, generi Chriſtiano, Galliæq; inprimis, priſcæ veræq; doctrinæ lumen opportunè oſtenderint, majorum virtutem retulerint, remq; adeò fecerint illa profeſſione tuendæ veritatis & Studiorum Vniverſitate digniſſimam.

Vtq; novæ ac peſtilenti doctrinæ aditus omnis intercludatur, & omnes qui è diſciplina noſtra ſunt, eamq; in poſterum amplectentur, aut in eam nomē dabunt, maturè intelligant ſenſus ſibi animosq; è ſacri ordinis illa ſententia comparandos; utq; eam omnes averſentur, deteſtentur, & abhorreant, confutent, coarguant:

Faciendum, ut ſupplicationum ſolemni primo, tum quotannis in eo cœtu, qui publicè ſupplicandi & procedendi cauſſa, ſtatim ab inſtauratis ſcholis menſe Octobri agitur priusquam cuiquam poſtulare quid liceat, à Procuratore Vniverſitatis ea Cenſura palàm recitetur: tabulis libriſúe omnium Ordinum Nationumq; inſcribatur: ejus exempla duo, Actuarii ſacræ Facultatis manu diſtincta ſubſcriptaq; in commune tabularium inferantur: totidem ad ſingulos Collegiorum & Domorum Moderatores primo quoq; tempore mittantur: ut omni ope ac ſtudio ab iſtius doctrinæ contagio atq; peſte, omnes qui eo contubernio domicilióue utuntur, arceant, operamq; dent, ut ne cui, cōtra quàm ſapientiſſimus Ordo decrevit judicavitq;, dicere faceréue quicquam liceat. Si quis eorum quid migrarit ſecuſue fecerit, Doctor, Profeſſor, Magiſter, Diſcipulus, Literarum civis; aut laudatiſſimam Cenſuram ullo quovis pacto, dicto, ſcriptóue quacumque tandem de cauſſa obtentuve ſollicitarit, moverit, attentarit; is ignominiæ cauſſa dimiſſus, gradum, ordinem, tribumq; perpetuo interdicto amittat.

QUINTAINE

Scriba Univerſitatis.

FINIS.

619512